This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

https://books.google.com

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

https://books.google.com


Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

AS162
.B6
no.257

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

PRINTED IN FRANC.

Digitized by Google

Digitized by Google

LA

LÉGENDE ARTHURIENNE

ÉTUDES ET DOCUMENTS

PREMIÈRE PARTIE

LES PLUS ANCIENS TEXTES

TOME III

DOCUMENTS

Digitized by Google

Digitized by Google

Arthur, king of Britain

LA
LÉGENDE ARTHURIENNE

ÉTUDES ET DOCUMENTS

PREMIÈRE PARTIE

LES PLUS ANCIENS TEXTES

TOME III

DOCUMENTS

PAR

EDMOND FARAL

Professeur au Collège de France
Directeur d'études à l'École pratique des Hautes Études

PARIS
LIBRAIRIE ANCIENNE HONORÉ CHAMPION, ÉDITEUR
5, QUAI MALAQUAIS, 5

1929

Cet ouvrage forme le fascicule 257 de la Bibliothèque de l'École des Hautes Études

Digitized by Google

312694
AS 162
.B6
no. 257

Eng MAR 10 1933

Digitized by Google

18 April 1938

I

L'HISTORIA BRITONUM

Digitized by Google

I

L'*HISTORIA BRITONUM*

On trouvera ci-après le texte de l'*Historia Britonum* anonyme, d'une part d'après le manuscrit de Chartres n° 98 (IX^e^-X^e^ siècle), désigné par le sigle *Z*, d'autre part d'après le manuscrit harléien 3859 (XI^e^-XII^e^ siècle), désigné par le sigle *H*.

Les parties correspondantes des textes fournis par ces deux manuscrits se feront face, de page à page, afin qu'on puisse les comparer plus commodément.

De plus, jusqu'au § 37, c'est-à-dire jusqu'au point où s'arrête le manuscrit *Z*, j'ai employé pour les différentes parties de chacun des deux textes des caractères de corps différents, afin de signaler les passages que je considère comme des additions à un texte antérieur. Dans le texte *Z*, la partie du texte qui me semble la plus ancienne a été imprimée en gros corps, et les éléments additionnels l'ont été en caractères plus petits, plus petits de 1, 2 ou 3 points, selon l'ordre respectif où ces divers éléments me paraissent s'être introduits dans le texte. Pour le texte *H*, les éléments qui figurent déjà dans le texte Z ont été imprimés en gros caractères et c'est à partir du texte hérité par cette nouvelle copie qu'ont été marquées ses additions propres.

A partir du § 37 le terme de comparaison fourni par le ms. *Z* fait défaut : on ne trouvera plus que le texte *H*. J'ai indiqué dans une étude précédente (ci-dessus, Première partie) les raisons qu'on a de considérer certaines parties de cette suite du récit comme des additions. Mais je n'ai pas osé donner à mes conclusions une forme trop catégorique en les faisant apparaître dans le texte par l'emploi de caractères variés.

Le texte *Z* est extrêmement fautif. J'y ai introduit un minimum de corrections, — les plus nécessaires et les plus sûres. On trouvera au bas des pages les leçons authentiques du manuscrit.

Pour ce qui est des graphies, j'ai reproduit à la lettre les formes du manuscrit *Z*, même quand il y a lieu de les considérer comme

Digitized by Google

incorrectes. Mais pour le texte du manuscrit *H*, comme pour tous les textes qui suivront, j'ai employé (sauf pour les noms propres, où j'ai respecté rigoureusement la lettre des originaux) les graphies qu'on peut appeler traditionnelles et qui ont le mérite de faciliter la lecture sans rien faire perdre d'utile, ici du moins, aux philologues ni aux linguistes : c'est ainsi que j'ai distingué *e* et *ae*, *i* et *j*, *u* et *v* ; que j'ai supprimé les *h* initiales parasitaires ; que j'ai unifié l'emploi des consonnes simples ou doubles ; que j'ai supprimé les consonnes parasitaires entre nasale et dentale ; etc.

La numérotation des alinéas est conforme à celle qu'ont adoptée les éditeurs précédents : j'ai jugé commode pour le lecteur de la maintenir, bien qu'elle prête beaucoup à la critique.

Digitized by Google

I. Texte du manuscrit de Chartres (*Z*).

Incipiunt exberta fii Urbaoen [1] *de libro sancti Germani inventa et origine et genelogia Britonum, de aetatibus mundi.*

[1] A principio mundi usque ad diluvium anni [2] IICCXLII.
A diluvio usque ad Abraham anni [3] DCCCCXLII.
Ab Abraham usque ad Moysen anni DCXLII.
A Moysen usque ad David D.
[2] A David usque ad Nabochodonosor DCXLVIIII.

[5] Prima aetas mundi ab Adam us[que] ad Noe.
IIa a Noe ad Abraham.
IIIa usque ad David.
IIIIa a David us[que] ad Danielem.
Va a Daniele[m] ad Johanne[m].
VIa a Johanne usque ad Judicium, in qua Dominus noster Jhesus Christus veniet judicare vivos ac mortuos et seculum per ignem.

---

1. Urbaoen] *ou* Urbacen ? *ou* Urbagen ? — 2. anni] annis — 3. anni] annis

Digitized by Google

TEXTE DU MANUSCRIT HARLÉIEN (*H*).

[I. DE SEX AETATIBUS MUNDI]

[1] A principio mundi usque ad diluvium anni IICCXLII[1].
A diluvio usque ad Abraham anni DCCCCXLII.
Ab Abraham usque ad Moysen anni DCXL.
A Moyse usque ad David anni D.
[2] A David usque Nabuchodonosor anni sunt DLXVIIII.
Ab Adam usque transmigrationem Babyloniae anni sunt IIIIDCCCLXVIIII.
[3] A transmigratione Babyloniae usque ad Christum DLXVI.
Ab Adam vero usque ad passionem Christi anni sunt VCCXXVIII.
[4] A passione autem Christi peracti sunt anni DCCLXXXXVI[2].
Ab incarnatione autem ejus anni sunt DCCCXXXI [3]

[5] Prima igitur aetas mundi ab Adam usque ad Noe.
Secunda a Noe usque ad Abraham.
Tertia ab Abraham usque ad David.
Quarta aetas a David usque ad Danielem.
Quinta aetas a Daniele usque ad Johannem Baptistam.
Sexta a Johanne usque ad judicium, in quo dominus noster Jesus Christus veniet judicare vivos ac mortuos et seculum per ignem.

---

1. Ici et partout dans la suite, le manuscrit donne les nombres en toutes lettres.

2. DCCCLXXIX D^2G; DCCCVI C^2; DCCCL L — 3. DCCCCXII D^2G; usque ad XXX annum Anaaurauht, regis Moniae, id est Mon, qui regit modo regnum Wenedotiae regionis, id est Guernet. Fiunt igitur anni ab exordio mundi usque in annum praesentem VI C VIII $C^mD^mG^mL$.

Digitized by Google

De quadam peritia a Britania insule.

[7] Britannia insula a quodam Bruto consule romano dicta.

Haec consurgit ab Africo boreali [1] occidentem versus. DCCCCtorum in longo milium, CCtorum in latitudine spacium habet. In ea sunt XXVIII civitates et innumerabilia promuntoria cum innumeris castellis ex lapidibus et latere fabricatis [2]. In ea habitant IIII^{or} gentes : Scothi, Picti, Saxones, Britones.

[8] III insolas habet, quarum una vergit contra Armoricas gentes et vocatur insula Gueith, II^{a} consita in umbilico maris inter Hiberniam et Britanniam et vocatur nomen ejus *Euonia*, contra Maunu, III^{a} sita est in extremo limite orbis Britanniae ultra Pictus et vocatur Orca; sicut in proverbiis antiquorum dicitur : regnavit Britannia cum tribus insulis.

[9] Sunt in ea multa flumina, quae confluunt per omnes partes, id est ad orientem, ad occidentem, ad aquilonem, ad meridiem. Set tamen duo sunt flumina praeclariora cet[er]is fluminibus aliis, Tamensis et Sabrine, quasi duo brachia Britanniae, per quem olim rates vehebantur ad portandas divicias causa negociorum. Britones olim [3] impleverunt Britanniam a mari usque ad mare.

De Genelogia Britonum.

[11] De origine Britonum. De Romanis et Grecis trahunt ethimologiam, id est de matre Labina, filia Latini, regis Italie, et patre Silvianiae filii, Enachi filii, Dardani filii. Dardanus, filius Saturni, rex Gothorum, perrexit ad partem Asiae et Trous, filius Dardani, edifi-

1. Ab Africo boreali] ab in francoliore ali — 2. fabricatis] fabricati sunt — 3. Britones olim] Britone solisti

Digitized by Google

[II. Historia Brittonum]

[7] Brittania insula a quodam Bruto, consule Romano, dicta.

Haec consurgit ab Africo boreali ad occidentem versus. DCCC in longitudine milium, CC in latitudine spatium habet. In ea sunt viginti octo civitates et innumerabilia promuntoria cum innumeris castellis ex lapidibus et latere fabricatis, et in ea habitant quattuor gentes : Scotti, Picti, Saxones atque Brittones.

[8] Tres magnas insulas habet, quarum una vergit contra Armoricas et vocatur Inis Gueith ; secunda sita est in umbilico maris inter Hiberniam et Britanniam, et vocatur nomen ejus Eubonia, id est Manau ; alia sita est in extremo limite orbis Brittanniae, ultra Pictos, et vocatur Orc. Sic in proverbio antiquo dicitur, quando de judicibus vel regibus sermo fuit : « Judicavit Brittanniam cum tribus insulis ».

[9] Sunt in ea multa flumina, quae confluunt ad omnes partes, id est ad orientem, ad occidentem, ad meridiem, ad septentrionem, sed tamen duo flumina praeclariora ceteris fluminibus, Tamesis [1] ac Sabrinae, quasi duo brachia Britanniae, per quae [2] olim rates vehebantur ad portandas divitias pro causa negotiationis. Brittones olim implentes eam a mari usque ad mare judicaverunt.

[10] Si quis scire voluerit quo tempore post diluvium habitata est haec insula, hoc experimentum bifarie inveni.

In annalibus autem Romanorum sic scriptum est. Aeneas post Trojanum bellum cum Ascanio filio suo venit ad Italiam et, superato Turno, accepit Laviniam, filiam Latini, filii Fauni, filii Pici, filii Saturni, in conjugium et, post mortem Latini, regnum obtinuit Romanorum vel Latinorum. Aeneas autem Albam condidit et postea uxorem duxit, et peperit ei

1. Tamesis] tanesis — 2. quae] quam

Digitized by Google

cavit urbem Troje. Trous pater Priami et Anchise, Anchise patre Anenee, Aeneas pater Astani et Sillvii. Sillvius filius Eneae et Labine, filiae Latini, regis Italiae. Et de stripe Sillvii, filii Eneae ex Labina, orti sunt Remus et Romulus et Brutus, tres filii reginae sanctimorialis pro... mi Reae, qui fecerunt Romam. Brutus consul fuit in Roma epiromanus quando expugnavit Hispaniam ac detraxit in servit[u]tem Rome, et postea tenuit Britanniam insulam, quam habitant Britones. Filius illi olli Silvio Posthumo. Ideo dicitur Posthumus qui[a] post mortem Eneae patris ejus natus est, et fuit mater ejus Labina super clandistina quando fuit praegnans. Et ideo Silvius dictus est, quia in silva natus est, et ideo Silvei dicti sunt regès Romani et Britones quia de eo nati sunt. Set a Bruto Britones et de stripe Bruti surrexerunt.

[0] Casabellaunus, rex Britannicus, et ipse fuit in obviam Gaii Julii Cesaris, regis Rome, qui missus ab imperatore Latino ad expugnandam Britanniae insulam. Et fregit bellum ante Cassabellaunum duobus vicibus super Gaium Cesarem ; et in tercio bello occisus est a Cesare, misso ab imperatore.

Haec sunt nomina imperatorum qui in Britania venerunt : Julius imperator primus in Britaniam venit per Renum et Germaniam usque Tammensis bellum. Primus postea Claudius imperator qui usque ad Orcam et Euuoniam et inde Romam exiit. Tertius imperator Reversus, cum quo validus murus factus est. Quartus Curatius tirenus. Quintus Constantinus, Constantini magni pater, vir tranquillisimus : ille Constantinus in Britannia morte obiit; qui Constantinum filium ex concubina Helena creatum imperatorem Galliarum reliquit; qui in Britannia obiit. Sextus Maximus imperator in Britania ordinatur invitus, cum quo Martinus sepe locutus est. Septimus Gracianus, Valentiniani filius, qui in Romam a Bretannia exiit et ibi a Maximo ocisus est : cujus sanguinem vindicavit Eu .... ius.. de Maximo, et postea Eugenium occidit pro Valentiniano Graciano frater.

Et in tempore Guorthigirni, regis Britanie, Saxones pervenerunt in Britanniam, id est in anno Incarnacionis Christi, sicut Libine abasiae inripun civitate invenit vel reperit, ab Incarnatione Domini anni D usque ad kl. jan. in XII luna, ut aiunt alii, intis CCC annis a quo tenuerunt Saxones Britanniam usque ad annum supradictum.

[18] Britones a Bruto. Brutus filius fuit Hisscionis ; Hiscion filius Alaniae; Alanus filius Reae Silve [1]; Rea Silvea filia Numere Pampilii; Numera filius [2] Ascani; Ascanus filius [3] Eneae, filii Anchise, filii Troi, filii Dardani, filii Sre, filii Rivam,

1. Silvae] silve — 2. filius] filii — 3. filius] filii

Digitized by Google

filium nomine Silvium. Silvius autem duxit uxorem, et gravida fuit, et nuntiatum est Aeneae quod nurus sua gravida esset, et misit ad Ascanium filium suum, ut mitteret magum suum ad considerandam uxorem, ut exploraret quid haberet in utero, si masculum vel feminam. Et magus consideravit uxorem et reversus est. Propter hanc vaticinationem magus occisus est ab Ascanio, quod dixit Ascanio quod masculum haberet in utero mulier et filius mortis erit, quia occidet patrem suum et matrem suam et erit exosus omnibus hominibus. Sic evenit : in nativitate illius mulier mortua est, et nutritus est filius, et vocatum est nomen ejus Britto. Post multum intervallum, juxta vaticinationem magi, dum ipse ludebat cum aliis, ictu sagittae occidit patrem suum, non de industria, sed casu. Et expulsus est ab Italia, et arminilis fuit, et venit ad insulas maris Tirreni, et expulsus est a Graecis causa occisionis Turni, quem Aeneas occiderat, et pervenit ad Gallos usque, et ibi condidit civitatem Turonorum, quae vocatur Turnis. Et postea ad istam pervenit insulam, quae a nomine suo accepit nomen, id est Brittaniam, et implevit eam cum suo genere, et habitavit ibi. Ab illo autem die habitata est Brittannia usque in hodiernum diem.

Digitized by Google

filii Jafeth. Jafeth vero VII filios genuit : primus Gomer, a quo Galli; secundus Magog, a quo Scithi et Gothi; tertius Madai, a quo Medi; quartus Juvan, a quo Greci; quintus Tubal, a quo Hiberei et Hispani et Itali; sextus Mosoch, a quo Capadoces; septimus Tiras, a quo Traces. Jafeth filius Noe, filii Lameth, filii Mathusalem, filii Enoc, filii Jareth, filii Malalehel, filii Cainan, filii Enos, filii Seth, filii Adam, filii Dei vivi altissimi.

[11] Quando regnabat Brito in Britannia, Heli sacerdos judicabat in Hisrael, et tunc archa testamenti possidebatur ab alienigenis [1]. Postumus, frater ejus, regnabat aput Latinos [2].

1. alienigenis] aligenigenis — 2. Latinos] lannos

Digitized by Google

[11] Aeneas autem regnavit tribus annis apud Latinos. Ascanius regnavit annis XXXVII. Post quem [1] Silvius, Aeneae filius, regnavit annis XII, Postumus annis XXXIX. A quo Albanorum reges Silvii appellati sunt. Cujus frater erat Britto.

Quando regnabat Britto in Brittannia, Heli sacerdos judicabat in Israhel, et tunc arca testamenti ab alienigenis possidebatur, Postumus, frater ejus, apud Latinos regnabat.

[12] Post intervallum multorum annorum, non minus CC Picti venerunt et occupaverunt insulas quae vocantur Orcades, et postea ex insulis vastaverunt regiones multas, et occupaverunt eas in sinistrali plaga Britanniae, et manent ibi usque in hodiernum diem. Tertiam partem Brittaniae tenuerunt et tenent usque in hodiernum diem.

[13] Novissime autem Scotti venerunt a partibus Hispaniae ad Hiberniam. Primus autem venit Partholomus cum mille hominibus, de viris et mulieribus, et creverunt usque ad quatuor milia hominum, et venit mortalitas super eos, et in una septimana omnes perierunt et non remansit ex illis etiam unus. Secundus ad Hiberniam venit Nimeth, filius quidam Agnominis, qui fertur navigasse supra mare annum et dimidium, et postea tenuit portum in Hibernia, fractis navibus ejus, et mansit ibidem per multos annos, et iterum navigavit cum suis, et ad Hispaniam reversus est. Et postea venerunt tres filii militis Hispaniae cum triginta ciulis apud illos et cum triginta conjugibus in unaquaque ciula et manserunt ibi per spatium unius anni. Et postea conspiciunt turrim vitream in medio mare, et homines conspiciebant super turim, et quaerebant loqui ad illos, et nunquam respondebant, et ipsi uno anno ad oppugnationem turris properaverunt cum omnibus ciulis suis et cum omnibus mulieribus, excepta una ciula, quae confracta est naufragio, in qua erant viri triginta totidemque mulieres. Et aliae naves navigaverunt ad expugnandam turrim, et, dum omnes descenderent in litore, quod erat circa turrim, operuit illos mare, et demersi sunt, et non evasit unus ex illis. Et de familia illius ciulae, quae relicta est propter fractionem, tota Hibernia impleta est usque in hodiernum diem. Et postea venerunt paulatim a partibus Hispaniae et tenuerunt regiones plurimas.

1. quem] quam

Digitized by Google

Digitized by Google

[14] Novissime venit Damhoctor et ibi habitavit cum omni genere suo usque hodie in Brittaniam. Istoreth, Istorni filius, tenuit Dalrieta cum suis; Builc autem cum suis tenuit Euboniam insulam et alias [1] circiter; filii autem Liethan obtinuerunt in regione Demetorum et in aliis regionibus, id est Guir Cetgueli, donec expulsi sunt a Cuneda et a filiis ejus ab omnibus Brittannicis regionibus.

[15] Si quis autem scire voluerit quando vel quo tempore fuit inhabitabilis et deserta Hibernia, sic mihi peritissimi Scottorum nuntiaverunt. Quando venerunt per Mare Rubrum filii Israhel, Aegyptii venerunt, et secuti sunt, et demersi sunt, ut in Lege legitur. Erat vir nobilis de Scythia cum magna familia apud Aegyptios, et expulsus est a regno suo, et ibi erat quando Aegyptii mersi sunt, et non perrexit ad sequendum populum Dei. Illi autem qui superfuerant inierunt consilium ut expellerent illum, ne regnum illorum obsideret et occuparet, quia fortes illorum demersi [2] erant in Rubrum mare, et expulsus est. At ille, per XLII annos [3] ambulavit per Africam, et venerunt ad aras Filistinorum et per lacum Salinarum [4], et venerunt inter Rusicadam et montes Azariae, et venerunt per flumen Malvam, et transierunt per Maritaniam [5] ad columnas Erculis, et navigaverunt Tyrrenum mare, et pervenerunt ad Hispaniam usque, et ibi habitaverunt per multos annos, et creverunt et multiplicati sunt nimis, et gens illorum multiplicata est nimis. Et postea venerunt ad Hiberniam post MII annos, postquam mersi sunt Aegyptii in Rubrum mare, et ad regiones Darieta, in tempore quo regnabat Brutus apud Romanos, a quo consules esse coeperunt, deinde tribuni plebis ac dictatores. Et consules rursum rempublicam obtinuerunt per annos CCCCXLVII, quae prius regia dignitate damnata fuerat [6].

Brittones venerunt in tertia aetate mundi ad Brittanniam; Scotti autem in quarta obtinuerunt Hiberniam. Scotti autem, qui sunt in occidente, et Picti de aquilone pugnabant unanimiter et uno impetu contra Brittones indesinenter, quia sine armis utebantur Brittones. Et post multum intervallum temporis Romani monarchiam totius mundi obtinuerunt.

[16] A primo anno, quo Saxones venerunt in Brittanniam, usque ad annum quartum Mermini regis, supputantur anni CCCCXXVIIII. A nativitate Domini usque ad adventum Patricii ad Scottos, CCCCV anni sunt. A morte Patricii usque ad obitum sanctae Brigidae, LX anni. A nativitate Columbae usque mortem Brigidae, IV anni sunt.

---

1. alias] in alis — 2. demersi] dimersi — 3. XLII annos] quadraginta annos et duos — 4. Salinarum] palmarum — 5. Maritaniam] maritanam — 6. damnata fuerat] damnati fuerant

Digitized by Google

[17] Tres filii Noe diviserunt orbem terre in tres partes post diluvium : Sem in Asia, Cham in Africa, Jafeth in Europha. Ad Europham de genere Jafeth Alanus cum tribus filiis suis, quorum nomina sunt Hission, Armenon, Neugo. Hission habuit quatuor filios : Francus, Romanus, Almannus, Brito ; Armennon autem V filios habuit : Gothus, Valagothus, Cebustus, Burgundus, Longobardus ; Neugo habuit [1] III filios : Vandalis, Saxo, Bogarus. Ab Hisscione autem quatuor gentes orte sunt : Franci, Latini, Almanni, Britones; ab Arme[no]ne autem Gothi, Valagothi, Cebidi, Burgundi et Longobardi ; a Nego autem Bogari, Vandali, Saxones et Turingi. Iste autem gentes subdivise s[unt] per totam Europam. Alanius autem filius fuit Ethebir, filius Egomuin, filius Semoin, filius Mair, filius Ethath, filius Ethieth, filius Ooth, filius Tibir, filius Ra, filius Isra, filius Tau, filius Bath, filius Jobath, fili[us] Rabuan, filii Jafeth, filius Noe, filius Lameth, filii Mathusalem, filii Enoc, filii Jareth, filii Malehel, filii Cainan, filii Enos, filii Seth, filii Adam, fili[i] Dei.

1. habuit] habetit

Digitized by Google

Initium compoti : XXIII cycli [1] decemnovenales ab incarnatione Domini usque ad adventum Patricii in Hiberniam, et ipsi annos efficiunt numero CCCCXXXVIII, et ab adventu Patricii usque ad cyclum [2] decemnovenalem, in quo sumus, XXII cycli sunt, id est CCCCXXI sunt, II anni in ogdoade usque in hunc annum, in quo sumus.

[17] Aliud experimentum inveni de isto Bruto [3] ex veteribus libris veterum nostrorum.

Tres filii Noe diviserunt orbem in tres partes post diluvium. Sem in Asia, Cham in Africa, Jafeth in Europa dilataverunt terminos suos. Primus homo venit ad Europam de genere Jafeth Alanus cum tribus filiis suis, quorum nomina sunt Hessitio, Armenon, Negue. Hessitio autem habuit filios quattuor : hi sunt Francus, Romanus, Britto, Albanus. Armenon autem habuit quinque filios : Gothus, Valagothus, Gebidus, Burgondus [4], Langobardus [5]. Neugo autem habuit [6] tres filios : Wandalus, Saxo, Boguarus. Ab Hisitione autem ortae sunt quattuor gentes : Franci, Latini, Albani et Britti. Ab Armenone autem quinque : Gothi, Walagothi, Gebidi, Burgondi [7], Langobardi. A Neguio vero quattuor : Boguarii, Vandali, Saxones et Taringi. Istae autem gentes subdivisae sunt per totam Europam. Alanus autem, ut aiunt, filius fuit Fetebir, filii Ougomun, filii Thoi, filii Boib, filii Simeon, filii Mavi, filii Aurthach, filii Oth, filii Abir, filii Rea, filii Ezra, filii Izrau, filii Baath, filii Iobaath, filii Jovan, filii Jafeth, filii Noe, filii Lamech, filii Matusalem, filii Enoch, filii Jareth, filii Malaleel, filii Cainan, filii Enos, filii Seth, filii Adam, filii Dei vivi. Hanc peritiam inveni ex traditione veterum.

[18] Qui incolae in primo fuerunt Brittanniae. Brittones a Bruto. Brutus filius Hisitionis, Hisition Alanei ; Alaneus filius Reae Silviae ; Rea Silvia filia [8] Numae Pampilii, filii Ascanii ; Ascanius filius Aeneae, filii Anchisae, filii Troi, filii Dardani, filii Flise, filii Juvani, filii Jafeth. Jafeth vero habuit septem filios. Primus Gomer, a quo

1. cycli] clici — 2. cyclum] cliclum — 3. Bruto] Brutto — 4. Burgondus] Burgandus *corrigé en* Burgondus — 5. Langobardus] Longobardus *corrigé en* Langobardus — 6. autem habuit] autem habuit autem — 7. Burgandi *corrigé en* Burgondi — 8. rea Silvia filia] reae silviae filiae

Digitized by Google

[19] Romani autem, cum accepissent dominium tocius mundi, ad Britanos miserunt legatos, ut obsides et censum acciperent, sicut acciperent ab universis regionibus et insulis. Britones autem, cum essent tyranni et tumidi, legacionem Romanorum contempserunt. Tunc Julius Cesar, cum accepisset singulare inperium primus et obtinuisset, iratus est valde et venit ad Britanniam cum LX ciulis et tenuit in occium Tamensis, in quo naufragium perpessa[e] sunt naves illius, dum ipse pugnabat apud Dolobellum, qui erat proconsul regi Britannico, qui et ipse Bellimus vocabat[ur], cujus filius erat Minoamus, qui occupavit omnes insulas Terreni maris, et Julius reversus est sine victoria, cesis militibus [1] fractisque navibus [2].

[20] Et iterum, post spacium trium annorum, venit cum magno exercitu trecentis ciulis et pervenit usque ad ocidium Tamensis, et ibi inierunt bellum, et ibi ceciderunt milites multi de equis suis, quia supradictus consul posuerat sudes ferreos et semen bellicosum cethilou in vada fluminum : discrimen magnum fuit militibus Romanorum haec ars invisibilis, et discesserunt sine [pace] in ista vice. Gestum est bellum tercio juxta locum qui dicitur [T]rinovantum,

et accepit Julius imperium Brittannie XL et VII annis a[nte] nativitatem Christi, ab inicio mundi $\overline{V}$CCXV.

1. cesis militibus] cessis multibus — 2. navibus] manibus

Digitized by Google

Galli; secundus Magog, a quo Scythas et Gothos; tertius Madai [1], a quo Medos; quartus Juvan, a quo Graeci; quintus Tubal, a quo Hiberei [2] et Hispani et Itali; sextus Mosoch, a quo Cappadoces; septimus Tiras, a quo Traces. Hi sunt filii Jafeth, filii Noe, filii Lamech.

[19] Et redeam nunc ad id de quo digressus sum.

Romani autem, dum acciperent dominium totius mundi, ad Brittannos miserunt legatos, ut obsides et censum acciperent ab illis, sicut accipiebant ab universis regionibus et insulis. Brittanni autem, cum essent tyranni et tumidi, legationem Romanorum contempserunt. Tunc Julius Caesar, cum accepisset singulare imperium primus et obtinuisset, iratus est valde, et venit ad Brittanniam cum sexaginta ciulis, et tenuit in ostium Tamesis, in quo naufragium perpessae sunt naves illius, dum ipse pugnabat apud Dolobellum, qui erat proconsul regi Brittannico, qui et ipse Bellinus vocabatur, et filius erat Minocanni, qui occupavit omnes insulas Tyrreni [3] maris, et Julius reversus est sine victoria, caesis militibus et fractis navibus.

[20] Et iterum, post spatium trium annorum, venit cum magno exercitu trecentisque ciulis, et pervenit usque ad ostium fluminis, quod vocatur Tamesis. Et ibi inierunt bellum et multi ceciderunt de equis militibusque suis, quia supradictus proconsul posuerat sudes ferreos et semen bellicosum, id est cetilou, in vada fluminis. Discrimen magnum fuit militibus Romanorum haec [4] ars invisibilis et discesserunt sine pace in illa vice. Gestum est bellum tertio juxta locum qui dicitur Trinovantum.

Et accepit Julius imperium Brittannicae gentis XLVII annis ante nativitatem Christi, ab initio autem mundi $\overline{V}$CCXV.

Julius igitur primus in Brittanniam pervenit, et regnum et gentem tenuit, et in honorem illius Quintilem mensem Julium debere Romani decreverunt vocari. Et Idibus Martiis Gaius Julius Caesar in curia occiditur, tenente Octaviano Augusto monarchiam totius mundi, et censum a Brittannia ipse solus accepit, ut Virgilius ait :

[*Georg.*, III, 25] Purpurea intexti tollant aulaea Brittanni.

1. a quo Galli.. Madai *mq. Texte d'après le ms. K* — 2. Hiberei] Ebrei — 3. Tyrrani] tyrrini — 4. haec] et

Digitized by Google

Digitized by Google

[21] Secundus post hunc Claudius imperator venit, et in Brittannia imperavit annis XLVIII post adventum Christi, et stragem et bellum fecit magnum non absque detrimento militum, tamen victor fuit in Brittannia. Et postea cum ciulis perrexit ad Orcades insulas, et subjecit sibi, et fecit eas tributarias. In tempore illius quievit dare censum Romanis a Brittannia, sed Brittannicis imperatoribus redditum est. Regnavit annis XIII, mensibus VIII. Cujus monumentum in Mogantia apud Longobardos ostenditur : dum ad Romam ibat, ibi defunctus est.

[22] Post CLXVII annos post adventum Christi Lucius, Brittannicus rex, cum omnibus regulis totius Brittannicae gentis, baptismum suscepit, missa legatione ab imperatoribus Romanorum et a papa romano Eucharisto.

[23] Tertius fuit Severus, qui transfretavit [1] ad Brittanos ; ubi, ut receptas provincias ab incursione barbarica faceret tutiores, murum et aggerem a mari usque ad mare per latitudinem Brittanniae, id est CXXXII milia passuum deduxit, et vocatur britannico sermone Guaul. Propterea jussit fieri inter Brittones et Pictos et Scottos, quia Scotti ab occidente et Picti ab aquilone unanimiter pugnabant contra Brittones, nam et ipsi pacem inter se habebant; et non multo post intra Brittanniam Severus moritur.

[24] Quartus fuit Karitius imperator et tyrannus, qui et ipse in Brittanniam venit tyrannide. Qui propterea tyrannus fuit pro occisione Severi et cum omnibus ducibus romanicae gentis, qui erant cum eo in Brittannia, transverberavit omnes regulos Brittannorum et vindicavit valde Severum ab illis et purpuram Brittanniae occupavit.

[25] Quintus Constantinus, Constantini magni filius, fuit, et ibi moritur, et sepulchrum illius monstratur juxta urbem quae vocatur Cair Segeint, ut litterae, quae sunt in lapide tumuli, ostendunt. Et ipse seminavit tria semina, id est auri, argenti aerisque, in pavimento supradictae civitatis, ut nullus pauper in ea habitaret unquam, et vocatur alio nomine Minmanton.

[26] Sextus Maximus imperator regnavit in Brittannia. A tempore illius consules esse coeperunt et Caesares nunquam appellati sunt postea. Et sanctus Martinus in tempore illius claruit in virtutibus et signis, et cum eo locutus est.

[27] Septimus imperator regnavit in Brittannia Maximianus. Ipse perrexit cum omnibus militibus Brittonnum a Brittannia, et occidit Gratianum, regem Romanorum, et imperium tenuit totius Europae,

---

1. transfretavit] trassfretavit

Digitized by Google

[30] Tribus vicibus occisi sunt duces Romanorum a Britannis.

Digitized by Google

et noluit dimittere milites, qui perrexerunt cum eo, ad Brittanniam, ad uxores suas et ad filios suos et ad possessiones suas, sed dedit illis multas regiones a stagno quod est super verticem Montis Jovis usque ad civitatem quae vocatur Cant Guic, et usque ad cumulum occidentalem, id est Cruc Ochidient. Hi sunt Brittones Armorici, et nunquam reversi sunt hac usque in hodiernum diem. Propter hoc Brittannia occupata est ab extraneis gentibus et cives expulsi sunt, usque dum Deus auxilium dederit illis.

In veteri traditione seniorum nostrorum septem imperatores fuerunt a Romanis in Brittannia, Romani autem dicunt novem. Octavus fuit alius Severus, qui aliquando in Brittannia manebat, aliquando ad Romam ibat et ibi defunctus est. Nonus fuit Constantius. Ipse regnavit XVI annis in Brittannia et in sextodecimo anno imperii sui obiit in Brittannia.

[28] Hucusque regnaverunt Romani apud Brittones CCCCVIIII annis. Brittones autem dejecerunt regnum Romanorum neque censum dederunt illis neque reges illorum acceperunt, ut regnarent super eos, neque Romani ausi sunt ut venirent Brittanniam ad regnandum amplius, quia duces illorum Brittones occiderant.

[29] Iterum repetendus est sermo de Maximiano tyranno. Gratianus cum fratre Valentiniano regnavit VI annis, et Ambrosius Mediolanensis episcopus clarus habetur in catholicorum dogmate. Valentinianus cum Theodosio regnavit annis VIII. Synodus Constantinopolim colligitur a CCCXVIII patribus, in qua omnes haereses damnantur. Hieronymus tum presbyter Bethleem toto mundo claruit. Dum Gratianus imperium regebat in toto mundo, in Brittannia per seditionem militum Maximus imperator factus est. Qui mox dum in Gallias transfretaret, Gratianus Parassis Meroblaudis [1], magistri militum, proditione superatus est et fugiens Lugduni captus atque occisus est. Maximus Victorem, filium suum, consortem fecit. Martinus, Turonensis episcopus, in magnis virtutibus claruit. Post multum intervallum temporis a Valentiniano et Theodosio consulibus in tertio ab Avvileva lapide spoliatus indumentis regiis sistitur et capite damnatur. Cujus filius Victor eodem anno ab Argabaste [2] comite interfectus est in Gallia.

[30] Tribus vicibus occisi sunt duces Romanorum a Brittannis.

Brittones autem dum anxiebantur a barbarorum gentibus, id est Scottorum et Pictorum, flagitabant auxilium Romanorum, et, dum legati mittebantur, cum magno luctu et cum sablonibus super capita sua intra-

1. Meroblaudis] Meroblaudus — 2. Argabaste] Argeste

Digitized by Google

[31] Factum est autem post supradictum bellum, quod fuit inter Britones et Romanus, qua[n]do duces eorum occisi sunt, et post occisionem Maximi tiranni, post XL annos fuerunt sub metu. Guorthigirnus regnavit in Britannia et, dum ipse regnabat, urguebatur a metu Pictorum Scothorumque et a Romanico impetu, necnon et a timore Ambbrosii. Venerunt interea III ciule a Gasanania in exilio expulse, in quibus erant Cors et Haecgens, qui et ipsi fratres erant, filii Guictils, filii Guicta, filii Gueta, filii Woden, filii Frelab, filii Freuduls, filii Fran, filii Folcpald, filii Geuta, qui sunt, ut aiunt, filius Dei, non Deus exercituum, set unus ex idolis quae ipsi colebant. Guorthigernus suscepit eos benigne et tradidit eis insulam quae vocatur in lingua eorum Canet, britannico sermone Ruimh.

Regnante Gra[tia]no sẽcundo cum Equicio, Saxones a Guorthigerno suscepti sunt, anno CCCXLVII post passionem Christi.

[32] In tempore illo venit sanctus Germanus ad praedicandum in Britannia et claruit apud illos multis virtutibus et multi per eum salvi facti sunt et plurimi perierunt per [illum]. Aliquanta miracula quae per illum fecit Dominus scribenda decrevi. Primum miraculum de miraculis ejus.

Erat quidam [1] rex iniquus a[t]que tirrannos valde, cui nomen erat Henli. Ille vir sanctus voluit visitare et properare ad ini-

1. quidam] quidema

Digitized by Google

bant, et portabant magna munera secum consulibus Romanorum pro admisso scelere occisionis ducum, et suscipiebant consules grata dona ab illis, et promittebant cum juramento accipere jugum Romanici juris, licet durum fuisset.

Et Romani venerunt cum maximo exercitu ad auxilium eorum et posuerunt imperatores in Brittannia et composito imperatore cum ducibus revertebantur exercitus ad Romam usque, et sic alternatim per CCCXLVIII annos faciebant. Brittones autem propter gravitatem imperii occidebant duces Romanorum et auxilium postea petebant. Romani autem ad imperium auxiliumque et ad vindicandum veniebant et, spoliata Brittannia [1] auro argentoque cum aere et omni pretiosa veste et melle, cum magno triumpho revertebantur.

[31] Factum est autem post supradictum bellum, id est quod fuit inter Brittones et Romanos, quando duces illorum occisi sunt, et occisionem Maximi tyranni, transactoque Romanorum imperio in Brittania, per XL annos fuerunt sub metu. Guorthigirnus regnavit in Brittannia, et dum ipse regnabat, urgebatur a metu Pictorum Scottorumque et a Romanico impetu, nec non et a timore Ambrosii. Interea venerunt tres ciulae a Germania expulsae in exilio, in quibus erant Hors et Hengist, qui et ipsi fratres erant, filii Guictglis, filii Guitta, filii Guectha, filii Woden, filii Frealaf, filii Fredulf, filii Finn, filii Fodepald, filii Geta, qui fuit, ut aiunt, filius Dei : non ipse est Deus deorum, amen, Deus exercituum, sed unus est ab idolis eorum, quae ipsi colebant. Guorthigirnus suscepit eos benigne et tradidit eis insulam quae in lingua eorum vocatur Tanet, britannico sermone Ruoihm.

Regnante Gratiano secundo cum Equitio [2], Saxones a Guorthigirno suscepti sunt, anno CCCXLVII post passionem Christi.

[32] In tempore illius venit sanctus Germanus ad praedicandum in Brittannia, et claruit apud illos in multis virtutibus, et multi per eum salvi facti sunt et plurimi perierunt.

Aliquanta miracula, quae per illum fecit Deus, scribenda decrevi.

Primum miraculum de miraculis ejus.

Erat quidam rex iniquus atque tyrannus valde, cui nomen erat Benli. Illum vir sanctus voluit visitare et properare ad

1. Brittannia] brittannica — 2. cum Equitio] equantio

Digitized by Google

quum regem, ut praedicaret illi. Et ipse homo Dei venit [1] ad portam urbis cum comitibus [2] suis. Venit portarius et salutavit eos, et miserunt ad regem. Et rex durum re[s]ponsum dedit et cum juramento dixit : « Si fueri[n]t vel si manserint ad finem anni, non venient umquam in urbem istam. » Et dum ipsi exspectarent januatorem, ut nunciaret illis responsum tiranni, dies declinabat [3] ad noctem, et nox adpropinquabat, et nescirent quo [4] declinarent, interea venit unus de familia regis de medio urbis, et inclinavit se ante virum Dei, et nunciavit illis omnia verba regis tirranni et invitavit illos ad cassam suam. Et exierunt cum eo, et benigne suscepit eos. Et ille non habebat de omnibus generibus jumentorum, excepta [5] una vaca cum vitulo ; et occidit vitulum, et coxit, et deposuit ante illos. Et praecepit sanctus Germanus ut non confringeretur de ossibus ejus, et sic factum est, et in crastino vitulus inventus est ante matrem suam sanus et vivus incolomisque.

[33] Iterum mane surrexerunt, ut inpetrarent salutacionem tiranni. At ipsi cum orarent expectarent juxta portam vel artis civitatis, et unus vir occurrebat, et sudor illius a vertice capitis usque ad plantas pedum distillabat, et inclinavit se ante illos. Et dixit sanctus Germanus : « Credis in Sanctam Trinitatem ? » Et respondit ille : « Credo. » Et babtizavit eum, et osculatus est, et dixit illi : « Vade in pace : in ista hora morieris, et angeli dei expectan[t] te in aera, ut cum illis ad Deum exeas, cui cre[di]disti. » Et ipse letus intravit in arcem, et praefectus [6] tenuit eum fami regis et alligavit ; et ante tirannum ductus et interfectus est, quia nocuerat nequissimo tirranno ; nam qui [7] ante solis ortum non pervenisset ad servitutem in arcem interficiebatur [8]. Et manserunt tota die juxta portam civitatis, et non impetraverunt salutacionem tiranni.

[34] Solito ex more supradictus vir adfuit, et dixit illi sanctus Germanus : « Cave ne ullus homo manead de hominibus tuis

---

1. venit] venis — 2. comitibus] commitatatibus — 3. declinabat] decilnabat — 4. quo] quod — 5. excepta] expecta — 6. praefectus] profectus — 7. qui] quis — 8. interfic.] interfaciebatur

Digitized by Google

iniquum regem, ut praedicaret illi. At cum ipse homo Dei venisset ad ostium urbis cum comitibus suis, venit portarius et salutavit eos, et miserunt eum ad regem, et rex durum responsum dedit illis et cum juramento dixit : « Si fuerint vel si manserint usque ad caput anni, non venient unquam in medio urbis meae. » Dum ipsi expectarent januatorem, ut nuntiaret illis sermonem tyranni, dies declinabat ad vesperum, et nox appropinquabat, et nescierunt quo irent. Interea venit unus de servis regis e medio urbis, et inclinavit se ante virum Dei, et nuntiavit illis omnia verba tyranni, et invitavit illos ad casam suam, et exierunt cum eo, et benigne suscepit eos. Et ille nihil habebat de omnibus generibus jumentorum, excepta una vacca cum vitulo, et occidit vitulum, et coxit, et posuit ante illos. Et praecepit sanctus Germanus ut non confringeretur os de ossibus ejus, et sic factum est, et in crastino vitulus inventus est ante matrem suam sanus et vivus incolumisque.

[33] Iterum de mane surrexerunt, ut impetrarent salutationem tyranni. At ipsi cum orarent et exspectarent juxta portam arcis, et ecce vir unus currebat, et sudor illius a vertice ad plantas pedum distillabat. Inclinabat se ante illos, et dixit sanctus Germanus : « Credis in Sanctam Trinitatem ? » Et respondit illi : « Credo », et baptizatus est, et osculavit eum, et dixit illi : « Vade in pace : in ista hora morieris, et angeli Dei in aere expectant te, ut gradieris cum illis ad Deum, cui credidisti. » Et ipse laetus intravit in arcem, et praefectus tenuit illum, et alligavit, et ante tyrannum ductus interfectus est, quia mos erat apud nequissimum tyrannum, nisi quis ante solis ortum pervenisset ad servitutem in arce, interficiebatur. Et manserunt tota die juxta portam civitatis, et non impetraverunt ut salutarent tyrannum.

[34] Solito ex more supradictus adfuit servus, et dixit illi sanctus Germanus : « Cave ne unus homo maneat de hominibus tuis in ista nocte in arce. » Et ipse reversus est in arcem, et deduxit filios suos, quorum numerus erat novem, et ipsi ad supradictum hospitium cum ipso reversi sunt. Et praecepit sanctus Germanus manere eos jejunos et clausis januis dixit :

Digitized by Google

in ista [1] nocte in arce. » Et ipse reversus est in arcem, et eduxit filios suos, quorum numerus erat VIIII, et ipse ad supradictum hospicium cum ipso reversi s[unt]. Et praecepit sanctus Germanus manere eos jejunos [et januis] claussis dixit : « Vigilantes estote et quid evenerit in arcem nolite aspicere, et orate indesinenter, et ad Deum vestrum clamate [2]. » Et post modicum intervallum noctis ignis de celo cecidit, et conbussit arcem et omnes ho[mi]nes qui cum eo tiranno erant, et nunquam conparuerunt usque in hodiernum diem, et arce[m] non edificaverunt usque hodie.

[35] In crastino ille vir qui hospitalis fuit illis credidit et baptizatus est cum omnibus filiis suis, et omnis regio cum illis: cui nomen erat Catellus. Et benedixit ei, et addidit, et dixit : « Non deficiet rex de semine tuo in aeternum, et rex eris ab hodierno die. » Et sic evenit, ut impleretur quod dictum est per prophetam : « Suscitans de pulvere inopem » et reliqua, « ut sedeat cum principibus » et reliqua. Juxta verbum sancti Germani rex de servo factus est. Omnes filii ejus regi facti sunt, et omnis regio Pausorum regitur a semine illorum usque in hodiernum diem.

[36] Factum est autem, postquam metati sunt Saxones in supra dicta insula Canet, promissit rex supradictus dari illis victum et vestimentum absque defectione ut placuit illis, et ipsi [3] promiserunt expugnare contra inimicos ejus fortiter. At illi barbar[i] cum multiplicati essent in numero, non potuerunt Britanni cybos praestare illis et vestimenta, quia multum postularent, et Britones dixerunt : « Non possumus dare vobis sicut promisserat rex, q[u]ia numerus vester multiplicatus est. Recedite a nobis, non de auxilio vestro indigemus. » Et ipsi consilium fecerunt cum majoribus suis, ut disrumperent pacem.

[37] Haencgist autem, cum esset vir doctus atque astutus et callidus, et cum intellexit regem inertem et gentem ejus, inito

---

1. in ista] inista *répété deux fois* — 2. clamate] clamante — 3. ipsi] ipse

Digitized by Google

« Vigilantes estote, et si quid evenerit in arce, nolite aspicere, sed orate indesinenter et ad Deum vestrum clamate. » Et post modicum intervallum noctis ignis de caelo cecidit, et combussit arcem et omnes homines qui cum tyranno erant, et nusquam apparuerunt usque in hodiernum diem, et arx non aedificata est usque hodie.

[35] In crastino die ille vir, qui hospitalis fuit illis, credidit et baptizatus est cum omnibus filiis suis et omnis regio cum eis : cui nomen erat Catel. Et benedixit ei, et addidit, et dixit : « Non deficiet rex de semine tuo. Ipse est Catell Durnluc, et tu solus rex eris ab hodierna die. » Et sic evenit, et impletum est quod dictum est per prophetam dicentem : « Suscitans de pulvere egenum, et de stercore erigens pauperem, ut sedeat cum principibus et solium gloriae teneat. » Juxta verba sancti Germani rex de servo factus est, et omnes filii ejus reges facti sunt, et a semine illorum omnis regio Povisorum regitur usque in hodiernum diem.

[36] Factum est autem, postquam metati sunt Saxones in supra dicta insula Tanet, promisit rex supradictus dari illis victum et vestimentum absque defectione; et placuit illis, et ipsi promiserunt expugnare inimicos ejus fortiter. At illi barbari cum multiplicati essent numero, non potuerunt Brittones cibare illos. Cum postularent cibum et vestimentum, sicut promissum erat illis, dixerunt Brittones : « Non possumus dare vobis cibum et vestimentum, quia numerus vester multiplicatus est, sed recedite a nobis, quia auxilio vestro non indigemus. » Et ipsi consilium fecerunt cum majoribus suis, ut pacem disrumperent.

[37] Hencgistus autem, cum esset vir doctus atque astutus et callidus, cum explorasset super regem inertem et super gentem illius, quae sine armis utebatur, inito consilio, dixit ad regem Brittannicum : « Pauci sumus; si vis, mittemus ad pa-

Digitized by Google

consilio, ad regem : « Pauci sumus ; si vis, mit[t]amus ad nostram terram, ut electi milites atque fortissimi regionis nostrae veniant ad nos ad certandum pro te et pro tua gente. » Et rex imperavit ut facerent. Et miserunt legatos trans Thicam vallem et reversi sunt cum XVIIII ciulis, et electi milites venerunt in illis, et in una ciula earum venit puella pulchra facie [1] atque decorosa valde. Filia erat Hengisti. Postquam autem venissent ciule, fecit Hengistus convivium Guorthigerno et militibus suis et interpreti suo, qui vocabatur Cheritic, et puellam ministrare illis vinum et sinceram. Et inebriati sunt et saturati sunt nimis. Illis bibentibus, intravit Satanas in corde Guorthigerni, ut amaret puellam, et postulavit eam a patre suo per interpretem suum, et dixit : « A me quod postulas...

(Fin du texte de Chartres)

1. facie] facitus

Digitized by Google

triam nostram ac invitemus milites de militibus regionis nostrae, ut amplior sit numerus ad certandum pro te et pro gente tua. » Et ille imperavit ut facerent, et miserunt, et legati transfretaverunt trans Tithicam vallem, et reversi sunt cum ciulis sedecim, et milites electi venerunt in illis, et in una ciula ex eis venit puella pulchra facie atque decorosa valde, filia Hencgesti. Postquam autem venissent ciulae, fecit Hencgistus convivium Guorthigirno et militibus suis et interpreti suo, qui vocabatur Ceretic, et puellam jussit ministrare illis vinum et siceram, et inebriati sunt et saturati sunt nimis. Illis autem bibentibus, intravit Satanas in corde Guorthigirni, ut amaret puellam, et postulavit eam a patre suo per interpretem suum et dixit : « Omne quod postulas a me impetrabis, licet dimidium regni mei. » Et Hencgistus, inito consilio cum suis senioribus, qui venerunt secum de insula Oghgul, quid peterent regi pro puella, unum consilium cum illis omnibus fuit ut peterent regionem quae in lingua eorum vocatur Canturguoralen, in nostra autem Chent. Et dedit illis, Guoyrancgono regnante in Cantia, et inscius erat quia regnum ipsius tradebatur paganis et ipse solus in potestatem illorum clam dari, et sic data est puella illi in conjugium, et dormivit cum ea, et amavit eam valde.

[38] Et dixit Hencgistus ad Guorthigirnum : « Ego sum pater tuus et consiliator tui ero, et noli praeterire consilium meum umquam, quia non timebis te superari ab ullo homine neque ab ulla gente, quia gens mea valida est. Invitabo filium meum cum fratrueli suo, bellatores enim viri sunt, ut dimicent contra Scottos, et da illis regiones quae sunt in aquilone, juxta murum qui vocatur Guaul. » Et jussit ut invitaret eos, et invitavit[1] Octha et Ebissa cum quadraginta ciulis. At ipsi cum navigarent circa Pictos, vastaverunt Orcades[2] insulas, et venerunt, et occupaverunt regiones plurimas ultra mare Frenessicum, usque ad confinium Pictorum. Et Hencgestus semper ciulas ad se paulatim invitavit, ita ut insulas ad quas venerant absque habitatore

1. invitavit] invitati — 2. Orcades] ordaces

Digitized by Google

relinquerent, et dum gens illius crevisset et in virtute et in multitudine, venerunt ad supradictam civitatem Cantorum.

[39] Nam, super omnia mala adjiciens, Guorthigirnus accepit filiam sui uxorem sibi, et peperit ei filium. Et hoc cum compertum esset a sancto Germano, eum corripere venit cum omni clero Brittonum. Et dum conventa esset magna synodus clericorum ac laicorum in uno concilio, ipse rex praemonuit filiam suam ut exiret ad conventum et ut daret filium suum in sinum Germani et ut diceret quod ipse erat pater filii ; et mulier fecit sicut erat edocta. Germanus autem eum benigne accepit et dicere coepit : « Pater tibi ero nec te dimittam, nisi mihi novacula cum forcipe pectineque detur et ad patrem tuum carnalem tibi dare licetur. » Et obaudivit puer, et usque ad avum suum patrem carnalem Guorthigirnum perrexit, et puer illi dixit : « Pater meus es, caput meum tonde et comam capitis mei. » Et ille siluit, et tacuit, et puero respondere noluit, sed surrexit et iratus est valde, ut a facie sancti Germani fugeret, et maledictus est, et damnatus a sancto Germano et omni Brittonum concilio.

[40] Et postea rex ad se invitavit magos suos, ut quid faceret ab eis interrogaret. At illi dixere : « In extremos fines regni tui vade, et arcem munitam invenies, ut te defendas, quia gens quam suscepisti in regno tuo invidet tibi, et te per dolum occidet, et universas regiones quas amaras occupabit cum tua universa gente post mortem tuam. Et postea ipse cum magis suis arcem adipisci venit, et per multas regiones multasque provincias circumdederunt et, illis non invenientibus, ad regionem quae vocatur Guined novissime pervenerunt ; et, illo lustrante in montibus Ereri, tandem in uno montium loco, in quo aptum erat arcem condere, adeptus est. Et magi ad illum dixere : « Arcem in isto loco fac, quia tutissima a barbaris gentibus in aeternum erit. » Et ipse artifices congregavit, id est lapidicinos, et ligna et lapides congregavit et, cum esset congregata omnis materia, in una nocte ablata est materia. Et tribus vicibus jussit congregari, et nusquam comparuit. Et magos arcessivit, et illos percunctatus est, quae esset haec causa

Digitized by Google

malitiae et quid hoc eveniret. At illi responderunt : « Nisi infantem sine patre invenies, et occidetur ille, et arx a sanguine suo aspergatur, numquam aedificabitur in aeternum. »

[41] Et ipse legatos ex consilio magorum per universam Brittanniam misit, utrum infantem sine patre invenirent. Et, lustrando omnes provincias regionesque plurimas, venerunt ad campum Elleti, qui est in regione quae vocatur Gleguissing, et pilae ludum faciebant pueri. Et ecce duo inter se litigabant, et dixit alter alteri : « O homo sine patre, bonum non habebis. » At illi de puero ad pueros diligenter percunctabantur, et cunctantes matrem, si patrem haberet. Illa negavit et dixit : « Nescio quomodo in utero meo conceptus est, sed unum scio quia virum non cognovi umquam » ; et juravit illis patrem non habere. Et illi eum secum duxere usque ad Guorthigirnum regem et eum insinuaverunt regi.

[42] Et in crastino conventio facta est, ut puer interficeretur. Et puer ad regem dixit : « Cur viri tui me ad te detulerunt? » Cui rex ait : « Ut interficiaris, et sanguis tuus circa arcem istam aspergetur, ut possit aedificari. » Respondit puer regi [1] : « Quis tibi monstravit? » Et respondit rex : « Magi mei mihi dixere. » Et puer dixit : « Ad me vocentur. » Et invitati sunt magi et puer illis dixit : « Quis revelavit vobis ut ista arx a sanguine meo aspergeretur et, nisi aspergeretur a sanguine meo, in aeternum non aedificabitur? Sed hoc ut cognoscatis, quis mihi de me palam fecit? » Iterum puer dixit : « Modo tibi, o rex, elucubrabo [2] et in veritate tibi omnia satagam; sed magos tuos percunctor : quid in pavimento istius loci est? Placet mihi ut ostendant tibi quid sub pavimento habetur. » At illi dixere : « Nescimus. » Et ille dixit : « Comperior : stagnum in medio pavimenti est ; venite et fodite, et sic invenietis. » Venerunt, et foderunt, et ruit. Et puer ad magos dixit : « Proferte mihi, quid est in stagno? » Et siluerunt et non potuerunt revelare illi. Et ille dixit illis : « Ego vobis revelabo : duo vasa sunt et sic inve-

1. Cur viri... puer regi *mq. Texte d'après le ms. K* — 2. elucubrabo] *au dessus de la ligne :* id est revelabo

Digitized by Google

nietis. » Venerunt et viderunt sic. Et puer ad magos dixit : « Quid in vasis conclusis habetur? » At ipsi siluerunt et non potuerunt revelare illi. At ille asseruit : « In medio eorum tentorium est, separate ea et sic invenietis. » Et rex separari jussit, et sic inventum est tentorium complicatum, sicut dixerat. Et iterum interrogavit magos ejus : « Quid medio tentorii est? Et jam nunc narrate. » Et non potuerunt scire. At ille revelavit : « Duo vermes in eo sunt, unus albus et alter rufus; tentorium expandite. » Et extenderunt et duo vermes dormientes inventi sunt. Et dixit puer : « Expectate et considerate quid facient vermes. » Et coeperunt vermes ut alter alterum expelleret; alius autem scapulas suas ponebat, ut eum usque ad dimidium tentorii expelleret; et sic faciebant tribus vicibus: tamen tandem infirmior videbatur vermis rufus, et postea fortior albo fuit, et extra finem tentorii expulit; tunc alter alterum secutus trans stagnum est, et tentorium evanuit. Et puer ad magos refert : « Quid significat mirabile hoc signum quod factum in tentorio? » Et illi proferunt : « Nescimus. » Et puer respondit : « En revelatum est mihi hoc mysterium, et ego vobis propalabo. Regni tui figura tentorium est; duo vermes duo dracones sunt; vermis rufus draco tuus est; et stagnum figura hujus mundi est. At ille albus draco illius gentis, quae occupavit gentes et regiones plurimas in Brittannia, et paene a mari usque ad mare tenebunt, et postea gens nostra surget, et gentem Anglorum trans mare viriliter dejiciet. Tu tamen de ista arce vade, quia eam aedificare non potes, et multas provincias circumi, ut arcem tutam invenias, et ego hic manebo. » Et rex ad adolescentem dixit : « Quo nomine vocaris? » Ille respondit : « Ambrosius vocor », id est Embreis Guletic ipse videbatur. Et rex dixit : « De qua progenie ortus es? » Et ille[1] : « Unus est pater meus de consulibus romanicae gentis. » Et arcem dedit rex illi cum omnibus regnis occidentalis plagae Brittanniae, et ipse cum magis suis ad sinistralem plagam pervenit et usque ad regionem quae vocatur Guunnessi affuit,

1. Et ille *mq. Texte d'après le ms. K.*

Digitized by Google

et urbem ibi, quae vocatur suo nomine Cair Guorthigirn, aedificavit.

[43] Interea Guorthemir, filius Guorthigirn, cum Hengisto et Horso et cum gente illorum petulanter pugnabat et eos usque ad supradictam insulam, quae vocatur Tanet, expulit et eos ibi tribus vicibus conclusit, obsedit, percussit, comminuit, terruit. Et ipsi legatos ultra mare usque in Germaniam transmittebant vocando ciulas cum ingenti numero bellatorum virorum. Et postea pugnabant contra reges nostrae gentis : aliquando vincebant et dilatabant terminos suos, aliquando vincebantur et expellebantur.

[44] Et Guorthemir contra illos quattuor bella avide gessit. Primum bellum super flumen Derguentid; secundum bellum super vadum quod dicitur in lingua eorum Episford, in nostra autem lingua Rithergabail, et ibi cecidit Hors cum filio Guorthigirni, cujus nomen erat Categirn; tertium bellum in campo juxta Lapidem tituli, qui est super ripam Gallici maris, commisit, et barbari victi sunt, et ille victor fuit, et ipsi in fugam versi usque ad ciulas suas mersi sunt in eas muliebriter intrantes. Ille autem post modicum intervallum mortuus est et ante mortem suam ad familiam suam dixit ut sepulchrum illius in portu ponerent a quo exierant, super ripam maris, « in quo vobis commendo : quamvis in alia parte portum Brittanniae teneant et habitaverint, tamen in ista terra in aeternum non manebunt. » Illi autem mandatum ejus contempserunt et eum in loco in quo imperaverat illis non sepelierunt.

[45] At barbari reversi sunt magno opere, cum Guorthigirnus amicus eis erat propter uxorem suam, et nullus eos abigere audacter [1] valuit, quia non de virtute sua Brittanniam occupaverunt, sed de nutu Dei. Contra voluntatem Dei quis resistere poterit et nitatus? Sed quomodo voluit Dominus fecit et ipse omnes gentes regit et gubernat.

Factum est autem post mortem Guorthemir, regis Guorthigirni filii, et post reversionem Hengisti cum suis turbis, consi-

1. audacter] audaciter

Digitized by Google

lium fallax hortati sunt, ut dolum Guorthigirno cum exercitu suo facerent. At illi legatos, ut impetrarent pacem, miserunt, ut perpetua amicitia inter illos fieret. At ille Guorthegirnus cum suis majoribus natu consilium fecerunt et scrutati sunt quid facerent. Tandem unum consilium [1] cum omnibus fuit [2], ut pacem facerent, et legati eorum reversi sunt, et postea conventum adduxerunt, ut ex utraque parte Brittones et Saxones in unum sine armis convenirent, ut firma amicitia esset.

[46] Et Hengistus omni familiae suae jussit ut unusquisque artavum suum sub pede in medio ficonis sui poneret : « Et quando clamavero ad vos et dixero *En, Saxones, enimenit saxas*!, cultellos vestros ex ficonibus vestris educite, et in illos irruite, et fortiter contra illos resistite. Et regem illorum nolite occidere, sed eum, pro causa filiae meae, quam dedi illi in conjugium, tenete, quia melius est nobis ut ex manibus nostris redimatur. » Et conventum adduxerunt, et in unum convenerunt, et Saxones, amicialiter locuti, in mente interim vulpicino more agebant, et vir juxta virum socialiter sederunt. Hengistus, sicut dixerat, vociferatus est, et omnes seniores trecenti Guorthigirni regis jugulati sunt, et ipse solus captus est, et catenatus est, et regiones plurimas pro redemptione animae suae [3] illis tribuit, id est Est-saxum, Sut-saxum.

[47] Sanctus vero Germanus Guorthigirno praedicabat ut ad Dominum suum converteret [4] et ab illicita conjunctione se separaret; et ille usque ad regionem quae a nomine suo accepit nomen Guorthigirniaun miserabiliter effugit, ut ibi cum uxoribus suis lateret. Et sanctus Germanus post illum secutus est cum omni clero Brittonum, et ibi quadraginta diebus et quadraginta noctibus mansit, et super petram stabat, et die noctuque stabat. Et iterum Guorthigirnus usque ad Arcem Guorthigirni, quae est in regione Demetorum, juxta flumen Teibi, ignominiose abcessit. Et solito more sanctus Germanus eum secutus est, et ibi jejunus cum omni clero tribus diebus

1. fecerunt... consilium *mq.* (*bourdon*). *Texte d'après le ms. K* — 2. fuit *corrigé en* fecit — 3. suae] mee — 4. Sanctus... converteret *après* separaret.

Digitized by Google

totidemque noctibus causaliter mansit, et in quarta nocte arx tota mediae circa noctis horam per ignem missum de caelo ex improviso cecidit, ardente igne caelesti ; et Guorthigirnus cum omnibus qui cum eo erant et cum uxoribus suis defecit. Hic est finis Guorthi[gir]ni, ut in Libro beati Germani repperi. Alii autem aliter dixerunt.

[48] Postquam exosi [1] fuerunt illi omnes homines gentis suae pro piaculo suo inter potentes et impotentes, inter servum et liberum, inter monachos et laicos, inter parvum et magnum, et ipse dum de loco ad locum vagus errat, tandem cor ejus crepuit et defunctus est, non cum laude. Alii dixerunt : terra aperta est et deglutivit eum in nocte in qua combusta est arx circa eum, quia non inventae sunt ullae reliquiae illorum qui combusti sunt cum eo in arce.

Tres filios habuit, quorum nomina sunt Guorthemir, qui pugnabat contra barbaros, ut supra diximus, secundus Categirn, tertius Pascent, qui regnavit in duabus regionibus Buelt et Guorthegirniaun post mortem patris sui, largiente Ambrosio illi, qui fuit rex inter omnes reges Brittannicae gentis. Quartus fuit Faustus, qui a filia sua genitus est illi, et sanctus Germanus baptizavit illum, et nutrivit, et docuit, et condidit locum magnum super ripam fluminis quod vocatur Renis, et manet usque hodie. Et unam filiam habuit, quae fuit mater Fausti sancti.

[49] Haec est genealogia illius, quae ad initium retro recurrit. Fernmail ipse est, qui regit modo in regionibus duabus Buelt et Guorthigirniaun, filius Teudubir. Teudubir ipse est rex Buelitiae regionis, filius Pascent, filii Guaidcant, filii Moriud, filii Eldat, filii Eldoc [2], filii Paul, filii Mepurit, filii Briacat, filii Pascent, filii Guorthigirn Guortheneu [3], filii Guitaul [4], filii Guitolin, filii Glovi. Bonus, Paul, Mauron, Guotolinus, quattuor fratres fuerunt filii Glovi, qui aedificavit urbem magnam super ripam fluminis Sabrinae, quae vocatur brittannico sermone Cair

1. exosi] exorti — 2. Eldoc] Edoc — 3. Guortheneu] guorteu — Guitaul] guitataul

Digitized by Google

Glovi, saxonice autem Gloecester. Satis dictum est de Guorthigirno et de genere suo.

[50] Sanctus Germanus reversus est post mortem illius ad patriam suam.

[III. Vita Patricii]

Et Sanctus Patricius erat in illo tempore captivus apud Scottos, et dominus illius nominabatur Milchu, et porcarius cum illo erat, et in septimo decimo anno aetatis suae reversus est de captivitate, et nutu Dei eruditus est postea in sacris litteris, et ad Romam usque pervenit, et per longum spatium mansit ibidem. Ad legendum et ad scrutanda mysteria Dei et sanctarum scripturarum libros percurrit. Nam cum ibi esset per annos septem, missus est Palladius episcopus primitus a Caelestino episcopo et papa Romae ad Scottos in Christum convertendos; sed prohibuit illum Deus per quasdam tempestates, quia nemo potest accipere quicquam de terra, nisi de caelo datum fuerit [1] illi desuper. Et profectus est ille Palladius de Hibernia, et pervenit ad Brittanniam, et ibi defunctus est in terra Pictorum.

[51] Audita morte Palladii episcopi, alius legatus Patricius, Theodosio et Valentiano regnantibus, a Caelestino [2] papa romano et angelo Dei, cui nomen erat Victor, monente et suadente sancto [3] Germano episcopo, ad Scottos in fidem Christi convertendos mittitur. Misit Germanus seniorem cum illo Segerum ad quendam hominem mirabilem summum episcopum Amatheam regem in propinquo habitantem. Ibi sanctus sciens omnia quae ventura essent illi, episcopalem gradum Amatheo rege episcopus sanctus accepit, et nomen quod est Patricius sumpsit, quia prius Mann vocabatur. Auxilius et Iserinus et ceteri inferiori gradu simul ordinati sunt cum eo.

[52] Tunc, acceptis benedictionibus perfectisque omnibus in nomine sanctae Trinitatis, paratam ascendit navim, et pervenit ad Brittanniam, et praedicavit ibi non multis diebus, et amis-

1. datum fuerit] d. f. et datum fuerit — 2. Caelestino] scelestiano — 3. sancto] a sancto

Digitized by Google

sis omnibus ambulandi anfractibus summa velocitate flatuque prospero mare Hibernicum cum navi descendit. Onerata vero navis cum transmarinis mirabilibus et spiritalibus thesauris perrexit ad Hiberniam, et baptizavit eos.

[53] A mundi principio usque ad baptismum Hiberniensium $\overline{V}$CCCXXX anni sunt. In quinto anno Loygare regis exorsus est praedicare fidem Christi.

[54] Sanctus itaque Patricius evangelium Christi externis nationibus per annos quadraginta praedicabat, virtutes apostolicas faciebat [1], caecos illuminabat, leprosos mundabat, surdos audire faciebat, daemones obsessis corporibus fugiebat, mortuos numero usque ad novem suscitavit, captivos multos utriusque sexus suis propriis donis redemit. Scripsit abegetoria trecenta sexaginta quinque aut eo amplius. Ecclesias quoque eodem numero fundavit trecentas sexaginta quinque. Ordinavit episcopos trecentos sexaginta quinque aut eo amplius, in quibus spiritus Dei erat. Presbyteros autem usque ad tria milia ordinavit, et duodecim milia hominum in una regione Conachta ad fidem Christi convertit et baptizavit, et septem reges, qui erant filii Amolgith, in uno die baptizavit [2]. Quadraginta diebus et quadraginta noctibus in cacumine collis Eile jejunavit, id est Cruachan Eile ; in quo colle mare imminente tres petitiones pro his qui fidem ex Hibernensibus receperunt clementer postulavit. Prima petitio ejus est, ut dicunt Scotti, ut susciperet unusquisque paenitentiam, licet in extremo vitae suae statu ; secunda, ut ne a barbaris consumentur in aeternum ; tertia, ut non supervixerit aliquis Hibernensium in adventus judicii, quia delebuntur pro honore Patricii septem annis ante judicium. In illo autem tumulo benedixit populis Hiberniae, et ideo ascendit, ut oraret pro eis et videret fructum laboris sui. Et venerunt ad eum aves multi coloris innumerabiles, ut benediceret illis, quod significat omnes sanctos utriusque sexus [3] Hibernensium pervenire ad eum in die judicii ad patrem et ad

1. faciebat *mq. Supplée d'après le ms. K* — 2. et septem reges... baptizavit *mq. Texte d'après le ms. K* — 3. sexus] s. autem

Digitized by Google

magistrum suum, ut sequantur illum ad judicium. Postea in senectute bona migravit, ubi nunc laetatur in saecula saeculorum. Amen.

[55] Quattuor modis aequantur Moyses et Patricius : id est angelo colloquente in rubo igneo ; secundo modo, in monte quadraginta diebus et quadraginta noctibus jejunavit ; tertio modo, similes fuerunt aetate CXX annis ; quarto modo sepulchrum illius nemo scit, sed in occulto humatus est, nemine sciente. XV annis in captivitate, in vicesimo quinto anno ab Amatheo sancto episcopo subrogatur, LXXXV annis [1] in Hibernia praedicavit. Res autem exigebat amplius loqui de sancto Patricio, sed tamen pro compendio sermonis volui breviare.

[IV. ARTHURIANA]

[56] In illo tempore Saxones invalescebant in multitudine et crescebant in Brittannia. Mortuo autem Hengisto, Octha, filius ejus, transivit de sinistrali parte Brittanniae ad regnum Cantorum, et de ipso orti sunt reges Cantorum. Tunc Arthur pugnabat contra illos in illis diebus cum regibus Brittonum, sed ipse dux erat bellorum. Primum bellum fuit in ostium fluminis quod dicitur Glein. Secundum, et tertium, et quartum, et quintum super aliud flumen, quod dicitur Dubglas, et est in regione Linnuis. Sextum bellum super flumen quod vocatur Bassas. Septimum fuit bellum in silva Celidonis, id est Cat Coit Celidon. Octavum fuit bellum in castello Guinnion, in quo Arthur portavit imaginem sanctae Mariae perpetuae virginis super humeros suos, et pagani versi sunt in fugam in illo die, et caedes magna fuit super illos per virtutem Domini nostri Jesu Christi et per virtutem sanctae Mariae virginis genitricis ejus. Nonum bellum gestum est in urbe Legionis. Decimum gessit bellum in litore fluminis quod vocatur Tribruit. Undecimum factum est bellum in monte qui dicitur Agned. Duo-

1. annis] annorum

Digitized by Google

decimum fuit bellum in monte Badonis, in quo corruerunt in uno die nongenti sexaginta viri de uno impetu Arthur; et nemo prostravit eos nisi ipse solus, et in omnibus bellis victor existit. Et ipsi, dum in omnibus bellis prosternebantur, auxilium a Germania petebant, et augebantur multipliciter sine intermissione, et reges a Germania deducebant, ut regnarent super illos in Brittannia usque ad tempus quo Ida regnavit, qui fuit Eobba filius. Ipse fuit primus rex in Beornica, id est im Berneich.

[V. REGUM GENEALOGIAE CUM COMPUTO]

[57] Woden genuit Beldeg,
genuit Beornec,
genuit Gechbrond,
genuit Aluson,
genuit Inguec,
genuit Aedibrith,
genuit Ossa,
genuit Eobba,
genuit Ida.

Ida autem duodecim filios habuit, quorum nomina sunt :

Adda, Aeadlric, Decdric, Edric, Deothere, Osmer, et unam reginam Bearnoch, Ealric.

Ealdric genuit Aelfret.

Ipse est Aedlfred [1] Flesaur. Nam et ipse habuit filios septem, quorum nomina sunt :

Anfrid, Osguald, Osbiu, Osguid, Osgudu, Oslapf, Offa.

Osguid genuit Alcfrid, et Aelfguin, et Echfird.

Echgfrid ipse est qui fecit bellum contra fratruelem suum, qui erat rex Pictorum, nomine Birdei, et ibi corruit cum omni robore [2] exercitus sui, et Picti cum rege suo victores extiterunt, et numquam addiderunt Saxones ambronum ut a Pictis vectigal exigerent. A tempore istius belli vocatur Gueith Lin Garan.

1. Aedlfred] Aedlferd — 2. robore] rubore

Digitized by Google

Osguid autem habuit duas uxores, quarum una vocabatur Riemmelth, filia Royth, filii Rum, et altera vocabatur Eanfled, filia Eadguin, filii Alli.

[*De genealogia regum Cantiae*]

[58] Hengist genuit Octha,
genuit Ossa,
genuit Eormoric,
genuit Ealdbert,
genuit Ealdbald,
genuit Ercunbert,
genuit Ecgberth.

De ortu regum Eastanglorum

[59] Woden genuit Casser,
genuit Titinon,
genuit Trigil,
genuit Rodmunt,
genuit Rippan,
genuit Guillem Guechan.
Ipse primus regnavit in Brittannia super gentem Eastanglorum [1].
Guecha genuit Guffan,
genuit Tydil,
genuit Ecni,
genuit Edric,
genuit Aldul,
genuit Elric.

De genealogia Merciorum.

[60] Woden genuit Guedolgeat,
genuit Gueagon,
genuit Guithleg,
genuit Guerdmund,
genuit Offa,

1. Eastanglorum] estranglorum

Digitized by Google

genuit Ongen,
genuit Eamer,
genuit Pubba.

Ipse Pubba[1] habuit duodecim filios, quorum duo notitiores mihi sunt quam alii, id est Penda et Eva.
Eadlit filius Pantha,
Penda filius Pubba.

Eadlbalt filius Alguing,
filius Eva,
filius Penda,
filius Pubba.

Ecgfrid filius Offa,
filius Duminfert,
filius Eandulf,
filius Ossulf,
filius Eva,
filius Pubba[2].

De regibus Deurorum.

[61] Woden genuit Beldeyg.
Brond genuit Siggar,
genuit Sebald,
genuit Zegulf,
genuit Soemil.

Ipse primus separavit Deur o Birneich
Soemil genuit Sguerthing,
genuit Giulglis,
genuit Usfrean,
genuit Iffi,
genuit Ulli, Aedgum, Osfird, et Eadfird.

Duo filii Edguin erant, et cum ipso corruerunt in bello Meicen, et de origine illius numquam iteratum est regnum, quia non evasit unus de genere illius de isto bello, sed interfecti omnes sunt cum illo ab exercitu Catguollauni, regis Guendotae regionis.

1. Pubba] puppa — 2. Pubba] pupba

Digitized by Google

Osguid genuit Ecgfird.
Ipse est Ecgfrid Ailguin.
Genuit Oslach,
genuit Alhun,
genuit Adlsing,
genuit Echun,
genuit Oslaph.

Ida genuit Eadric,
genuit Ecgulf,
genuit Liodguald,
genuit Aetan.
Ipse est Eata Glinmaur.

Genuit Eadbyrth et Ecgbirth episcopum, qui fuit primus de natione eorum.

Ida, filius Eobba, tenuit regiones in sinistrali parte Brittanniae, id est Umbri maris, et regnavit annis duodecim, et junxit[1] Dinguayrdi guurth Berneich.

[62] Tunc Dutigirn in illo tempore fortiter dimicabat contra gentem Anglorum. Tunc Talhaern Tataguen in poemate claruit; et Neirin, et Taliessin, et Bluchbard, et Cian, qui vocatur Gueinth Guaut, simul uno tempore in poemate Brittannico claruerunt.

Mailcunus magnus rex apud Brittones regnabat, id est in regione Guenedotae, quia atavus illius, id est Cunedag, cum filiis suis, quorum numerus octo erat, venerat prius de parte sinistrali, id est de regione quae vocatur Manau Guotodin, CXLVI annis antequam Mailcun regnaret, et Scottos cum ingentissima clade expulerunt ab istis regionibus, et nusquam reversi sunt iterum ad habitandum.

[63] Adda, filius Ida, regnavit annis VIII.
Aedlric, filius Adda, regnavit IV annis.
Deoric, filius Ida, regnavit VII annis.
Friodolguald regnavit VII annis.

1. junxit] unxit

Digitized by Google

In cujus tempore regnum Cantiorum, mittente Gregorio, baptismum suscepit.

Hussa regnavit annis VII.

Contra illum quattuor reges, Urbgen, et Riderchhen, et Guallauc, et Morcant, dimicaverunt. Deodric contra illum Urbgen cum filiis dimicabat [1] fortiter. In illo autem tempore aliquando hostes, nunc cives vincebantur, et ipse conclusit eos tribus diebus et tribus noctibus in insula Metcaud et, dum erat in expeditione, jugulatus est, Morcanto destinante pro invidia, quia in ipso prae omnibus regibus virtus maxima erat instauratione belli.

Eadfered Flesaurs regnavit XII annis in Berneich et alios XII in Deur; XXIV annis inter duo regna regnavit, et dedit uxori suae Dinguoaroy, quae vocatur Bebbab, et de nomine suae uxoris suscepit nomen, id est Bebbanburth.

Eoguin, filius Alli, regnavit annis XVII. Et ipse occupavit Elmet, et expulit Certic, regem illius regionis. Eanfled, filia illius, duodecimo die post Pentecosten baptismum accepit cum universis hominibus suis, de viris et mulieribus, cum ea. Eadgum vero in sequenti Pascha baptismum suscepit et duodecim millia hominum baptizati sunt cum eo. Si quis scire voluerit quis eos baptizavit, Rum map Urbgen baptizavit eos, et per quadraginta dies non cessavit baptizare omne genus ambronum et per praedicationem illius multi crediderunt in Christo.

[64] Oswald, filius Eadfred, regnavit IX annis. Ipse est Oswald Lamnguin. Ipse occidit Catgublaun, regem Guenedotae regionis, in bello Catscaul, cum magna clade exercitus sui.

Osguid, filius Eadlfrid, regnavit XXVIII annis et VI mensibus. Dum ipse regnabat, venit mortalitas hominum, Catgualart regnante apud Britones post patrem suum, et in ea periit. Et ipse occidit Pantha in campo Gai, et nunc facta est strages Gai campi, et reges Brittonum interfecti sunt, qui exierant cum rege Pantha in expeditione usque ad urbem quae vocatur Iudeu.

[65] Tunc reddidit Osguid omnes divitias quae erant cum eo

1. dimicabat] dimicabant

Digitized by Google

in urbe usque in Manau Pendae, et Penda distribuit ea regibus Brittonum, id est Atbret Iudeu. Solus autem Catgabail, rex Guenedotae regionis, cum exercitu suo evasit de nocte consurgens : quapropter vocatus est Catgabail Catguommed.

Ecgfrid, filius Osbiu, regnavit IX annis. In tempore illius sanctus Cudbert episcopus obiit in insula Medcaut. Ipse est qui fecit bellum contra Pictos et corruit ibi.

Penda, filius Pybba, regnavit X annis. Ipse primus separavit regnum Merciorum a regno Nordorum, et Onnan, regem Easteranglorum, et sanctum Oswaldum, regem Nordorum, occidit per dolum. Ipse fecit bellum Cocboy, in quo cecidit Eoua, filius Pippa, frater ejus, rex Merciorum, et Oswald, rex Nordorum, et ipse victor fuit per diabolicam artem. Non erat baptizatus et nunquam Deo credidit.

[66] A mundi principio usque ad Constantinum et Rufum, V̄DCLVIII anni reperiuntur.

Item, a duobus Geminis Rufo et Rubelio usque in Stillitionem consulem, CCCLXXIII anni sunt.

Item, a Stillitione usque ad Valentinianum, filium Placidae, et regnum Guorthigirni, XXVIII anni.

Et a regno Guorthigirni usque ad discordiam Guitolini et Ambrosii anni sunt XII, quod est Guoloppum, id est Catguoloph. Guorthigirnus autem tenuit imperium in Brittannia Theodosio et Valentiniano consulibus, et in quarto anno regni sui Saxones ad Brittanniam venerunt, Felice et Tauro consulibus, CCCC° anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi.

Ab anno quo Saxones venerunt in Brittanniam et a Guorthigirno suscepti sunt usque ad Decium et Valerianum anni sunt LXIX.

[VI. Annales Cambriae [1]]

[453]. Pascha commutatur super diem dominicum cum papa Leone, episcopo Romae.

1. Le texte de ces annales, tel que le présente le manuscrit, est distribué en colonnes, à raison de 3 ou 4 par page. La disposition est celle des

Digitized by Google

[454]. Brigida sancta nascitur.

[457]. Sanctus Patricius ad Dominum migratur.

[468]. Quies Benigni episcopi.

[501]. Episcopus Ebur pausat in Christo, anno CCCL aetatis suae.

[516]. Bellum Badonis, in quo Arthur portavit crucem Domini nostri Jhesu Christi tribus diebus et tribus noctibus in humeros suos et Brittones victores fuerunt.

[521]. Sanctus Columcille nascitur. — Quies sanctae Brigidae.

[537]. Gueith Camlann, in qua Arthur et Medraut corruerunt, et mortalitas in Brittannia et in Hibernia fuit.

[544]. Dormitatio Ciarani.

[547]. Mortalitas magna, in qua pausat Mailcun, rex Genedotae.

[558]. Gabran, filius Dungart, moritur.

[562]. Columcille in Brittannia exiit.

[570]. Gildas obiit.

[573]. Bellum Armterid.

[574]. Brendan Byror dormitatio.

[580]. Guurci et Peretur moritur.

[584]. Bellum contra Euboniam et dispositio Danielis Bancorum.

[589]. Conversio Constantini ad Dominum.

[595]. Columcille moritur. — Dunaut rex moritur. — Agustinus Mellitus Anglos ad Christum convertit.

---

annales du type classique : dans chaque colonne, au début de chaque ligne, l'abréviation *an.* (= *annus*) ; en face de ce signe, l'indication des événements, la ligne restant en blanc quand l'auteur n'avait rien à noter ; en marge, une numérotation décadaire dont l'origine coïncide avec l'année 444 de l'Incarnation. Ces remarques faites, il me paraît inutile de reproduire dans mon édition la disposition même du manuscrit : je donne simplement le texte et j'indique entre crochets les dates de l'Incarnation auxquelles correspondent les indications chronologiques de ce texte.

J'ai reproduit la lettre du manuscrit, sans y apporter d'autres corrections que les plus indispensables, six ou sept au plus. Pour le commentaire, on se reportera aux notes de Phillimore et de J. Loth.

Digitized by Google

[601]. Sinodus Urbis Legion. — Gregorius obiit in Christo. — David episcopus Moni Judaeorum.

[606]. Dispositio Cinauc episcopi.

[607]. Aidan map Gabran moritur.

[612]. Conthigirni obitus et Dibric episcopi.

[613]. Gueith Cair Legion, et ibi cecidit Selim, filius [1] Cinan. — Et Jacob, filii Beli, dormitatio.

[616]. Ceretic obiit.

[617]. Etguin incipit regnare.

[624]. Sol obscuratus est.

[626]. Etguin baptizatus est, et Run, filius Urbgen, baptizavit eum.

[627]. Belin moritur.

[629]. Obsessio Catguollaun regis in insula Glannauc.

[630]. Guidgar venit et non redit. — Kalendis januariis Gueith Meicen; et ibi interfectus est Etguin cum duobus filiis suis, Catguollaun autem victor fuit.

[631]. Bellum Cantscaul, in quo Catguollaan corruit.

[632]. Strages Sabrinae et jugulatio Iudris.

[644]. Bellum Cocboy, in quo Oswald, rex Nordorum, et Eoba, rex Merciorum, corruerunt.

[645]. Percussio Demeticae regionis, quando coenobium David incensum est.

[650]. Ortus stellae.

[656]. Strages Gaii campi.

[657]. Pantha occisio.

[658]. Osguid venit et praedam duxit.

[661]. Commene fota.

[662]. Brocmail moritur.

[665]. Primum Pasca apud Saxones celebratur. — Bellum Badonis secundo. — Morcant moritur.

[669]. Osguid, rex Saxonum, moritur.

[676]. Stella mirae magnitudinis visa est per totum mundum lucens.

---

1. filius] filii

Digitized by Google

[682]. Mortalitas magna fuit in Brittannia, in qua Catgualart, filius Catguolaum, obiit.

[683]. Mortalitas in Hibernia.

[684]. Terrae motus in Eubonia factus est magnus.

[689]. Pluvia sanguinea facta est in Brittannia, et lac et butirum versa sunt in sanguinem.

[704]. Alchfrit, rex Saxonum, obiit. — Dormitatio Adomnan.

[714]. Nox lucida fuit sicut dies. — Pipinus major, rex Francorum, obiit in Christo.

[717]. Osbrit, rex Saxonum, moritur.

[718]. Consecratio Michaelis archangeli ecclesiae.

[721]. Aestas torrida.

[722]. Beli, filius Elfin, moritur. Et bellum Hehil apud Cornuenses, Gueith Gartmailauc, Cat Pencon, apud dexterales Brittones, et Brittones victores fuerunt in istis tribus bellis.

[728]. Bellum montis [1] Carno.

[735]. Beda presbyter dormit.

[736]. Ougen, rex Pictorum, obiit.

[750]. Bellum inter Pictos et Brittones, id est Gueiht Mocetauc. Et rex eorum Talargan a Brittonibus occiditur. — Teudubr, filius Beli, moritur.

[754]. Rotri, rex Brittonum, moritur.

[757]. Edpald, rex Saxonum, moritur.

[760]. Bellum inter Brittones et Saxones, id est Gueith Hirford, et Dunnagual, filius [2] Teudubr, moritur.

[768]. Pasca commutatur apud Brittones, emendante Elbodugo, homine Dei.

[775]. Fernmail, filius Judhail, moritur.

[776]. Cenioyd, rex Pictorum, obiit.

[777]. Cudberth abbas moritur.

[778]. Vastatio Brittonum dexteralium apud Offa.

[784]. Vastatio [3] Brittonum cum Offa in aestate.

[796]. Primus adventus gentilium apud dexterales ad Hiberniam.

---

1. montis] mortis — 2. filius] filii — 3. Vastatio] vastati

Digitized by Google

[797]. Offa, rex Merciorum, et Morgetiud, rex Demetorum, morte moriuntur, et bellum Rudglann.

[798]. Caratauc, rex Guenedotae, apud Saxones jugulatur.

[807]. Arthgen, rex Cereticiaun, moritur.

[808]. Regin, rex Demetorum, et Catell, Povis, moriuntur.

[809]. Elbodg, archiepiscopus Guenedotae, regione migravit ad Dominum.

[810]. Combustio Miniu.

[811]. Eugem, filius Margetiud, moritur.

[812]. Decantorum [1] ictu fulminis comburit.

[813]. Bellum inter Higuel [2] victor fuit.

[814]. Tonitruum magnum fuit et incendia multa fecit. — Trifun, filius Regin, moritur. — Et Griphiud, filius Cincen, dolosa dispensatione a fratre suo Elized post intervallum duorum mensium interficitur. — Higuel de Monia insula triumphavit, et Cinan de ea expulit cum contritione magna exercitus sui.

[816]. Higuel iterum de Monia expulsus est. — Cinan rex moritur.

[817]. Gueith Lannmaes.

[822]. Arcem Decantorum [3] a Saxonibus destruitur, et regionem Poyvis in sua potestate traxerunt.

[825]. Higuel moritur.

[831]. Laudent moritur et Saturbiu Hail Miniu moritur.

[840]. Nobis episcopus in Miniu regnavit.

[842]. Iudguoll[aun] morit[ur].

[844]. Mermin moritur. Gueith Cetill.

[848]. Gueit Finnant. Judhail, rex Guent, a viris Broceniauc occisus est.

[849]. Mouric occisus est a Saxonibus.

[850]. Cinnen a gentilibus jugulatur.

[853]. Mon vastata a gentilibus nigris.

[854]. Cinnen, rex Povis, in Roma obiit.

---

1. *Suppléer* arx. *Cf. à l'année 822* — 2. *Bourdon. Suppléer, comme l'indiquent les mss. postérieurs :* et Cinan, et Higuel — 3. Decantorum] detantorum

Digitized by Google

[856]. Comoyth, rex Pictorum, moritur. Et Jonathan, princeps Opergelei, moritur.

[862]. Catgueithen expulsus est.

[864]. Duta vastavit Gliuisignng.

[865]. Cian Nant Nimer [1] obiit.

[866]. Urbs Ebrauc vastata est, id est Cat Dub Gint.

[869]. Cat Brin Onnen.

[870]. Arx Alt Clut a gentilibus fracta est.

[871]. Guoccaun mersus est, rex Cereticiaun.

[873]. Nobis et Mouric moriuntur. Gueith Bannguolou.

[875]. Dungarth, rex Cerniu, mersus est.

[876]. Gueith Din Sul in Mon.

[877]. Rotri et filius ejus Guriat a Saxonibus jugulatur.

[878]. Aed map Neill moritur.

[880]. Gueit Conguoy. Digal Rotri a Deo.

[882]. Cat Gueithen obiit.

[885]. Higuel in Roma defunctus est.

[887]. Cerball defunctus est.

[892]. Himeyd moritur.

[894]. Anaraut cum Anglis venit vastare Cereticiaun et Strat Tui.

[895]. Nordmani [2] venerunt et vastaverunt Loycr, et Brichemiauc, et Guent, et Guinnliguiauc.

[900]. Albrit, rex Giuoys, moritur.

[902]. Igmunt insula Mon venit, et tenuit Maes Osmeliaun.

[903]. Loumarch, filius Hiemid, moritur.

[904]. Rostri decollatus [3] est in Arguistli.

[906]. Gueith Dinmeir, et Miniu fracta est.

[907]. Guorchiguil moritur.

[908]. Asser defunctus est.

[909]. Catell rex moritur.

[913]. Otter venit.

[915]. Anaraut rex moritur.

---

1. Ciant Nant Nimer] ciannant inmer — 2. Nordmani] Hordmani — 3. decollatus] de cole. *La correction est indiquée par la leçon des mss. postérieurs.*

Digitized by Google

[911]. Aelfled regina obiit.

[919]. Clitauc rex occisus est.

[921]. Gueith Dinas Neguid.

[928]. Higuel rex perrexit ad Romam.

[938]. Bellum Brune.

[939]. Himeid, filius Clitauc, et Mouric moritur.

[941]. Aedelstan moritur.

[942]. Abloyc rex moritur.

[943]. Catel, filius Artmail, veneno moritur. — Et Iudgual et filius ejus Elized a Saxonibus occiduntur.

[944]. Lunberth episcopus in Miniu obiit.

[946]. Cincenn, filius Elized, veneno periit. — Et Eneuris episcopus Miniu obiit. — Et Strat Clut vastata est a Saxonibus.

[947]. Eadmund, rex Saxonum, jugulatus [1] est.

[950]. Higuel, rex Brittonum, obiit.

[951]. Et Catguocaun, filius Ovein, a Saxonibus jugulatur. — Et bellum Carno.

[954]. Rotri, filius Higuel, moritur.

[VII. *Genealogiae* [2]]

[I]

Oven
map Iguel
map Catell
map Rotri
map Mermin
map Etthil
merch Cinnan
map Rotri
map Iutgaul
map Catgualart
map Catgollaun

1. jugulatus] jugulatur.

2. La lettre initiale de chacune des listes a été laissée en blanc dans le manuscrit. La place était réservée pour le travail de l'ornementateur ; mais ce travail n'a pas été exécuté. J'ai rétabli partout l'initiale absente : c'est la seule modification que j'aie apporté au texte du manuscrit, dont j'ai conservé les formes, même quand celles-ci sont manifestement fautives et que la correction se trouve, pour ainsi dire, à portée de main.

Ici, comme pour les *Annales Cambriae*, on se reportera aux notes de E. Phillimore et de J. Loth.

Digitized by Google

map Catman
map Iacob
map Beli
map Run
map Mailcun
map Catgolaun Lauhir
map Eniaun Girt
map Cuneda
map Aetern
map Patern Pesrut
map Tacit
map Cein
map Guorcein
map Doli
map Guordoli
map Dumn
map Gurdumn
map Amguoloyt
map Anguerit
map Oumun
map Dubun
map Brithguein
map Eugein
map Aballac
map Amalech, qui fuit Beli Magni filius, et Anna mater ejus, quam dicunt esse consobrinam Mariae virginis, matris Domini nostri Jhesu Christi.

[II]

Ovein
map Elen, merc Ioumarc, map Himeyt.
map Tancoystl, merc Ovein
map Margetiud
map Teudos
map Regin
map Catgocaun
map Cathen
map Cloten
map Nougoy
map Arthur
map Petr
map Cincar
map Guortepir
map Aircol
map Triphun
map Clotri
map Gloitguin
map Nimet
map Dimet
map Maxim Guletic
map Protec
map Protector
map Ebiud
map Eliud
map Stater
map Pincr misser
map Constans
map Constantini Magni
map Constantii et Helen Luicdauc, quae de Britannia exivit ad crucem Christi quaerendam usque ad Jerusalem et inde attulit secum usque ad Constantinopolin et est ibi usque in hodiernum diem.

Digitized by Google

[III]

Higuel
map Caratauc
map Meriaun
map Rumaun
map Enniaun
map Ytigoy
map Catgual Crisban
map Cangan
map Meic
map Cinglas
map Eugein Dantguin
map Enniaun Girt
map Cuneda

[IV]

Iudgual
map Tutagual
map Anaraut
map Mermin
map Anthec
map Tutagual
map Run
map Neithon
map Senill
map Dinacat
map Tutagual
map Eidinet
map Anthun
map Maxim Guletic, qui occidit Gratianum, regem Romanorum.

[V]

Run
map Arthgal
map Dumnagual
map Riderch
map Eugein
map Dumnagal
map Teudebur
map Beli
map Elfin
map Eugein
map Beli
map Neithon
map Guipno
map Dumngual Hen
map Cinuit
map Ceritic Guletic
map Cynloyp
map Cinhil
map Cluim
map Cursalen
map Fer
map Confer. Ipse est vero olitauc dimor meton venditus est.

[VI]

Riderch Hen
map Tutagual
map Clinoch
map Dumgual Hen

[VII]

Clinog Eitin
map Cinbelim
map Dumngual Hen

[VIII]

Urbgen
map Cinmarc

Digitized by Google

map Merchianum
map Gurgust
map Coil Hen

[IX]

Guallauc
map Laenauc
map Masguic Clop
map Ceneu
map Coil Hen

[X]

Morcant
map Coledauc
map Morcant Bulc
map Cincar Braut
map Bran Hen
map Dumngual Moilmut
map Garbaniaun
map Coyl Hen
map Guotepauc
map Tecmant
map Teuhant
map Telpuil
map Urban
map Grat
map Iumetel
map Ritigirn
map Oudecant
map Outigir
map Ebiud
map Eudos
map Eudelen
map Aballac
map Beli et Anna

[XI]

Dunaut
map Pappo
map Ceneu
map Coyl Hen

[XII]

Gurci ha Peretur
mepion Eleuther Cascord Maur
map Letlum
map Ceneu
map Coyl Hen

[XIII]

Triphun
map Regin
map Morgetiud
map Teudos
map Regin

[XIV]

Regin, Iudon, Ovein tres filii Morgetiud sunt.

[XV]

Gripiud, Teudos, Caten tres sunt filii Nougoy et Sanant Elized filia illorum mater erat regis Povis.

[XVI]

Run
map Neithon
map Caten
map Caurtam
map Serguan
map Letan

Digitized by Google

map Catleu
map Catel
map Decion
map Cinis Scaplaut
map Louhen
map Guidgen
map Caratauc
map Cinbelin
map Teuhant
map Constantis
map Constantini Magni
map Constantini
map Galerii
map Diocletiani, qui persecutus est Christianos toto mundo. In tempore illius passi sunt beati martyres in Brittannia Albanus, Julianus, Aron, cum aliis compluribus.
map Caroci
map Probi
map Titti
map Auriliani
map Antun du et Cleopatre
map Valeriani
map Galli
map Decius Mus
map Philippus
map Gordianus
map Alaximus
map Alaxander
map Aurilianus
map Mapmau Cannus
map Antonius
map Severus
map Moebus
map Commodius
map Antonius
map Adjuvandus
map Trojanus
map Nero, sub quo passi sunt beati apostoli Domini nostri Jhesu Christi Petri et Pauli
map Domitianus
map Titus
map Vespassianus
map Claudius
map Tiberius, sub quo passus est Dominus noster Jhesu Christus.
[map] Octavianus Augusti Cesaris. In tempore illius natus est Dominus noster Jhesus Christus.

[XVII]

Cuhelm
map Bleydiud
map Caratauc
map Iouanaul
map Eiciaun
map Brochmail
map Ebiau
map Popdelgu
map Popgen
map Isaac
map Ebiau
map Mouric
map Dinacat
map Ebiau

Digitized by Google

map Dunaut
map Cuneda

[XVIII]

Cinan
map Brochmail
map Iutnimet
map Egeniud
map Brocmail
map Sualda
map Iudris
map Gueinoth
map Glitnoth
map Guurgint Barmbtruch
map Gatgulart
map Meriaun
map Cuneda

[XIX]

Catguallaun Liu
map Guitcun
map Samuil Pennissel
map Pappo Post Priten
map Ceneu
map Gyl Hen

[XX]

Amor
map Moriud
map Aedan
map Mor
map Brechiaul

[XXI]

Meriaun
map Loudogu

[XXII]

Selim
map Cinan
map Brocmayl
map Cincen
map Maucanu
map Pascent
map Cattegirn
map Catel Durnluc

[XXIII]

· esselis
map Gurhaiern
map Elbolgu
map Cinnin
map Millo
map Camuir
map Brittu
map Cattegirn
map Catell

[XXIV]

Selim
map Iouab
map Guitgen
map Bodug
map Canantinail
map Cerrenior
map Ermic
map Ecrin

[XXV]

Iudnerth
map Morgen
map Catgur
map Catmor
map Merguid

Digitized by Google

map Moriutned
map Morhen
map Morcant
map Botan
map Morgen
map Mormayl
map Glast. Unum sunt Glastenic, qui venerunt que vocatur Loyt coyt.

[XXVI]

Guocaun
map Mouric
map Dumnguallaun
map Arthgen
map Seissil
map Clitauc
map Artgloys
map Artbodgu
map Bodgu
map Serguil
map Iusay
map Ceretic
map Cuneda

[XXVII]

map Cincen
map Catel
map Brocmayl
map Elitet
map Guilauc
map Eli
map Eliud
map Cincen
map Brocmail
map Cinan
map Maucant
map Pascent
map Cattegir
map Catel
map Selemiaun

[XXVIII]

Iudhail
map Atroys
map Fermail
map Iudhail
map Morcant
map Atrorys
map Teudabric

[XXIX]

Brocmail
map Mouric
map Artmail
map Ris
map Iudhail
map Morcant

[XXX]

Maun, Artan, Iouab, Meic
filii Grippi,
filii Elized.

[XXXI]

Elized, Ioab, Aedan
filii Cincen
filii Brocmail
filii Elized

[XXXII]

Haec sunt nomina filiorum Cuneda, quorum numerus

Digitized by Google

erat IX : Typipaun primogenitus (qui mortuus in regione quae vocatur Manau Guodotin, et non venit huc cum patre suo et cum fratribus suis; Premeriaun, filius ejus, divisit possessiones inter fratres suos), II Osmail, III Rumaun, IIII Dunaut, V Ceretic, VI Abloyc, VII Enniaun Girt, VIII Docmail, IX Etern.

Hic est terminus eorum a flumine quod vocatur Dubrduiu usque ad aliud flumen Tebi. Et tenuerunt plurimas regiones in occidentali plaga Britanniae.

[VI. Civitates Britanniae]

[66ª] Haec sunt nomina omnium civitatum quae sunt in tota Brittannia, quarum numerus est XXVIII.

1. Cair Guorthigirn.
2. Cair Guinntguic.
3. Cair Mincip.
4. Cair Ligualid.
5. Cair Meguaid.
6. Cair Colun.
7. Cair Ebrauc.
8. Cair Custoeint.
9. Cair Caratauc.
10. Cair Granth.
11. Cair Maunguid.
12. Cair Lundem.
13. Cair Ceint.
14. Cair Guiragon.
15. Cair Peris.
16. Cair Daun.
17. CairLegion.
18. Cair Guricon.
19. Cair Segeint.
20. Cair Legeion Guar Vsic.
21. Cair Guent.

Digitized by Google

22. Cair Brithon.
23. Cair Lerion.
24. Cair Draitou.
25. Cair Pensa vel Coyt.
26. Cair Urnarc.
27. Cair Celemion.
28. Cair Luit Coyt.

[VII. De mirabilibus Britanniae]

[67] Primum miraculum est stagnum Lumonoy. In eo sunt insulae sexaginta, et ibi habitant homines, et sexaginta rupibus ambitur, et nidus aquilae in unaquaque rupe est, et flumina fluunt sexaginta in eo, et non vadit ex eo ad mare nisi unum flumen, quod vocatur Lemn.

Secundum miraculum ostium Trahannoni [1] fluminis, quia in una unda instar montis ad sissam tegit litora et recedit ut cetera maria.

Tertium miraculum stagnum calidum, quod est in regione Huich, et muro ambitur ex latere et lapide facto, et in eo vadunt homines per omne tempus ad lavandum, et unicuique, sicut placuerit illi, lavacrum sic fiat sibi secundum voluntatem suam : si voluerit, lavacrum frigidum erit; si calidum, calidum erit.

[68] Quartum miraculum est : fontes in eadem inveniuntur de salo, a quibus fontibus sal coquitur; inde diversa cibaria saliuntur et non prope sunt mari, sed de terra emergunt.

Aliud miraculum est Duorig Habren, id est Duo reges Sabrinae. Quando inundatur mare ad sissam in ostium Sabrinae, duo cumuli spumarum congregantur separatim et bellum faciunt inter se in modum arietum; et procedit unusquisque ad alterum, et collidunt se ad invicem, et iterum secedit alter [2] ab altero, et iterum procedunt in unaquaque sissa. Hoc faciunt ab initio mundi usque in hodiernum diem.

1. Trahannoni] trans hannonni — 2. alter alterum.

Digitized by Google

[69] Aliud miraculum est, id est Oper Linn Liuan. Ostium fluminis illius fluit in Sabrina, et quando Sabrina inundatur ad sissam, et mare inundatur similiter in ostio supradicti fluminis et in stagno ostii recipitur in modum voraginis, et mare[1] non vadit sursum, et est litus juxta flumen, et quamdiu Sabrina inundatur ad sissam, istud litus non tegitur, et quando recedit mare et Sabrina, tunc stagnum Liuan eructat omne quod devoravit de mari et litus istud tegitur et instar montis in una unda eructat et rumpit. Et si fuerit exercitus totius regionis, in qua est, et direxerit faciem contra undam, et exercitum trahit unda per vim, humore repletis vestibus, et equi similiter trahuntur. Si autem exercitus terga versus fuerit contra eam, non nocet ei unda, et quando recesserit mare, totum tunc litus quod unda tegit retro denudatur et mare recedit ab ipso.

[70] Est aliud mirabile in regione Cinlipiuc. Est ibi fons nomine Finnaun Guur Helic. Non fluit rivus ex eo neque in eo. Vadunt homines piscari ad fontem, alii vadunt in fonte ad partem orientis et deducunt pisces ex ea parte, alii ad dextram, alii ad sinistram ad occidentemque, et trahuntur pisces ab unaquaque parte. Et aliud genus piscium trahitur ex omnibus partibus. Magnum mirabile pisces inveniri[2] in fonte, dum non flumen fluit in eo neque ex eo, et in eo inveniuntur quattuor genera piscium et non est de magnitudine neque de profunditate. Profunditas illius usque genua, viginti pedes sunt in longitudine et latitudine, ripas altas habet ex omni parte.

Juxta flumen quod vocatur Guoy, poma inveniuntur super fraxinum in proclivo saltus qui est prope ostio fluminis.

Est aliud mirabile in regione quae vocatur Guent. Est ibi fovea, a qua ventus flat per omne tempus sine intermissione; et quando non flat ventus in tempore aestatis, de illa fovea incessanter flat, ut nemo possit sustinere neque ante foveae profunditatem. Et vocatur nomen ejus Vith Guint brittannico sermone, latine autem Flatio venti. Magnum mirabile est ventus de terra flare.

1. et mare] mare et — 2. inveniri *mq. suppléé d'après le ms. K.*

Digitized by Google

[71] Est aliud mirabile in Guhyr altare, quod est in loco qui dicitur Loyngarth, quod nutu Dei fulcitur. Historia istius altaris melius mihi videtur narrare,quam reticere. Factum est autem, dum sanctus Iltutus orabat in spelunca quae est juxta mare, quod alluit terram supra dicti loci, os autem speluncae ad mare est, et ecce navis navigabat ad se de mari et duo viri navigantes eam, et corpus sancti hominis erat cum illis in navi et altare supra faciem ejus, quod nutu Dei fulciebatur, et processit homo Dei obviam illis, et corpus sancti hominis et altare inseparabiliter supra faciem sancti corporis stabat. Et dixerunt ad sanctum Iltutum : « Ille homo Dei commendavit nobis ut deduceremus illum ad te et sepeliremus eum tecum, et nomen ejus non reveles ullo homini, ut non jurent per se homines. Et sepelierunt eum, et post sepulturam illi duo viri reversi sunt ad navim et navigaverunt. At ille sanctus Iltutus ecclesiam fundavit circa corpus sancti hominis et circa altare et manet usque in hodiernum diem altare nutu Dei fulctum [1]. Venit quidam regulus, ut probaret, portans virgam in manu sua; curvavit eam circa altare, et tenuit [2] ambabus manibus virgam ex utraque parte, et traxit ad se, et sic veritatem illius rei probavit, et ille postea per mensem integrum non vixit. Alter vero sub altare aspexit et aciem oculorum ejus amisit et ante mensem integrum vitam finivit.

[72] Est aliud mirabile in supra dicta regione Guent. Est ibi fons juxta vallum putei Mouric et lignum in medio fontis, et lavant homines manus suas cum faciebus suis, et lignum sub pedibus suis habent, quando lavant. Nam et ego probavi et vidi. Quando mare inundatur, ad mallinam extenditur Sabrina super omnem maritimam, et tegit, et usque ad fontem producitur, et impletur fons de sissa Sabrinae, et trahit lignum secum usque ad mare magnum, et per spatium trium dierum in mare invertitur, et in quarto die in supra dicto fonte invenitur. Factum est autem, ut unus de rusticis sepeliret eum in terra ad probandum, et in quarto die inventus est in fonte et

1. fulctum] fulcatum — 2. et tenuit] ambabus manibus virgam manu sua curvavit curvavit eam circa altare (*ces 5 derniers mots exponctués*).

Digitized by Google

ille rusticus, qui eum abscondidit et sepelivit, defunctus est ante finem mensis.

[73] Est aliud mirabile in regione quae dicitur Buelt. Est ibi cumulus lapidum et unus lapis superpositus super congestum cum vestigio canis in eo. Quando venatus est porcum Troynt, impressit Cabal, qui erat canis Arthuri militis, vestigium in lapide, et Arthur postea congregavit congestum lapidum sub lapide, in quo erat vestigium canis sui, et vocatur Carn Cabal. Et veniunt homines, et tollunt lapidem in manibus suis per spatium diei et noctis, et in crastino die invenitur super congestum suum.

Est aliud miraculum in regione quae vocatur Ercing. Habetur ibi sepulcrum juxta fontem, qui cognominatur Licat Anir, et viri nomen : qui sepultus est in tumulo, sic vocabatur Anir ; filius Arthuri militis erat, et ipse occidit eum ibidem et sepelivit. Et veniunt homines ad mensurandum tumulum in longitudine aliquando sex pedes, aliquando novem, aliquando duodecim, aliquando quindecim. In qua mensura metieris eum in ista vice, iterum non invenies eum in una mensura, et ego solus probavi.

[74] Est aliud mirabile in regione quae vocatur Cereticiaun. Est ibi mons, qui cognominatur Cruc Maur, et est sepulcrum in cacumine illius, et omnis homo quicumque venerit ad sepulcrum et extenderit se juxta illud, quamvis brevis fuerit, in una longitudine invenitur sepulcrum et homo, et, si fuerit homo brevis et parvus, similiter et longitudinem sepulcri juxta staturam hominis invenitur, et, si fuerit longus atque procerus, etiamsi fuisset in longitudine quattuor cubitorum, juxta staturam uniuscujusque hominis sic tumulus reperitur. Et omnis peregrinus taediosusque homo tres flectiones flectaverit juxta illud, non erit super se usque ad diem mortis suae, et non gravabitur iterum ullo taedio, etiamsi abisset solus in extremis finibus cosmi.

[75] Primum miraculum est litus sine mari.

Secundum miraculum est ibi mons qui gyratur tribus vicibus in anno.

Digitized by Google

Tertium miraculum vadum est ibi. Quando inundatur mare, et ipse inundatur; et quando decrescit mare, et ipse minuitur.

Quartum miraculum est lapis qui ambulat in nocturnis temporibus super vallem Citheinn, et projectus est olim in voragine Cereuus, qui est in medio pelagi quod vocatur Mene, et in crastino super ripam supra dictae vallis inventus est sine dubio.

Est ibi stagnum quod vocatur Luchlein. Quattuor circulis ambitur. Primo circulo gronna stanni ambitur, secundo circulo gronna plumbi ambitur, tertio circulo gronna ferri ambitur, quarto circulo gronna aeris ambitur, et in eo stagno multae margaritae inveniuntur, quas[1] ponunt reges in auribus suis.

Est aliud stagnum qui facit ligna durescere in lapides. Homines autem fingunt ligna et, postquam formaverint, projiciunt in stagno, et manet in eo usque ad caput anni et in capite anni lapis reperitur : et vocatur Luch Echach.

---

1. quas]quae.

Digitized by Google

II

GEOFFROY DE MONMOUTH

HISTORIA REGUM BRITANNIAE

Digitized by Google

II

GEOFFROY DE MONMOUTH

HISTORIA REGUM BRITANNIAE

A ne considérer que les dédicaces de l'œuvre, les manuscrits de l'*Historia regum Britanniae* se présentent sous quatre formes différentes :

I. Tantôt l'ouvrage est dédié simultanément à Robert de Gloucester et à Galeran de Meulan. C'est le cas des manuscrits suivants :

Cambridge, University Library, 1706 [= g^1]
— — 1801 [= g^2]
— Trinity College, 1125 [= *G*]
Oxford, Bodl. 514 [= g^4]
— Add. A, 61 [= g^5]
Paris, Bibliothèque nationale, lat. 6040 [= g^6]
Rome, Vaticane, 2005 [= g^7].

II. Tantôt l'ouvrage est dédié simultanément au roi Étienne et à Robert de Gloucester. C'est le cas du manuscrit suivant :

Berne, Bibliothèque de la Ville, 568 [= *E*].

III. Tantôt l'ouvrage est dédié uniquement à Robert de Gloucester. C'est le cas de nombreux manuscrits, et notamment du suivant :

Leyde, Bibliothèque de la Ville, n° 20 [= *R*].

IV. Tantôt l'ouvrage n'est accompagné d'aucune dédicace, et non point par accident, mais intentionnellement. C'est le cas du manuscrit suivant :

Paris, Bibliothèque nationale, n° 6233 [= *P*]

*
* *

L'exemplaire type de chacune de ces quatre formes se désigne de lui-même pour deux d'entre elles :

Digitized by Google

pour la forme II, c'est le manuscrit *E*, seul manuscrit connu de l'espèce ;

pour la forme IV, c'est le manuscrit *P*, seul manuscrit de l'espèce que je connaisse.

En ce qui concerne la forme III, il est permis de considérer comme l'un des meilleurs spécimens de la série le manuscrit *R*, qui, antérieur à l'année 1139, se laisse reconnaître comme un exemplaire très soigné et très pur.

En ce qui concerne la forme IV, la comparaison des textes montre que le manuscrit *G* tient dans son groupe une place des plus élevées [1].

*
* *

Des quatre types ainsi déterminés on voudrait pouvoir établir un classement qui permette de reconnaître la forme la plus rapprochée de l'original. Mais il est impossible, en la circonstance, d'aboutir à une conclusion valable pour la totalité du texte. Des échanges se sont produits entre les différents types et dont le jeu est difficilement saisissable, même quand on ne considère qu'une partie de l'ouvrage ; peut-être certains scribes ont-il utilisé simultanément plusieurs modèles ; peut-être (hypothèse plus vraisemblable) ont-ils eu sous les yeux tels ou tels exemplaires corrigés, chargés de variantes entre lesquelles ils ont fait un choix plus ou moins arbitraire. Mais de plus, ce qui apparaît clairement, c'est que chaque copie de

1. Voici comment se répartissent, d'après l'examen des premières pages, les manuscrits de ce groupe :



a est caractérisé par l'erreur *instat... instat* (§ 21).

b est caractérisé par l'omission des mots *undique clausa mari, Insula in oceano est* (bourdon) [§ 16].

c est caractérisé par la leçon propre *Illa tibi fietque tuis locus aptus in ævum. Haec erit et natis altera Troja tuis* (au lieu de *Hanc pete; namque tibi sedes erit illa perennis; Hic fiet natis altera Troja tuis*) [§ 16].

d est caractérisé par l'omission de la phrase *Hic solus solo gladio... interfectus est*, relative à Turnus [§ 20].

f est caractérisé par les leçons fautives *Pandrasi regis in servitutem Graecorum* (§ 7), *apes* (§ 16), etc.

Digitized by Google

l'ouvrage n'a pas été toujours exécutée de bout en bout d'après un même modèle. Il est probable que la reproduction du texte a été confiée parfois à des équipes et que des copistes divers ont travaillé simultanément à la confection d'un même exemplaire, chacun d'eux se chargeant d'une partie de l'ouvrage et disposant, pour cette tâche, d'un modèle propre. Les divers modèles ainsi utilisés pour une même copie pouvaient dériver de traditions diverses, diversement altérées. C'est pourquoi un même exemplaire, fabriqué dans ces conditions, peut représenter à lui seul, selon le passage qu'on examine, plusieurs états, diversement évolués, du texte original. En fait, dans le cas présent, on voit s'opérer entre les manuscrits une série de groupements successifs qui paraissent indiquer que le travail de copie s'est fait en quatre morceaux, chacune des quatre portions du texte ainsi divisé ayant été reproduite d'après un modèle indépendant. C'est pourquoi l'on constate :

— du § 1 au § 44. le groupement dominant *GE-RP*;
— du § 45 au § 114, le groupement dominant *GR-EP* ;
— du § 115, au § 145, de nouveau le groupement dominant *GE-RP*;
— du § 146, au § final, de nouveau le groupement dominant *GR-EP*.

A étudier séparément chacun de ces groupements, voici les remarques qu'on peut faire.

1° Groupement *GE-RP* (§ 1-44 et § 115-145). — Lorsque ce groupement se produit, il semble que l'étroite parenté des manuscrits du groupe *GE* soit attestée par plusieurs fautes communes [1].

D'autre part, il semble aussi que l'existence d'une faute commune prouve la parenté plus large des manuscrits du groupe *GEP* [2].

On peut donc, pour les deux passages considérés, représenter les relations réciproques des divers manuscrits par la figure suivante :



Toutefois, il y a lieu de noter que, malgré la prédominance manifeste du groupement *GE-RP*, on rencontre ici d'autres groupements, beaucoup moins fréquents, mais non moins certains : non seulement le groupement *GR-EP*, explicable par des rencontres fortuites, mais aussi le groupement *GP-ER*, qui indique une certaine parenté soit

1. Exemples : *Corineam* § 21, *generibus* 31, *paraverat* 72, *adepta* 77, *figet* 116, *repleti* 116, *et* 116, *debebat* 119, *diffundentes* 128, *volueris* 136, *praelaturi* 145.
2. *maritaret* § 31.

Digitized by Google

entre *G* et *P*, soit entre *E* et *R*. Il paraît donc nécessaire d'admettre entre les manuscrits appartenant à des groupes différents certaines relations secondaires, qui restent à déterminer. Or, dans un passage du § 23, les mss. *GP* énumèrent les fils de Brutus dans l'ordre *Locrinus*, *Albanactus*, *Kamber*; le ms. *E* présente au contraire l'ordre *Locrinus*, *Kamber*, *Albanactus*; et le ms. *R*, qui a d'abord écrit ces noms dans le même ordre que *GP*, a ensuite indiqué au moyen de deux appels qu'il fallait suivre l'ordre indiqué dans *E* [1]. On est donc invité à penser que les traditions *E* et *R* ont subi, l'une ou l'autre, et peut-être l'une et l'autre, une action dont on peut se représenter le processus de diverses manières, mais qui a eu en tout cas pour conséquence certaine de rapprocher, par certaines leçons communes, deux types de manuscrits sensiblement différents par ailleurs. C'est ce que représente la figure suivante :



2° Groupement *GR-EP* (§ 45-114 et § 146-§ final). — Ce groupement, comme le précédent, se produit à deux reprises, mais, à la différence du précédent, par l'effet d'erreurs qui atteignent chaque fois un groupe différent de manuscrits. La première fois, on constate d'une part la parenté étroite des manuscrits du groupe *EP*, attestée par l'existence de fautes communes [2], d'autre part la parenté plus large des manuscrits du groupe *GEP*, attestée par quelques fautes communes [3]. La deuxième fois au contraire, la communauté des erreurs montre l'étroite parenté, non plus tant des manuscrits du groupe *EP*, que des manuscrits du groupe *GR* [4]. C'est l'état de choses que représentent les deux figures suivantes :



1. L'origine de la correction est d'ailleurs facile à saisir : on a rétabli l'ordre selon lequel, un peu plus loin, dans le même paragraphe, les trois noms sont repris pour expliquer les noms des trois grandes provinces de la Bretagne.

2. Exemples : *unquam* § 50, *montes* 62, *aedificarent* 68, *rex* 78, *abstrahendi* 94. — Cf. *munierunt* 124, omission de *Theonus* 179, *suum* 181.

3. Omission de *delituit* § 62, *cum pluribus* 72.

4. Exemples : *praeterissent* § 147, *patriae* 150 (l'*Historia Britonum* anonyme, source du passage, donne *regionis*, leçon de *EP*), *mire* 153, omission de *Praeterea habebat* etc. 156, *praeceperat* 158, *praesentiarum* 161, *cum* 165, *perimerat* 165, *ad se vocavit* 166, *penetrare* 167, etc.

Digitized by Google

Toutefois, ici encore, se produisent des groupements secondaires, qui contredisent ce classement. Dans les deux cas, en effet, l'on voit se produire à plusieurs reprises un groupement *GE-RP*, et même un groupement *GP-ER*, qui ne semblent pas fortuits et qu'il faut expliquer. Or, l'étude de certains passages fournit une indication de quelque intérêt.

a) Au § 81, là où les mss. *GE* donnent les leçons *fratremque suum* (*G*) et *fratremque* (*E*), le ms. *P* donne simplement *et*, et le scribe du ms. *R*, après avoir écrit *fratremque suum* (comme *G*), a gratté ces mots pour mettre à leur place un simple *et* (leçon de *P*).

b) Au § 155, les ms. *GP* donnent la leçon *reliqua*; le ms. *R* donne la leçon *cetera*; et le ms. *E*, donnant, lui aussi, la leçon *cetera* (comme *R*), porte inscrite au-dessus la leçon *reliqua* (leçon de *GP*).

c) Au § 156, le ms. *G* donne la leçon *in honore beati Aaron*; les mss. *RP* donnent *in beati Aaron... nomine*; et le scribe du ms. *E*, après avoir écrit *in honore beati Aaron* (comme *G*), a exponctué *honore* et ajouté *nomine* après *Aaron* (conformément à la leçon de *RP*).

Il semble résulter de l'examen de ces trois passages qu'il a existé certaines relations secondaires d'une part entre *E* et *R* (comme déjà dans le cas I), d'autre part entre *R* et *P*: relations dont il est d'ailleurs permis d'imaginer la nature précise de façons diverses. C'est ce qu'exprimeront les deux figures suivantes, qui corrigent et complètent les deux précédentes :



Ces faits étant acquis, il est visible qu'on ne saurait, sur l'examen des manuscrits *GERP*, décider de la place respective à donner aux différentes dédicaces dans l'ordre des temps : les traditions sont beaucoup trop mêlées entre elles pour qu'on puisse les classer chronologiquement. Spécialement, il est impossible de déterminer les rapports que soutiennent entre elles les traditions *G* et *R* et de dire laquelle des deux doit être considérée comme la plus ancienne. De prime abord, à ne considérer que les trois premières parties de l'ouvrage, on serait tenté de croire que la tradition *R* représente un état du texte meilleur et, par conséquent, plus ancien que le groupe *GEP*. Mais on voit, dans la quatrième partie, que le groupe *GR*, caractérisé par certaines erreurs, ne possède qu'une autorité infé-

Digitized by Google

rieure à celle du groupe *EP* et se subordonne à une série de manuscrits antérieurs dont la tête de lignée pouvait aussi bien porter la dédicace simultanée à Galeran et Robert que la dédicace au seul Robert.

*
* *

En ce qui concerne l'établissement du texte, l'impossibilité de classer rigoureusement les quatre manuscrits employés interdit l'espoir de retrouver avec certitude, par comparaison des témoignages, les leçons primitives. Bien que la distribution de quatre manuscrits en deux groupes de 2 + 2 soit habituellement une circonstance favorable pour la reconstruction des archétypes, l'avantage se trouve ici très diminué, d'abord parce que le même groupement ne prévaut pas pour toute l'étendue de l'ouvrage et qu'on ne peut pas déterminer précisément les limites de chaque partie du texte, ensuite parce que les relations secondaires qui existent entre les manuscrits empêchent de tirer sans inconvénient les conséquences pratiques qu'autorisent en principe les groupements dominants en 2 + 2.

Dans ces conditions et en l'état actuel de mon enquête, le mieux que je pouvais faire était de choisir un manuscrit dont je reproduirais le texte avec un minimum de corrections. Le manuscrit *R*, estimable par son ancienneté bien assurée, pouvait fournir un texte très lisible. Mais, étant donné qu'il s'opposait parfois tout seul au groupe *GEP* tout entier, reconnu fautif sur quelques points, il n'existait (puisque, par convention, je n'ai pas examiné à fond d'autres manuscrits du type *R* que le manuscrit *R* lui-même) il n'existait aucun moyen de reconnaître ni d'éliminer les leçons propres à *R*, même quand elles ne représentaient que l'erreur ou l'arrangement tout personnels du copiste de ce manuscrit. J'ai donc pris comme base un manuscrit du groupe *GEP*, que je pouvais contrôler à la fois par *R* et par les autres manuscrits du même groupe. Et dans ce groupe, j'ai arrêté mon choix sur le manuscrit *G*, qui est, on l'a vu, l'un des plus autorisés de sa série.

Ce qu'on trouvera donc ci-dessous, c'est essentiellement le texte de *G*, corrigé au minimum : car, en principe et par prudence, je n'en ai écarté les leçons que lorsqu'elles étaient en opposition avec la totalité des trois traditions *E*, *R* et *P*; et de la sorte, je me suis prémuni contre les conséquences des erreurs que j'ai pu commettre dans le classement de détail des divers manuscrits.

J'ai divisé le texte sans me considérer comme lié par les indications des manuscrits, qui, d'ailleurs, ne s'accordent pas entre eux. J'ai renoncé à la division en livres, qui ne semble pas avoir été primitive dans l'ouvrage. Pour ce qui est des chapitres ou alinéas, à

Digitized by Google

défaut d'une tradition cohérente, représentée par un groupe solide de manuscrits, je me suis considéré comme autorisé, au même titre qu'un scribe d'autrefois, à les déterminer en fonction du sens et des divisions de la pensée. En outre, j'ai fait apparaître par quelques titres et sous-titres, rédigés en français et placés entre crochets, les principales articulations du récit.

Digitized by Google

HISTORIA REGUM BRITANNIAE

[Préface et dédicace]

[1] Cum, mecum multa et de multis saepius animo revolvens, in historiam regum Britanniae inciderem, in mirum contuli quod, infra mentionem quam de eis Gildas et Beda luculento tractatu fecerant, nihil de regibus qui ante incarnationem Christi inhabitaverant, nihil etiam de Arthuro ceterisque compluribus qui post Incarnationem successerunt reperissem, cum et gesta eorum digna aeternitate laudis constarent, quia a multis populis quasi jocunde inscripta et memoriter praedicarentur.

[2] Talia mihi et de talibus multotiens cogitanti obtulit Walterus, Oxenefordensis archidiaconus, vir in oratoria arte atque in exoticis historiis eruditus, quemdam britannici sermonis librum vetustissimum, qui a Bruto, primo rege Britonum, usque ad Cadwalladrum, filium Cadwallonis, actus omnium continue et ex ordine perpulchris orationibus proponebat. Rogatu itaque illius ductus, tametsi infra alienos hortulos phalerata verba non collegerim, agresti tamen stylo propriisque calamis contentus, codicem illum in latinum sermonem transferre curavi. Nam, si ampullosis dictionibus paginam illivissem, taedium legentibus ingererem, dum magis in expo-

§ *1-5 mq.* *P* — 1 mecum multa] multa mecum *R* — 7 aeternitate laudis aeternitatis laude *R* — 8 quia] et *ER* — joc. inscr.] inscr. joc. *ER* — 9 praedicarentur] praedicarent *E*, praedicentur *R*

[2] 1 mihi et] igitur *G* — 5 Cadwalladrum] Cadwallandrum *G* — 6 proponebat] proponet *G* — 7 alienos hortulos] h. a. *G* — 8 non *mq.* *G* — 10 paginam] paginem *ER* — 11 illivissem] inseram *G* — dum] duram *R*

Digitized by Google

nendis verbis quam in historia intelligenda ipsos commorari oporteret.

[3] Opusculo igitur meo, Roberte, dux Claudiocestriae, faveas, ut sic, te doctore, te monitore, corrigatur quod non ex Gaufridi Monemutensis fonticulo censeatur exortum, sed, sale Minervae tuae conditum, illius dicatur editio, quem Henricus, illustris rex Anglorum, generavit, quem Philosophia liberalibus artibus erudivit, quem innata probitas in militia militibus praefecit : unde Britannia insula tibi nunc, temporibus nostris, ac si alterum Henricum adepta, interno congratulatur affectu.

[4] Tu quoque, Galeranne, consul Mellenti, altera regni nostri columna, operam adhibeas tuam, ut utriusque moderatione communicata editio in medium producta pulchrius elucescat. Te etenim, ex illius celeberrimi regis stirpe Karoli progenitum, mater Philosophia in gremio excepit, scientiarumque subtilitatem suarum edocuit, ac deinde, ut in militaribus clareres exercitiis, ad castra regum direxit, ubi, commilitones tuos audacter supergressus, et terror hostium existere et protectio tuorum esse paternis auspiciis addidicisti. Fidelis itaque tuorum protectio existens me, tuum vatem, codicemque ad oblectamentum tui editum, sub tutela tua recipias, ut sub tegmine tam patulae arboris recubans calamum Musae meae coram invidis atque reprobis tuto modulamine resonare queam.

[I. Description de la Bretagne]

[5] Britannia, insularum optima, in Occidentali Oceano inter Galliam et Hiberniam sita, octingenta milia in longum, ducenta

[3] 1 igitur *mq. G* — Roberte, dux Claudiocestriae] Stephane rex angliae *E* — 2 Gaufridi] gaulfridi *G*, Galfridi *R* — 3 Monemutensis] Moneumotensis *G* — exortum] extortum *E* — 4 quem] cujus *E* — 5 generavit] avunculus extitit *E* — 7 insula *mq. R* — 8 congratulatur] gratulatur *R* — *Après* affectu : Explicit prologus, Incipit liber primus *R*

§ 4 *mq. R* — 1 Galeranne] Roberte *E* — Mellenti] Claudiocestriae *E* — 4 illius celeberrimi regis stirpe Karoli] illo celeberrimo rege Henrico *E* — 8 existere] insistere *E*

[5] 2 octingenta] octoginta *E* — milia] miliaria *R*

Digitized by Google

vero in latum continens, quicquid mortalium usui congruit indeficienti fertilitate ministrat. Omni etenim genere metalli foecunda, campos late pansos habet, colles quoque praepollenti culturae aptos, in quibus frugum diversitates ubertate glebae temporibus suis proveniunt. Habet et nemora universis ferarum generibus repleta, quorum in saltibus et alternandis animalium pastibus gramina conveniunt et advolantibus apibus flores diversorum colorum mella distribuunt. Habet etiam prata sub aeriis montibus amoeno situ virentia, in quibus fontes lucidi, per nitidos rivos leni murmure manantes, pignus suavis soporis in ripis accubantibus irritant. Porro lacubus atque piscosis fluviis irrigua est et, absque meridianae plagae freto quo ad Gallias navigatur, tria nobilia flumina, Tamensis videlicet et Sabrinae, necnon et Humbri, velut tria brachia extendit, quibus transmarina commercia ex universis nationibus eidem navigio feruntur. Bis denis etiam bisque quaternis civitatibus olim decorata erat, quarum quaedam dirutis moeniis in desertis locis squalescunt, quaedam vero adhuc integrae templa sanctorum cum turribus perpulchra proceritate erecta continent, in quibus religiosi coetus virorum ac mulierum obsequium Deo juxta Christianam traditionem praestant. Postremo quinque inhabitatur populis, Normannis videlicet, atque Britannis, Saxonibus, Pictis et Scotis. Ex quibus Britones olim ante ceteros a mari usque ad mare insederunt, donec ultione divina, propter ipsorum superbiam superveniente, Pictis et Saxonibus cesserunt. Qualiter vero et unde applicuerunt, restat nunc perarare, ut in subsequentibus explicabitur.

[II. Histoire de Brutus]

[6] Aeneas, post Trojanum bellum, excidium urbis cum

4 metalli] metallorum *R* — 7 et *mq*. *E* — 9 advolantibus] ad volandum *E* — 11 etiam] et *E* — 13 soporis] saporis *E* — moeniis] moenibus *R* — 23 ac] et *R* — 24 inhab.] inhabitantur *G* — 27 superbiam superveniente] superv. superb. *E* — 29 vero *mq*. *R* — perarare] parare *GE* — subsequentibus] sequentibus *R*

Digitized by Google

Ascanio filio diffugiens, Italiam navigio adivit. Ibi cum a Latino rege honorifice receptus esset, invidit Turnus, rex Rutulorum, et cum illo congressus est. Dimicantibus ergo illis, praevaluit Aeneas, peremptoque Turno, regnum Italiae et Laviniam, filiam Latini, adeptus est. Denique, suprema die ipsius superveniente, Ascanius, regia potestate sublimatus, condidit Albam super Tyberim genuitque filium, cui nomen erat Silvius. Hic, furtivae Veneri indulgens, nupsit cuidam nepti Laviniae eamque fecit praegnantem ; cumque id Ascanio patri compertum esset, praecepit magis suis explorare quem sexum puella concepisset. Certitudine ergo rei comperta, dixerunt magi ipsam gravidam esse puero qui patrem et matrem interficeret, pluribus quoque terris in exilium peragratis ad summum tandem culmen honoris perveniret. Nec fefellit eos vaticinium suum. Nam, ut dies partus accessit, edidit mulier puerum et in nativitate ejus mortua est. Traditur autem ille obstetrici et vocatur Brutus. Postremo, cum ter quini anni emensi essent, comitabatur juvenis patrem in venando ipsumque inopino ictu sagittae interfecit. Nam, dum famuli cervos in occursum eorum ducerent, Brutus, telum in ipsos dirigere affectans, genitorem sub pectore percussit.

[7] Quo mortuo, expulsus est ab Italia, indignantibus parentibus ipsum tantum facinus fecisse. Exulatus ergo adivit partes Greciae et invenit progeniem Heleni, filii Priami, quae sub potestate Pandrasi, regis Graecorum, in servitutem tenebatur. Pirrus etenim, filius Achillis, post eversionem Trojae, praedictum Helenum compluresque alios secum in vinculis abduxerat et, ut necem patris sui in ipsos vindicaret, in captionem

2 filio *mq. R.* — Italiam navigio] n. i. *ER* — 3 Rutulorum] Rutilorum *G* — 4 ergo *mq. R* — 6 ipsius] illius *E* — 8 cui] cujus *E* — erat *mq. P* — 9 Veneri] venire *G* — nepti] neptae *E* — 10 Ascanio patri] p. a. *R* — 11 esset] fuisset *E* — 13 gravidam esse] e. g. *R* — 14 pluribus quoque] pluribusque *E* — quoque] ergo *P* — in exilium peragratis] p. in e. *E* — 15 partus] p. sui *E* — accessit] accessisset *P* — 17 ille] puer ille *E* — 18 vocatur] vocatus est *P* — 20 dum] cum *RP* — cervos] cervum *P*

[7] 3 quae] qui *P* — 4 Graecorum in servitutem] in gr. servitute *E* — 7 in *mq. E*

Digitized by Google

teneri praeceperat. Agnita igitur veterum prosapia, moratus est Brutus apud eos. In tantum autem militia et probitate vigere coepit, ita ut a regibus et principibus prae omni juventute patriae amaretur. Erat enim inter sapientes sapiens, inter bellicosos bellicosus et, quicquid auri vel argenti sive ornamentorum acquirebat, totum militibus erogabat. Divulgata itaque per universas nationes ipsius fama, Trojani coeperunt ad eum confluere, orantes ut ipso duce a servitute Graecorum liberarentur : quod leviter fieri asserebant, cum in tantum jam infra patriam multiplicati essent, ita ut septem milia, exceptis parvulis et mulieribus, computarentur. Praeterea erat quidam nobilissimus juvenis in Graecia, nomine Assaracus, qui partibus eorum favebat : ex Trojana namque matre natus erat fiduciamque in illis habebat maximam, ut auxilio eorum inquietudini Graecorum resistere quisset. Arguebat enim eum frater suus propter tria castella, quae sibi moriens pater donaverat, et ea auferre conabatur, quia ex concubina natus fuerat. Erat autem frater patre et matre Graecus asciveratque regem ceterosque Graecos parti suae favere. Inspiciens ergo Brutus et virorum multitudinem et Assaraci castella, quae sibi patebant, securius petitioni eorum adquievit.

[8] Erectus igitur in ducem convocat undique Trojanos et oppida Assaraci munit. Ipse autem et Assaracus, cum tota multitudine virorum et mulierum quae eis adhaerebat, nemora et colles occupant. Deinde litteras suas regi in haec verba direxit :

« Pandraso, regi Graecorum, Brutus, dux reliquiarum Trojae, salutem.

Quia indignum fuerat gentem, praeclaro genere Dardani ortam, aliter in regno tuo tractari quam serenitas nobilitatis

8 igitur *mq.* *E* — veterum] v. concivium *RP* — 10 a *om.* *E* — 15 eum] ipsum *P* — 17 infra patriam multiplicati essent] m.e. i. p. *P* — 22 auxilio] auxiliis *P* — 24 ea] ea sibi *G* — 28 eorum] illorum *EP*

[8] 2 Assaraci] Assarici *E* — munit] munivit *E* — Assaracus] Assaricus *E* — 4 occupant] occupavit *E* — regi *après* direxit *R*

Digitized by Google

ejus expeteret, sese infra abdita nemorum recepit. Praeferebat namque ferino ritu, carnibus videlicet et herbis, vitam cum libertate sustentare, quam universis delitiis refocillata diutius sub jugo servitutis tuae permanere. Quod si celsitudinem potentiae tuae offendit, non est ei imputandum, sed venia adhibenda, cum cujusque captivi communis sit intentio velle ad pristinam dignitatem redire. Misericordia igitur super eam motus, amissam libertatem largiri digneris et saltus nemorum quos, ut servitutem diffugeret, occupavit, eam inhabitare permittas. Sin autem, concede ut ad aliarum terrarum nationes cum diligentia tua abscedant. »

[9] Pandrasus ergo, agnita litterarum sententia, ultra modum admiratus est ipsos, quos in servitutem tenuerat, tanta audacia abundasse, ut ei talia mandata dirigerent. Convocato itaque procerum suorum consilio, exercitum colligere decrevit, ut ipsos persequeretur. Dum autem deserta, quibus eos adesse autumaverat, per oppidum Sparatinum peteret, egressus est Brutus cum tribus milibus virorum ipsumque nihil hujusmodi praemeditatum ex improviso invasit. Audito namque adventu ipsius, sese in praedicto oppido praeterita proxima nocte immiserat, ut in ipsos inermes et sine ordine ituros inopinam irruptionem faceret. Impetu itaque facto, invadunt acriter Trojani et stragem ingerere nituntur. Porro Graeci confestim stupefacti in omnes partes dilabuntur et, rege suo praecedente, fluvium Akalon, qui prope fluebat, transire festinant. At in transeundo infra voraginem fluctus periclitantur. Quos diffugientes Brutus infestat, infestatos vero partim in undis, partim super ripam prosternit et, nunc hac nunc illac discurrens, duplicem necem ipsis ingestam esse laetatur. Quod ut Antigonus, frater Pandrasi, intuitus est, ultra modum

10 ejus *mq.* *R* — 11 videlicet *mq.* *P* — 12 delitiis refocillata diutius] ref. divitiis *E* — 13 jugo servitutis tuae] s. t. j. *R* — 14 potentiae tuae] t. p. *R* — 29 diligentia tua] licentia tua *G*, t. d. *R*

[9] 1 sententia] scientia *E* — 2 servitutem] servitute *G* — 4 colligere decrevit] collegit *G* — 5 eos] ipsos *P* — adesse] esse *R* — 6 per] et *R* — 8 praemeditatum] praemeditantem *E* — 9 proxima *mq.* *R* — 17 ripam] ripas *P*

Digitized by Google

doluit revocavitque vagantes socios in turmam et celeri impetu in saevientes Troias reversus est : malebat namque resistendo interire quam, ignavam fugam faciens, luteis gurgitibus submergi. Densa igitur acie incedens, socios viriliter resistere hortatur letiferaque tela totis viribus contorquet. Sed parum vel minime profecit ; nam Troes armis muniti erant, ceteri vero inermes. Unde audaciores insistentes caedem miserandam inferebant nec eos hoc modo infestare quieverunt, donec, cunctis fere interfectis, Antigonum et Anacletum, ejusdem socium, retinuerunt.

[10] Brutus vero, potitus victoria, oppidum sexcentis militibus munivit petivitque nemorum abdita, ubi Trojana plebs praesidium illius expectabat. At Pandrasus, ob fugam suam fratrisque captionem anxiatus, nocte illa populum dilapsum resociare vacavit et, cum postera lux redisset, obsidere oppidum cum resociato populo progressus est. Arbitrabatur enim Brutum immisisse se infra ipsum cum Antigono ceterisque captivis quos ceperat. Ut igitur moenibus accessit, explorato castelli situ, distribuit exercitum suum per turmas et per diversas partes in circuitu locavit. Indixit etiam ut alii egressum inclusis abnegarent, alii cursus fluminum averterent, alii crebris arietibus caeterisque machinationibus murorum compagem dissolverent. Qui, praecepta ejus effectibus exequentes, omni nisu contendebant quibus modis obsessos crudelius infestarent. Superveniente autem nocte audaciores eligebant qui, dum caeteri, labore fessi, quietem caperent soporis, castra et tentoria ab hostium furtiva incursione tuerentur.

[11] At obsessi, in edito murorum stantes, totis viribus nituntur ut ipsorum machinationes contrariis machinationibus repellant et, nunc tela, nunc sulphureas taedas ejicientes, sese

20 revocavitque] evocavitque *E* — celeri] sceleri *G* — 27 infestare] inquietare *RP* — 28 interfectis] interemptis *R* — Anacletum] Anadetum *P* — 29 retinuerunt] detinuerunt *R*

[10] 7 immisisse] mississe *E* — 11 cursus fl.] fl. c. *E* — 13 ejus *mq. RP* — effectibus] affectibus *E* — 18 At] Et *EP* — stantes] astantes] *G*

[11] 2 machinationes contrariis *mq. G* — 3 repellant] repellerent *P*

Digitized by Google

unanimiter defendere intendunt. Cum autem, parata testudine, murus suffoderetur, Graeco igne atque calidarum aquarum aspergine hostes retrocedere cogebant. Cibi tandem penuria et cotidiano labore afflicti, legatum ad Brutum miserunt, postulantes ut eis in auxilium festinaret. Timebant enim ne, in debilitatem redacti, oppidum deserere cogerentur. Brutus ergo, opem subvectare affectans, internis anxietatibus cruciatur, quia tot milites non habebat quot sibi ad campestre praelium committendum sufficerent. Callido deinde usus consilio, proponit castra hostium noctu adire ipsosque soporatos, deceptis eorumdem vigilibus, interficere. Quoniam autem id fieri non posse esse videbat absque alicujus Graeci assensu et auxilio, Anacletum, socium Antigoni, ad se vocavit illumque, evaginato gladio, in hunc modum affatus est : « Egregie juvenis, finis vitae tuae Antigonique adest, nisi ea quae tibi praecipiam executurus voluntati meae fideliter acquieveris. Affecto enim in hac sequenti nocte castra Graecorum adire, ut ipsos inopina caede afficiam. Sed timeo ne eorum vigiles, comperto dolo inceptum meum impediant. Quia ergo verti arma in illos prius oporteret, desiderarem eos per te decipere, ut tutiorem aditum aggrediendi ceteros haberem. Tu vero, callide negotium hujusmodi agens, in secunda noctis hora vade ad obsidionem et, quemque fallacibus verbis demulcendo, dices te Antigonum a carceribus meis abduxisse usque ad convallem nemorum et in eadem illum inter frutices delituisse nec longius abire posse propter compedes quibus eum impeditum simulaveris. Deinde duces eos ad exitum nemoris, quasi ipsum liberaturos, ubi cum armata manu adero paratus illos perimere. »

[12] Anacletus igitur, viso gladio qui inter haec verba morti

5 murus suffoderetur] minus consuffoderetur *P* — 6 aspergine] aspersione *E* — retrocedere] retroducere *G* — 15 esse *mq. GP* — videbat] valebat *E*, callebat *RP* — 19 fideliter *mq. P* — 20 sequenti nocte] n. s. *P* — 21 afficiam] interficiam *P* — 22 inceptum] ceptum *E* — meum *mq. RP* — 23 illos] eos *R* — 29 impeditum] compeditum *P* — 31 liberaturos] liberaturus *P* — illos] eos *E*

Digitized by Google

suae imminebat, continuo perterritus, jurejurando promisit sese praeceptum illud executurum, si sibi et Antigono diuturnior vita concederetur. Confirmato denique foedere, in secunda noctis hora, quae jam instabat, versus obsidionem jussum iter arripuit. Cum tandem prope castra incederet, occurrunt undique vigiles, qui abdita locorum explorabant, quaerunt quoque adventus ipsius causam et utrum ad prodendum exercitum advenisset. Quibus ille, ingentem laetitiam simulans, in haec verba respondit : « Non equidem proditor gentis meae venio, sed carcerem Trojanorum evadens ad vos orans diffugio, ut mecum ad vestrum Antigonum veniatis, quem ex vinculis Bruti eripui. Illum quidem, pondere compedum detentum, paulo ante in exitu nemoris inter frutices delitere jussi, donec aliquos invenirem quos ad liberandum eum conducerem. Dubitantibus autem illis utrum verum diceret, supervenit unus, qui eum agnoverat et, salutato ipso, indicavit sociis quis esset. At illi nihil haesitantes ceteros, qui aberant, ocius convocaverunt et secuti sunt eum usque ad silvam, qua Antigonum delitere praedixerat. Illis denique inter frutices progredientibus, emergit se Brutus cum armatis catervis et, facto impetu, ipsos ocius perterritos durissima caede affecit. Deinde profectus est ad obsidionem, et divisit socios suos per tres turmas, praecepitque ut singulae singulas partes castrorum sapienter et sine tumultu adirent nec intromissae caedem alicui ingererent, donec ipse, cum sua cohorte, tentorio regis potitus, lituum suum ipsis in signum sonaret.

[13] Porro ut ipsos quicquid acturi erant edocuit, confestim mittunt se leniter infra castra et, jussas partes adepti, pro-

2 continuo] continue *P* — 3 diuturnior] diuturnio *E* — 8 quoque *mq. P* — ipsius causam] c. i. *P* — et *mq. E* — 11 gentis meae] m. g. *E P* — 12 diffugio]confugio *P* — 14 pondere compedum] c. p. *E* — exitu] exitum *E* — 15 delitere *corrigé en* delitescere *R* — invenirem] invenissem *E* — 18 ipso] eo *E* — nihil] n. tunc *G* — 19 convocaverunt et] convocantes *P* — 23 durissima] dirissima *RP* — 26 intromissae] intromissi *R*, intromissam *P* — 28 ipsis sonaret s. i. *R*

[13] 1 ut *mq. R* — acturi erant] essent a. *P*

Digitized by Google

missum signum expectant. Quod Brutus eis dare non distulit, postquam stetit ante tentorium Pandrasi, quod super omnia adire aestuabat. Quo audito, enses ocius evaginant, cubilia sopitorum ingrediuntur, letiferos ictus ingeminant et, nullam pietatem habentes, castra in hunc modum deambulant. Ad gemitus ergo morientium evigilant ceteri, visisque laniatoribus, velut oves ex improviso a lupis occupatae, stupefacti fiunt. Nihil enim praesidii expectabant, cum neque arma capiendi neque fugam faciendi congruum spatium haberent. Discurrunt etiam sine armis inter armatos quo impetus eos ducebat ; sed, irruentibus ceteris, continuo dilacerantur : qui semivivus evadebat, aviditate fugae festinans, scopulis vel fruticibus allidebatur et infelicem animam cum sanguine emittebat ; qui, solo clypeo vel quolibet alio tegmine munitus, inter eosdem scopulos incidebat timore mortis, celer sub obscura nocte cadebat, cadenti quoque vel brachia vel crura frangebantur ; cui neutrum horum contingebat, inscius quo fugam faceret, in prope fluentibus fluviis submergebatur. Vix aliquis illaesus abibat, quin aliquo infortunio periclitaretur. Oppidani quoque, agnito commilitonum adventu, egressi cladem quae dabatur duplicabant.

[14] At Brutus, tentorium regis, ut praedictum est, nactus, ipsum vincire et conservare vacavit. Deliberabat enim se magis vita illius quam morte adepturum quod affectaverat. Turma autem quae cum eo erat non cessabat stragem facere, quae partem, quam sortita fuerat, usque ad internecionem deleverat. Ut igitur noctem in hunc modum consumpserunt et sub luce aurorae tanta ruina patuit populi, Brutus, maximo gaudio fluctuans, sociis peractae caedis spolia peremptorum juxta libitum suum tractare permittit. Deinde cum rege oppidum ingreditur, expectaturus dum gazas distribuerent. Quibus

5 adire *mq. RP* — 8 ergo] vero *RP* — 10 fiunt] sunt *G* — 11 fugam *mq. R* — 16 quolibet alio] a. q. *P* — 17 timore... cadebat *mq. P (bourdon)* — 20 fluentibus fluviis] fluv. fluent. *P*

[14] 3 illius] ipsius *R* — 5 fuerat] erat *E* — 7 maximo] matutino *E* — 9 permittit] permisit *E* — 10 gazas] gazam *R*

Digitized by Google

impertitis, munivit iterum castellum et cadavera dari sepulturae praecepit, resociatisque catervis ad nemora cum laeta remeavit victoria. Quae ut tantam laetitiam animis cunctorum infudit, inclitus dux majores natu convocavit quaesivitque ab illis quid a Pandraso petendum laudarent : nam, cum in potestate eorum positus esset, per omnia petitioni eorum adquiesceret, si liber abire sineretur. Mox illi, diversis affectibus diversa cupientes, pars partem regni ad inhabitandum petere hortatur, pars vero licentiam abeundi et ea quae itineri suo utilia forent. Cumque diu in ambiguo extitissent, surrexit unus ex illis, Mempritius nomine, rogatoque silentio, audientibus ceteris, ait : « Ut quid haesitatis, patres, in his quae saluti vestrae reor esse habenda ? Unum petendum est, licentia videlicet eundi, si vobis posterisque vestris aeternam pacem habere desideraveritis. Nam si eo pacto vitam concesseritis Pandraso, ut per eum partem Graeciae adepti inter Danaos manere velitis, nunquam diuturna pace fruemini, dum fratres, et filii, et nepotes eorum, quibus hesternam intulistis stragem, vobis vel immixti vel vicini fuerint. Semper enim necis parentum suorum memores, aeterno vos habebunt odio, quibusque etiam nugis incitati vindictam sumere nitentur, nec vobis, pauciorem turbam habentibus, ea vis est, ut tot civium inquietationi resistere queatis. Quodsi decertatio inter vos accesserit, numerus eorum quotidie augebitur, vester vero minuetur. Laudo igitur ut petatis ab illo filiam suam primogenitam, quam Innogen vocant, ad opus ducis nostri et cum ea aurum et argentum, naves et frumentum, et quodumque itineri nostro necessarium erit. Et si id impetrare poterimus, licentia sua alias nationes petamus. »

[15] Ut his et consimilibus finem dicendi fecit, acquievit ei

11 dari sepulturae praecepit] p. d. s. *E* — 16 positus *mq*. *P* — 18 hortatur] hortabatur *R* — 19 itineri] in itinere *G* — utilia forent] essent utilia *P* — 20 extitissent... nomine *mq*. *G* — extitissent] extitisset *P* — surrexit] surrexerit *E* — ex illis *mq*. *E* — 23 licentia videlicet eundi] v. l. e. *R* — 25 desideraveritis] desideratis *RP* — Pandraso] pandroso *P* — 28 hesternam] externam *E*

[15] 1 Ut] Et *P*

Digitized by Google

tota multitudo atque suasit ut Pandrasus in medium adduceretur et, nisi huic petitioni faveret, saevissima morte damnaretur. Nec mora, adductus est et, in cathedra celsior ceteris positus, edoctus quoque quibus tormentis affligendus erat, nisi faceret quae jubebatur, in hunc modum respondit : « Quoniam adversi dii me meumque fratrem Antigonum in manus vestras tradiderunt, parendum est petitioni vestrae, ne vitam, quae nobis arbitrio vestro et adimi et concedi potest, si repulsam passi fueritis, amittamus. Nihil enim vita praestantius, nihil jocundius censeo, nec est mirandum si illam exteris rebus redimere velim. Quanquam tamen invitus praeceptis vestris obediam, solatium habere videor, quia filiam meam tantae probitatis adolescenti daturus sum, quem ex genere Priami et Anchisae creatum et nobilitas, quae in ipso pullulat, et fama nobis cognita declarat. Quis etenim alter exules Trojae, in servitutem tot et tantorum principum positos, eorumdem vinculis eriperet ? Quis cum illis regi Graecorum resisteret, aut cum tam paucis tantam armatorum copiam proelio provocaret, initoque congressu regem eorum vinctum duceret ? Quia ergo tantus juvenis tanta probitate mihi resistere potuit, do ei filiam meam Innogen, do etiam aurum et argentum, naves, frumentum, vinum et oleum, et quicquid itineri ejus necessarium esse dixeritis. Et si, a proposito vestro diver-tentes, cum Graecis commanere volueritis, tertiam regni mei partem vobis ad inhabitandum concedo. Sin autem, promissa mea effectu prosequar et, ut securiores sitis, vobis quasi obses manebo, dum omnia perficiam. » Conventione itaque facta, diriguntur legati per universa littora Greciae colligere naves.

2 atque] et *P* — 5 erat] esset *P* — 6 quae] quod sibi *P* — jubebatur] videbatur *G* — 7 Antigonum] Anacletum *RP* — 9 arbitrio vestro et adimi] et adimi a. v. *E R* — 10 etenim] ergo *P* — 18 illis] illo *G* — 22 Innogen] Ignogen *R* — 23 naves] naves et *R* — vinum et oleum *mq. E* — ejus *mq. E* — 24 necessarium esse] e. n. *R* — 25 commanere] permanere *E*, remanere *R* — regni mei] m. r. *E* — 26 vobis *mq. R* — inhabitandum] habitandum *G* — 27 effectu] affectu *GE* — affectu prosequar] persequar effectu *P* — et *mq. E* — 29 littora Graeciae] g. l. *P* — colligere] ad colligendum *P*

Digitized by Google

Quae, ut collectae fuerunt, CCCXIV numero praesentantur omnique genere farris onerantur. Filia Bruto maritatur. Quisque, prout dignitas expetebat, auro et argento donatur. Peractis cunctis, rex liber a carcere ; Troes ab ejus potestate secundis ventis abscedunt. At Innogen, in excelsa puppi stans, saepius inter brachia Bruti in extasi collabitur, fusis quoque cum singultu lacrimis parentes ac patriam deserere conqueritur, nec oculos a littore avertit, dum littora oculis patuerunt. Quam Brutus blanditiis mitigans nunc dulces amplexus, nunc dulcia basia innectit; nec coeptis suis desistit, donec fletu fatigata sopori submittitur.

[16] Inter haec et alia, duobus diebus et una nocte prospero ventorum flatu concurrerunt applicueruntque in quamdam insulam, vocatam Leogecia, quae, antiquitus ab incursione piratarum vastata, a nemine inhabitabatur. In illam ergo misit Brutus trecentos armatos ad explorandum quid inhabitaret. Qui, neminem reperientes, feras diversi generis infra saltus ac nemora inventas caede afficiunt. Venerunt ad quamdam civitatem desertam, in qua templum Dianae repererunt. In eodem imago Deae responsa dabat, si forte ab aliquo peteretur. Onerati tandem reperta venatione, revertuntur ad naves suas patriaeque situm et civitatem consociis praedicant. Suggerunt duci templum adire atque litatis donis a numine loci inquirere quae patria eis sedem certae mansionis praeeberet ; communicatoque omnium assensu, assumpsit Brutus secum Gerionem augurem et duodecim majores natu petivitque templum cum omnibus quae ad sacrificium necessaria erant. Quo ubi ventum est, circumdati timpora vittis, ante aditum veterrimo ritu tribus diis, Jovi videlicet et Mercurio, necnon et Dianae, tres focos statuerunt, singulis singula libamina dederunt.

31 omnique] et omni *E*, omni *RP* — 32 donatur] ditatur *G* — Peractis] P. igitur *R* — 34 Innogen] Ignogen *R* — in *mq*. *E* — 35 collabitur] collabatur *P*

[16] 3 Leogecia] Loegecia *R* — ab] in *E* — 7 quamdam *mq*. *E* — 8 repererunt] reperierunt *GE* — 9 peteretur] peterentur *R* — 10 reperta *mq*. *P* — 13 eis sedem certae mansionis] eis s. m. *E*, eisdem c. m. s. *R* — 14 que *mq*. *R* — 15 Gerionem] geronem *EP* — 17 circumdati] circumdatus *G*

Digitized by Google

Ipse Brutus, ante aram deae vas sacrificii plenum vino et sanguine candidae cervae dextra tenens, erecto vultu ad effigiem numinis, silentium in haec verba dissolvit :

Diva potens nemorum, terror silvestribus apris,
Cui licet anfractus ire per aethereos
Infernasque domos, terrestria jura resolve
Et dic quas terras nos habitare velis ;
Dic certam sedem, qua te venerabor in aevum,
Qua tibi virgineis templa dicabo choris.

Haec ubi novies dixit, circuivit aram quater, fuditque vinum, quod tenebat, in foco, atque procubuit super pellem cervae, quam ante aram extenderat. Invitato somno tandem obdormivit. Erat tunc quasi tertia noctis hora, qua dulciore sopore mortales premuntur. Tunc visum est illi deam adstare ante ipsum et sese in hunc modum affari :

Brute, sub occasu solis, trans Gallica regna,
Insula in Oceano est undique clausa mari ;
Insula in Oceano est habitata gigantibus olim,
Nunc deserta quidem, gentibus apta tuis.
Hanc pete ; namque sedes vobis erit illa perennis ;
Hic fiet natis altera Troja tuis,
Hic de prole tua reges nascentur et ipsis
Totius terrae subditus orbis erit.

Tali visione expergefactus, dux in dubio mansit an somnus fuerat quem vidit, an dea viva praedixerat patriam quam aditurus erat. Vocatis tandem sociis, indicavit per ordinem quod sibi dormienti contigerat.

[17] At illi, maximo gaudio fluctuantes, hortantur ut ad naves repedent et, dum ventus secundus esset, citissimis velis

23 apris] apes *E*, apis *R* — 25 que *mq*. *E* — jura] jure *E* — resolve] revolve *R* — 31 Invitato] invitatoque *P* — 32 Erat tunc] Et cum *G* — noctis hora] h. n. *R* — 36 undique... est *mq*. *E* — 38 Nunc] Nam *P* — 39 sedes vobis] tibi sedes *R P*— 46 dormienti] in sompno *P*

[17] 2 velis *mq*. *P*

Digitized by Google

versus occasum eant, ad inquirendum quod diva spoponderat. Nec mora, remeant ad socios altumque ingrediuntur. Sulcantes aequora, cursu triginta dierum venerunt ad Affricam, nescii adhuc quorsum proras verterent. Deinde venerunt ad Aras Philistinorum et ad Lacum Salinarum et navigaverunt inter Russicadam et montes Azarae. Ibi ab incursione piratarum maximum passi sunt periculum. Victoriam tamen adepti, spoliis eorum et rapinis ditati sunt. Porro flumen Malvae transeuntes applicuerunt in Mauritaniam. Deinde, penuria cibi et potus coacti, egressi sunt ex navibus et, dispositis turmis, vastaverunt patriam a fine usque ad finem. Refertis vero navibus, petierunt columnas Herculis, ubi apparuerunt eis monstra maris vocata Sirenes, quae ambiendo naves fere ipsas obruerunt. Utcumque tamen elapsi, venerunt ad Tirenum aequor. Ibi juxta littora invenerunt quatuor generationes de exulibus Trojae ortas, quae Antenoris fugam comitatae erant. Erat eorum dux Corineus dictus, vir modestus, consilii optimus, magnae virtutis et audaciae. Qui, si cum aliquo gigante congressum faceret, ilico obruebat eum, ac si cum puero contenderet. Agnita itaque veteris originis prosapia, associaverunt illum sibi, necnon et populum cui praesidebat. Hic, de nomine ducis postmodum Cornubiensis vocatus, Bruto in omni decertatione prae ceteris auxilium praestabat. Deinde venerunt ad Aquitaniam et, ostium Ligeris ingressi, anchoras fixerunt. Morati sunt ibi septem diebus situmque regni exploraverunt.

[18] Regnabat tunc in Aquitania Goffarius Pictus, ejusdem patriae rex. Cui ut fama indicavit externam gentem cum magna classe in fines regni sui applicuisse, misit legatos ad inquirendum utrum pacem vel guerram advectasset. Nuntii ergo

3 occasum] occeanum *EP* — eant] eunt *G* — 6 proras] prora *P* — 7 inter] infra *R* — 8 Russicadam] Ruscicadam *RP* — Azarae] Taree *E* — 10 eorum *mq. G* — 13 a fine *mq. G* — vero] itaque *R* — 16 Utcumque] Utrumque *G* — 19 Erat] Erat enim *R* — 20 magnae] magnitudine *R* — 21 puero] aliquo puero *P* — 22 itaque] igitur *R* — 24 postmodum Cornubiensis] c. postmodo *E* — 25 prae ceteris auxilium] a. p. c. *R* — 26 Aquitaniam] Equitaniam *corrigé en* Aquitaniam *R*, Equitaniam *E*

[18] 1 Aquitania] Equitaniam *E* — 4 advectasset] advectaret *R*

Digitized by Google

classem petentes obviaverunt Corineo, egresso jam cum ducentis viris, ut infra nemora venationem adquireret. Mox allocuti eum, quaerunt cujus licentia saltus regis ingressus feras necaret. Statutum enim ab antiquo fuerat neminem sine principis jussu eas debere prosternere. Quibus cum Corineus responderet licentiam hujus rei nequaquam debere haberi, irruit unus ex illis, Imbertus nomine, et curvato arcu sagittam in ipsum direxit. Vitavit eam Corineus cucurritque ocius in Imbertum et arcu, quem tenebat, caput ei in frusta contrivit.

Diffugerunt ergo ceteri, vix ex manibus ejus elapsi, et Goffario necem socii nuntiaverunt. Contristatus ilico dux Pictavensium collegit exercitum grandem, ut in ipsos mortem nuntii vindicaret. At Brutus, divulgato ejus adventu, naves munit; mulieres et parvulos infra ipsas jubet manere; ipse, cum tota multitudine cui vigor florebat, obvius exercitui progreditur. Inito tandem certamine, dira pugna utrobique committitur et, cum multum diei in agendo caedem consumpsissent, puduit Corineum Aquitanos tam audacter resistere nec Trojanos cum triumpho insistere. Unde, resumpta audacia, sevocavit suos in dextram partem proelii et, facto agmine, celerem impetum in hostes fecit et, ut infra eorumdem turmas sese densa acie intromisit, non cessavit hostes prosternere, donec penetrata cohorte cunctos in fugam coegit. Fortuna, amisso gladio, ei bipennem administraverat, cum qua quemcumque attingebat a summo usque ad imum disjungebat. Miratur Brutus, mirantur socii, mirantur etiam hostes audaciam viri et virtutem, qui, bipennem inter fugientes cohortes librans, timorem non minimum cum his verbis inferebat : « Quo fugitis, timidi ? Quo fugitis, segnes ? Revertimini, o revertimini et

5 classem petentes] ut cl. petebant *E* — egresso *après* viris *R* — 9 debere *mg. E* — 11 Imbertus] Himbertus *E* — 12 ocius *mg. E* — 13 Imbertum] Himbertum *E* — frusta] frustra *GER* — contrivit] concidit *R*, conscidit *P* — 14 Diffugerunt] Diffugierunt *EP* — 15 necem] mortem *E* — socii] s. sui *E* — ilico] ergo (vel ilico) *R* — 16 nuntii] socii (vel nuntii) *R*, n. sui *EP* — 22 Aquitanos] Equitanos *corrigé en* Aquitanos *R*, equitanos *P* — 24 suos] socios *P* — 27 gladio *après* administraverat *G* — amisso gladio ei] ei a. g. *RP* — 31 librans] vibrans *EP*

Digitized by Google

congressum cum Corineo facite ! Proh pudor ! tot milia me solum diffugitis ? Attamen habetote solatium fugae vestrae, quod ego vos insequor, qui totiens soleo Tyrrenos gigantes in fugam propellere, qui ternos ac quaternos ad Tartara detrudere. » Ad haec verba illius revertitur quidam consul, nomine Suhardus, cum trecentis militibus et impetum fecit in eum : cujus ictum Corineus praetenso clypeo excipiens non oblitus est bipennis quam tenebat, sed erecta illa percussit eum in summitatem galeae percussumque a summo usque ad imum in ambas partes dissecuit. Sed et confestim irruens in ceteros, bipennem rotat, stragem acerrimam facit, et nunc hac nunc illac discurrens nec ictus recipere diffugit, nec hostes prosternere quiescit : huic brachium cum manu amputat ; illi scapulas a corpore separat; alii caput uno ictu truncat ; alteri crura a summo dissecat. Omnes in illum solum et ipse solus in omnes irruebat. Quod Brutus aspiciens, motus amore viri, cucurrit cum una turma, ut ei auxilium subvectaret. Tunc oritur clamor inter diversas gentes, tunc crebri ictus inferuntur, tunc in utraque parte fit caedes dirissima. Nec mora, victoria potiuntur Troes et regem Goffarium cum Pictaviensibus suis in fugam propellunt.

[19] Qui, vix evadens, partes Galliarum adivit, ut a cognatis et notis succursum haberet. Erant tunc temporis duodecim reges in Gallia, quorum regimine tota patria pari dignitate regebatur ; qui, benigne suscipientes eum, promittunt sese unanimiter expulsuros ex finibus Aquitaniae externam gentem quae advenerat. Et Brutus, ob praedictam victoriam laetus, peremptorum spoliis socios ditat, ditatos autem iterum in turmas resociat, resociatos per patriam ducit, affectans eam peni-

35 vestrae *mq. R* — 37 propellere] convertere *P* — qui] et *RP* — 38 nomine] vocabulo *G* — 39 Suhardus] subardus *P* — 40 oblitus est] e. o. *RP* — 41 bipennis] bipennem *E* — erecta illa] ea e. *R* — eum] illum *R* — 42 summitatem] summitate *RP* — percussumque] percussitque *E* — 44 rotat] rotans *R* — 46 acerrimam] non minimam *E* — 47 uno *mq. E* — 48 illum] ipsum *P* — solus in omnes] in o. s. *R* — 49 irruebat] erruebat *G* — 50 ei] ipsi *R* — 52 dirissima] durissima *ER* — 53 Troes] Troies *R*

[19] 5 Aquitaniae] Equitanie *RP* — 6 Et] At *RP*

Digitized by Google

tus desolare et naves suas universis divitiis replere. Accumulato igitur igne, civitates undique incendit, absconditas quoque opes ab eisdem extrahit ; agros etiam depopulat, stragem miserandam civibus atque plebanis infert, volens infelicem gentem usque ad unum delere. At, dum tali clade totius fere Aquitaniae partes affecisset, venit ad locum ubi nunc est civitas Turonorum, quam, ut Homerus testatur, ipse postmodum construxit. Ut igitur loca convenientia refugio inspexit, metatus est ibi castra sua, ut, si opus accidisset, sese infra ipsa reciperet. Urgebatur namque timore propter adventum Goffarii, qui, cum regibus et principibus Galliae et maxima armatorum copia, prope eumdem locum advenerat, ut cum illo bellum committeret. Peractis deinde castris, expectavit ibi biduo Goffarium, confidens in prudentia sua atque audacia juventutis cui praesidebat.

[20] Goffarius ergo, audita ibidem praesentia Trojanorum, nec noctu nec die cessavit incedere, donec castra Bruti prope aspexit. Torvo igitur lumine intuens, paulisper subridens, in haec verba erupit : « Proh ! fatum triste ! Castra etiam sua in regno meo fecerunt ignobiles exules ! Armate vos, viri, armate, et per densatas turmas incedite ! Nulla mora erit quin semimares istos velut oves capiemus atque captos per regna nostra mancipabimus. »

Armaverunt itaque se omnes quos secum adduxerat et, per duodena agmina statuti, versus hostes suos incedunt. Contra quos Brutus etiam, dispositis catervis, non muliebriter graditur ; sed turmas suas quid acturae essent sapienter docens, qualiter debeant et invadere et resistere edicit. Ut ergo con-

9 desolare] desolari *G* — 10 absconditas quoque] absconditasque *E*, absconditos q. *P* — 11 opes *mq. P* — depopulat] depopulatur *R* — 13 At] Ac *ER* — 14 Aquitaniae partes] partes Equitanie partes *R* — 17 ipsa] ipsam *G* — 18 reciperet] recepisset *P* — 21 committeret] committet *E* — biduo Goffarium] *g.* b. *E*

[20] 1 ergo] itaque *G* — praesentia Trojanorum] t. p. *R* — 2 Bruti *mq. P* — 3 aspexit] conspexit *R* — 4 etiam] etenim *E* — 7 capiemus] capiamus *R* — 9 itaque se (sese *G*)] se i. *R*, itaque *P* — 11 non *mq. E* — 12 essent] erant *P* — 13 et invadere] invadere *E*

Digitized by Google

gressum inceperunt, praevaluerunt in initio Troes et caedem acerrimam ex hostibus faciunt. Ceciderunt namque ex iis fere duo milia hominum. Unde ceteri stupefacti fere in fugam versi fuerunt. Sed, ubi major numerus hominum abundat, evenire solet triumphum accedere. Galli igitur, quoniam tricies plures erant ceteris, quanquam primo oppressi fuerant, tandem tamen resociati impetum fecerunt undique in Troas et, illata strage, ipsos castra ingredi coegerunt. Victoriam itaque adepti obsederunt eos infra castra, meditantes se nequaquam prius illinc abscedere, antequam ipsi inclusi vel colla vincienda catenis traderent vel longa fame afflicti saevissima morte tormentarentur. Sequenti interea nocte Corineus inivit consilium cum Bruto : se velle scilicet per quaedam divortia in eadem nocte egredi et infra nemus, quod prope fuerat, usque ad diem delitere; et, dum Brutus diluculo egressus cum hostibus dimicaret, ipse cum cohorte sua a dorso superveniret et, facto impetu, stragem ingereret. Placuit itaque Bruto sententia Corinei. Qui, ut praedixerat, callide egressus est cum tribus milibus occultaque nemorum petivit. Adveniente autem postera die, statuit Brutus suos per turmas et, apertis castris, pugnaturus egreditur. Occurrunt igitur confestim Galli et, facto agmine, cum ipso congrediuntur. Concidunt ilico in utraque parte multa milia virorum, dum mutua vulnera dantur, quia nullus adversario suo parcebat. Erat ibi quidam Trous, nomine Turnus, Bruti nepos, quo fortior sive audacior nullus, excepto Corineo, aderat. Hic solus solo gladio suo sexcentos viros peremit. Sed ab irruentibus Gallis citius quam debuisset interfectus est. De nomine ipsius praedicta civitas Turonis vocabulum nacta est, quia ibidem sepultus fuit. Cum igitur utraeque

14 Troes] Troies *R* — caedem] sedem *G* — 18 evenire *mq*. *E* — triumphum] triumphus *E* — 20 Troas] Troias *R* — 21 castra ingredi] i. c. *R* — itaque] igitur *R* — 22 obsederunt eos] ipsos o. *P* — nequaquam] nunquam *P* — prius illinc] i. p. *GP* — 28 diluculo] cum d. *ER* — diliculo egressus] e. d. *P* — 30 ingereret] ingererent *P* — 32 autem] itaque *R* — 34 occurrunt] occurerunt *G* — 37 suo *mq*. *RP* — Trous] tros *R*, troos *P* — 39 aderat] inerat] *R* — Hic solus... interfectus est *mq*. *E* — 40 debuisset] debuerat *P* — 41 praedicta *mq*. *R* — 42 ibidem sepultus fuit] s. f. i. *G*

Digitized by Google

turmae acrius pugnarent, supervenit ex improviso Corineus et a tergo hostes celeriter invasit. Audaciores proinde insurgentes ceteri ex altera parte incumbunt stragemque facere contendunt. Itaque Galli solo clamore Corineiensium, qui a tergo invaserant, stupefacti sunt et, arbitrantes plures advenisse quam advenerant, campum desere festinant. Quos Troes usque ferientes insequuntur, insequendo vero prosternunt, nec prosternere cessaverunt, donec victoriam habuerunt. Brutus itaque, licet tantus triumphus illi maximum intulisset gaudium, dolore tamen angebatur, quia numerus suorum quotidie minuebatur, Gallorum autem semper multiplicabatur. In dubio tandem existens utrum diutius eos oppugnaret, praeelegit naves suas, salva adhuc majori parte sociorum necnon et reverentia victoriae, adire atque insulam, quam ei divinus praedixerat monitus, exigere. Nec plura, petivit suorum assensu classem suam, et replevit eam ex universis divitiis quas adquisiverat, et ipsam ingressus est. Prosperis quoque ventis promissam insulam exigens, in Totonesio littore applicuit.

[21] Erat tunc nomen insulae Albion, quae a nemine, exceptis paucis gigantibus, inhabitabatur, amoeno tamen situ locorum et copia piscosorum fluminum nemoribusque praeelecta, affectum habitandi Bruto sociisque suis inferebat. Peragratis ergo quibusque provinciis, repertos gigantes ad cavernas montium fugant. Patriam, donante duce, sortiuntur. Agros incipiunt colere, domos aedificare, ita ut brevi tempore terram ab aevo inhabitatam censeres. Denique Brutus de nomine suo insulam Britanniam appellat sociosque suos Britones: volebat enim ex derivatione nominis memoriam habere perpetuam. Unde postmodum loquela gentis, quae prius Trojana

46 Corineiensium] Corinei et ipsorum *G*, Corinensium *P* — 48 Troes] Troies *R* — 49 ferientes] inferientes *P* — 51 illi] ei *R* — 54 suas *mq. P* — 55 majori] majore *E* — reverentia victoriae] r. cum victoria *E* — 56 divinus] divinitus *R* — divinus praedixerat monitus] p. d. admonitus *P* —57 plura] mora *ER* — 59 quoque] ergo *E*

[21] 2 gigantibus] hominibus *g. E* — 7 brevi] in brevi *P* — 6 Britanniam] Britoniam *E* — 10 derivatione] dirivatione *G* — nominis] n. sui *P* — 11 gentis *mq. P*

Digitized by Google

sive curvum Graecum nuncupabatur, dicta fuit Britannica. At Corineus portionem regni, quae sorti suae cesserat, ab appellatione etiam sui nominis Corineam vocat populumque suum Corineiensem, exemplum ducis insecutus. Qui, cum prae omnibus qui advenerant electionem provinciarum posset habere, maluit regionem illam, quae nunc vel a cornu Britanniae, vel per corruptionem praedicti nominis Cornubia appellatur. Delectabat enim eum contra gigantes dimicare, quorum copia plus ibidem abundabat quam in ulla provinciarum quae consociis suis distributae fuerant. Erat ibi inter ceteros detestabilis quidam nomine Goemagog, staturae duodecim cubitorum, qui, tantae virtutis existens, quercum semel excussam velut virgulam corili evellebat. Hic, quadam die, dum Brutus in portu quo applicuerat festivum diem deis celebraret, supervenit ille cum viginti gigantibus atque dirissima caede Britones affecit. At Britones undique tandem confluentes praevaluerunt in eos et omnes praeter Goemagog interfecerunt. Hunc Brutus vivum reservari praeceperat, volens videre luctationem ipsius et Corinei, qui cum talibus congredi ultra modum aestuabat. Itaque Corineus maximo gaudio fluctuans succinxit se et, abjectis armis, ipsum ad luctandum provocat. Inito deinde certamine, instat Corineus, instat gigas ; et alter alterum vinculis brachiorum adnectens crebris afflatibus aera vexant. Nec mora, Goemagog, Corineum maximis viribus astringens, fregit ei tres costas, duas in dextro latere, unam vero in sinistro. Unde Corineus in iram compulsus revocavit vires suas, et imposuit illum humeris suis, et, quantum velocitas pro pondere sine-

12 curvum] curruum *G* — fuit] *mq. R*, est *P* — 13 Corineus] c. quem *R* — sorti] parti *P* — 14 etiam *mq. ER* — Corineam] Corineiam *RP* — 15 Corineiensem] Coriniensem *G* — 18 praedicti] sui (vel predicti) *R* — 22 Goemagog] Goemagot *R* — duodecim] II *précédé d'un chiffre gratté R* — 24 dum Br.] Br. dum *RP* — 25 ille] illic *E* — 26 dirissima] durissima *E* — 28 Goemagog] Gormagog *E*, Goemagot *R* — 29 reservari] reservare *G* — 30 congredi *après* aestuabat *R* — 32 ad luctandum provocat] p. a. l. *E* — deinde] denique *P* — 33 instat] hinc stat *RP* — instat] hinc stat *RP* — 34 et *mq. E* — alter alterum] alterum alter *E* — 35 Goemagog] Goemagon *E*, Goemagot *R* — 36 dextro latere] l. d. *R* — 38 illum]eum *E* — humeris] in h. *EP*

Digitized by Google

bat, ad proxima littora cucurrit. Deinde, summitatem excelsae rupis nactus, excussit se et praedictum letabile monstrum, quod super humeros suos ferebat, infra mare projecit. At ille, per abrupta saxorum cadens, in mille frusta dilaceratus est et fluctus sanguine maculavit. Locus autem ille, nomen ex praecipitatione gigantis adeptus, Saltus Goemagog usque in praesentem diem vocatur.

[22] Diviso tandem regno, affectavit Brutus civitatem aedificare. Affectum itaque suum exsequens, circuivit totius patriae situm, ut congruum locum inveniret. Perveniens ergo ad Tamensem fluvium, deambulavit littora locumque nactus est proposito suo perspicuum. Condidit itaque civitatem ibidem eamque Trojam Novam vocavit. Ex hoc nomine multis postmodum temporibus appellata, tandem per corruptionem vocabuli Trinovantum dicta fuit. At, postquam Lud, frater Cassibellani, qui cum Julio Caesare dimicavit, regni gubernaculum adeptus est, cinxit eam nobilissimis muris, necnon et turribus, mira arte fabricatis. De nomine quoque suo jussit eam dici Kaerlud, id est Civitas Lud. Unde postea maxima contentio orta est inter ipsum et Nennium, fratrem suum, qui graviter ferebat illum velle nomen Trojae in patria sua delere. Quam contentionem quia Gildas historicus satis prolixe tractavit, eam praeterire praeelegi, ne id quod tantus scriba tanto stylo peraravit videar viliori dictamine maculare. Postquam igitur praedictus dux praedictam urbem condidit, dedicavit eam civibus jure victuris deditque legem qua pacifice tractarentur. Regnabat tunc in Judaea Heli sacerdos et archa Testamenti capta erat a Philisteis. Regnabant etiam in Troja filii Hectoris, expulsis posteris Antenoris. Regnabat in Italia Silvius Aeneas, Aencae filius, avunculus Bruti, Latinorum tertius.

41 infra] in *P* — 42 mille] multa *RP* — frusta] frustra *GE*; *E aj.* projectus — 43 nomen *après* adeptus *P* — 44 Goemagog] Goemagot *R*

[22] 1 Diviso] Viso *R* — 6 postmodum temporibus] t. p. *R* — 8 frater Cassib.] c. f. *R* — Cassibellani] cassibellauni *RP* — 10 et *mq. E* — 11 eam dici] d. eam *R* — 15 historicus] historiographus *RP* — 17 videar] videor *G* — 21 etiam *mq. R* — 23 *après* tertius : Explicit liber primus, Incipit secundus *R*

Digitized by Google

[III. Les successeurs de Brutus jusqu'a l'arrivée de Jules César]

[*1. De Locrinus à Bladud*]

[23] Cognoverat autem Brutus Innogen, uxorem suam, et ex ea genuit tres inclytos filios, quibus erant nomina Locrinus, Albanactus, Kamber. Hi, postquam pater in XXIV° anno adventus sui ab hoc seculo migravit, sepelierunt eum infra urbem quam condiderat, et diviserunt regnum Britanniae inter se, et secesserunt unusquisque in loco suo. Locrinus, qui primogenitus fuerat, possedit mediam partem insulae, quae postea de nomine suo appellata est Loegria; Kamber autem partem illam quae est ultra Sabrinum flumen, quae nunc Gualia vocatur, quae de nomine ipsius postmodum Kambria multo tempore dicta fuit : unde adhuc gens patriae lingua britannica sese Kambro appellat ; at Albanactus junior possedit patriam quae lingua nostra his temporibus appellatur Scotia et nomen ei ex nomine suo Albaniam dedit.

[24] Illis deinde concordi pace diu regnantibus, applicuit Humber, rex Hunorum, in Albaniam et, commisso proelio cum Albanacto, interfecit eum, et gentem patriae ad Locrinum diffugere coegit. Locrinus igitur, audito rumore, associavit sibi Kambrum, fratrem suum, et collegit totam juventutem patriae, et ivit obviam regi Hunorum circa fluvium qui nunc vocatur Humber. Inito ergo congressu, compulit Humbrum in fugam, qui, usque ad fluvium diffugiens, submersus est infra fluctus et nomen suum flumini reliquit. Locrinus ergo, potitus victoria,

[23] 1 Innogen] Ignogen *R* — 2 erant nomina] n. e. *P* — 3 Albanactus Kamber] k. a. *ER* (*ce dernier après correction*) — 4 infra] in *P* — 7 mediam *mq. E* — Loegria] Loecria *G* — 9 partem illam] i. p. *R* — est *mq. E* — flumen] fluvium *P* — 10 Gualia] Gallia *G*, Gaulia *E* — ipsius] sua *P* — 12 appellat] appellant *E* — 13 appellatur] appellabatur *R* — 14 Albaniam] Albania *EP*

[24] 1 Illis] His *P* — deinde] denique *E* — diu *mq. P* — 4 audito rumore] r. a. *R* — 6 circa] citra *P* — fl. qui] fluvium quod *P* — 8 qui usque] quo usque *R* — infra] in *P* — 9 et nomen] nomenque *R* — flumini] fluvio *P*

Digitized by Google

spolia hostium sociis largitur, nihil sibi ipsi retinens praeter aurum et argentum quod infra naves invenit.

Retinuit quoque sibi tres puellas mirae pulchritudinis, quarum prima filia fuerat cujusdam regis Germaniae, quam praedictus Humber cum duabus rapuerat, dum patriam vastaret. Erat nomen illius Estrildis et erat tantae pulchritudinis quod non leviter reperiebatur quae ei conferri poterat : candorem carnis ejus nec inclytum ebur, nec nix recenter cadens, nec lilia ulla vincebant. Amore itaque illius Locrinus captus voluit cubilia ejus inire ipsamque sibi maritali taeda copulare. Quod cum Corineo compertum esset, indignatus est ultra modum, quoniam Locrinus pactus fuerat sese filiam ipsius ducturum. Adivit ergo regem et, bipennem in dextra manu librans, illum hoc modo allocutus est : « Haeccine rependis mihi, Locrine, ob tot vulnera quae in obsequio patris tui perpessus sum, dum proelia cum ignotis gentibus committeret, ut, filia mea postposita, tete connubio cujusdam barbarae summitteres ? Non impune feres, dum vigor huic inerit dextrae, quae tot gigantibus per Tyrrena littora gaudia vitae eripuit ! » Hoc iterum iterumque proclamans, librabat bipennem quasi percussurus eum, cum amici utrorumque sese interposuerunt. Sedato vero Corineo, Locrinum quod pepigerat exequi coegerunt. Duxit itaque Locrinus filiam Corinei, Guendoloenam nomine, nec tamen Estrildis amoris oblitus est, sed, facto infra urbem Trinovantum subterraneo, inclusit eam in ipso familiaribusque suis honorifice servandam tradidit. Volebat saltem furtivam venerem cum illa agere. Timore namque Corinei anxiatus, non

10 spolia] spoliavit *R* — sociis] sociisque *P* — ipsi *mq.* *E* — 12 quarum prima... pulchritudinis *mq.* *P* (*bourdon*) — 13 fuerat] fuit *E* — 13 cujusdam *mq.* *E* — 14 rapuerat] r. puellis *G* — 16 poterat] posset *ER* — 17 ejus *mq.* *P* — cadens] candens *P* — 18 itaque *mq.* *R* — illius] unius *P* — 20 est *mq.* *E* — 21 ipsius] ejus *G* — 22 dextra] manu *P* — 24 obsequio] obsequia *E* — 25 committeret] *après* proelia *R*, *après* ignotis *P* — 26 tete] te *G* — connubio] connubia *G* — summitteres] committeres *P* — 27 dum vigor *mq.* *E* — 29 iterum *mq.* *P* — 29 librabat] libravit *P* — 30 cum *mq.* *E* — 33 tamen] in tantum *G* — Estrildis] Estrildidis *P* — 34 ipso] illo *P* — que *mq.* *E* — 35 servandam *mq.* *E* — 36 namque] quoque *R* — occuluit eam frequentavitque] occulte eam frequentavit *G*

Digitized by Google

audebat eam patenter habere, sed, ut praedictum est, occuluit eam frequentavitque septem annis integris nemine comperiente, exceptis illis qui ejusdem familiaritati proximiores fuerant. Nempe, quotienscumque adibat illam, fingebat se velle occultum sacrificium diis suis facere. Unde quosque falsa credulitate movebat id ipsum estimare. Interea gravida facta est Estrildis ediditque filiam mirae pulchritudinis, quam vocavit Habren. Gravida etiam facta est Guendoloena genuitque puerum, cui impositum est nomen Maddan. Hic Corineo, avo suo, traditus documenta ipsius discebat.

[25] Subsequente tandem tempore, defuncto Corineo, deseruit Locrinus Guendoloenam et Estrildam in reginam erexit. Itaque Guendoloena, ultra modum indignans, adivit Cornubiam, collectaque juventute totius regni illius, coepit inquietationem Locrino ingerere. Conserto tandem utrorumque exercitu, commiserunt proelium juxta fluvium Sturam, ubi Locrinus, ictu sagittae percussus, gaudia vitae amisit. Perempto igitur illo, cepit Guendoloena regni gubernaculum, paterna insania furens. Jubet enim Estrildem et filiam ejus Habren praecipitari in fluvium qui nunc Sabrina dicitur, fecitque edictum per totam Britanniam, ut flumen nomine puellae vocaretur. Volebat etenim honorem aeternitatis illi impendere, quia maritus suus eam generaverat : unde contigit quod usque in hunc diem appellatum est flumen britannica lingua Habren, quod per corruptionem nominis alia lingua Sabrina vocatur.

Regnavit deinde Guendoloena XV annis post interfectionem Locrini, qui X annis regnaverat. Et tunc, cum vidisset Maddan, filium suum, aetate adultum, sceptro regni insignivit illum, contenta regione Cornubiae, dum reliquum vitae deduceret.

37 eam] ipsam *P* — 41 facere] offerre *E* — 43 Habren] abren *G*, habrem *P* — 45 Maddan] maddam *R*, mandan *P*

[25] 2 Estrildam] Astrildam *E*, Astrildidem *R*, Estrildidem *P* — 3 Guendoloena] Guendolena *P* — 4 inquietationem] inquietatione *G* — 8 Guendoloena] Guendolena *P* — [9 Estrildem] Astrildem *E*, Astrildidem *R*, Estrildidem *P* — Habren] Abren *G* — 10 fluvium] fluvio *E* — 13 generaverat] generavit *E* — 14 Habren] abren *P* — 16 Guendoloena] Guendolena *P* — 17 Maddan] Maddam *R*, Mandan *P* — 18 illum] eum *RP*

Digitized by Google

Tunc Samuel propheta regnabat in Judea, et Silvius Aeneas vivebat adhuc, et Homerus clarus rhetor et poeta habebatur.

[26] Insignitus igitur Maddan uxore, ex illa genuit duos filios, Mempricium et Malim, regnumque cum pace et diligentia XL annis tractavit. Quo defuncto, discordia orta est inter praedictos fratres propter regnum, quia uterque totam insulam possidere aestuabat. Mempricius ergo, affectum suum perficere desiderans, colloquium inivit cum Malim, quasi concordiam facturus. Sed, taeda proditionis inflammatus, ipsum inter prolocutores interfecit. Deinde, regimen totius insulae nactus, tantam tyrannidem exercuit in populum, quod fere quemque nobilissimum perimebat. Sed et totam progeniem suam exosus, quemcumque sibi in regno posse succedere timebat, vel vi vel proditione opprimebat. Relicta etiam propria uxore, ex qua inclytum juvenem Ebraucum progenuerat, sese Sodomitanae voluptati dedit, non naturalem venerem naturali libidini praeferens. XX° tandem regni sui anno, dum venationem faceret, secessit a sociis suis in quamdam convallem, ubi a multitudine rabiosorum luporum circumdatus miserrime devoratus est.

Tunc Saul regnabat in Judea, et Euristeus in Lacedemonia.

[27] Defuncto itaque Mempricio, Ebraucus, filius suus, vir magnae staturae et mirae fortitudinis, regimen Britanniae suscepit, et XXXIX annis tenuit. Hic primus post Brutum classem in partes Galliarum duxit et, illato proelio, affecit provincias caede virorum atque urbium oppressione infinitaque

21 vivebat adhuc] a. v. *R*

[26] 1 igitur] ergo *R* — Maddan] Mandan *P* — 2 et diligentia *mq. P* — 3 discordia *après* fratres *R* — orta est] e. o. *P*. — 4 fratres] duos f. predictos *P* — 5 perficere] adimplere *R* — 9 exercuit in populum] in p. e. *E* — fere *mq. P* — 12 etiam] ergo *E* — propria uxore] u. p. *E*, u. sua *R*, p. u. sua *P* — 13 progenuerat] habuerat *R* — Sodomitanae] Sodomitarum *P* — 14 non naturalem] naturalem *GE* — naturali] non naturali *E* — 15 praeferens] non p. *E* — 19 Euristeus] Erysthenus *E* — Lacedemonia] Lacedomonia *G*

[27] 1 suus] ejus *E* — 2 regimen] regnum *P* — XXXIX] LX *R* — 3 classem] classes *G* — 5 oppressione] o. multitudine *G* — infinitaque] infinita *E*

Digitized by Google

auri et argenti copia ditatus cum victoria reversus est. Deinde trans Humbrum condidit civitatem quam de nomine suo vocavit Kaerebrauc, id est Civitas Ebrauci.

Et tunc David rex regnabat in Judaea, et Silvius Latinus in Italia, et Gad, Nathan et Asaph prophetabant in Israel. Condidit etiam Ebraucus urbem Alclud, versus Albaniam, et oppidum montis Agned, quod nunc Castellum Puellarum dicitur et Montem Dolorosum.

Genuit etiam XX filios ex viginti conjugibus quas habebat, necnon et triginta filias, regnumque Britanniae LX annis fortissime tractavit. Erant autem nomina filiorum ejus : Brutus Viride Scutum, Margadud, Sisillius, Regin, Morvid, Bladud, Jagon, Bodloan, Kincar, Spaden, Gaul, Dardan, Eldad, Ivor, Cangu, Hector, Kerin, Rud, Assarach, Buel; nomina autem filiarum : Gloigin, Ignogin, Oudas, Guenlian, Gaurdid, Angarad, Guenlodoe, Tangustel, Gorgon, Medlan, Methael, Ourar, Mailure, Kambreda, Ragan, Gael, Ecub, Nest, Chein, Stadud, Gladus, Ebrein, Blangan, Aballac, Angaes, Galaes (omnium pulcherrima quae tunc in Britannia sive in Gallia fuerunt), Edra, Anor, Stadiald, Egron. Has omnes direxit pater in Italiam ad Silvium Albam, qui post Silvium Latinum regnabat : fuerunt ibi maritatae nobilioribus Trojanis, quorum cubilia et Latinae et Sabinae diffugiebant. At filii, duce Assaraco fratre, duxerunt classem in Germaniam et, auxilio Silvii Albae usi, subjugato populo, adepti sunt regnum.

7 civitatem] urbem *E* — 8 Kaerebrauc] Kaerbrauc *G*, Kaerbraut *P* — 11 etiam] autem *R* — Ebraucus] eubraucus *G* — 15 LX] XL *EP* — 16 fortissime *mq. G* — autem] enim *G* — 17 Sisillius] Sisinnius *E*, Silvius *P* — 18 Jagon] Lagon *P* — Bodloan] Bodlaon *P* — Kincar] Kircar *G*, Kingar *R* — Dardan] Darden *R* — Eldad] Eldal *E* — 19 Hector] Hertor *E* — Kerin] herin *P* — Rud] Ruth *R* — Assarach] Assara *E*, Assarah *R*, Assarac *P* — 20 Gloigin] Gloigui *P* — Ignogin] Innogin *G P* — Guenlian] Guemliam *R* — 21 Guenlodoe] guenlodee *GP*, guendoloe *R* — Gorgon] Gorger *P* — Methael] Methahel *G* — 22 Kambreda] Kamberda *P* — Ragan] Rogan *P* — Chein] Chei *P* — Gladus] Gladud *R* — 23 Blangan] Blagan *E* — 26 Stadiald] Stadiad *R* — Egron *mq. E* — Italiam] in Gallia (vel Italiam) *E* — 27 regnabat] regnavit *P* — 31 duxerunt]durexerunt *E* — Silvii *mq. P*

Digitized by Google

[28] Brutus autem cognomento Viride Scutum cum patre remansit, regnique gubernaculo post illum potitus, XII annis regnavit. Huic successit Leil, filius suus, pacis amator et aequitatis. Qui, ut prosperitate regni usus est, urbem in aquilonari parte Britanniae aedificavit, de nomine suo Kaerleil vocatam.

Tunc Salomon coepit aedificare templum Domino in Hierusalem et regina Sabba venit audire sapientiam ejus. Et tunc Silvius Epitus patri Albae in regnum successit.

Vixit deinde Leil post sumptum regnum XXV annis, sed regnum in fine tepide rexit. Quocirca, segnitia ejus insistente, civilis discordia subito in regno orta est.

[29] Post hunc regnavit filius suus Rud Hudibras XXXIX annis. Ipse, populum ex civili discidio in concordiam reducens, condidit Kaerreint, id est Kantuariam. Condidit etiam Kaergueint, id est Guintoniam, atque oppidum montis Paladur, quod nunc Sephtonia dicitur. Ibi tunc aquila locuta est, dum murus aedificaretur, cujus sermones, si veros esse arbitrarer, sicut cetera memoriae dare non diffugerem.

Tunc Capis, filius Epiti, regnabat, et Aggeus, Amos, Jeu, Johel, Azarias prophetabant.

[30] Successit ei deinde Bladud filius tractavitque regnum XX annis. Hic aedificavit urbem Kaerbadum, quae nunc Bad nuncupatur, fecitque in illa calida balnea ad usus mortalium apta. Quibus praefecit numen Minervae, in cujus aede inextinguibiles ignes posuit, qui nunquam deficiebant in favillas, sed, ex quo tabescere incipiebant, in saxeos globos vertebantur. Tunc Helias oravit ne plueret super terram et non pluit an-

[28] 2 regnique] regni *E* — 3 suus] ejus *R* — 4 prosperitate] prosperitatem *R* — urbem *après* nomine suo *R* — urbem... aedificavit *mq*. *P* — 5 Kaerleil] K. condidit *P* — 8 Sabba] Saba *GP* — tunc *mq*. *P* — 10 deinde Leil] l. d. *E* — 11 in fine tepide] t. in f. *R*, in f. debiliter *E*

[29] 1 R. H.] Rudhudibras *G*, Rudhud hudibras *E* — 2 reducens] ducens *E* — 3 Kaerreint] kaerkein *G*, kaerchent *R*, kaerlein *P* — 4 montis *mq*. *E* — 5 Sephtonia] Septhonia *G*, Sephtesberia *E* — 7 esse *mq*. *E* — 8 et Aggeus... prophetabant *mq*. *P*

[30] 1 ei *mq*. *R* — filius] f. suus *G* — 5 ignes *mq*. *G* — 7 Helias] elias *G* — ne] ut non *R* — annos] per annos *G*

Digitized by Google

nos tres et menses sex. Hic admodum ingeniosus homo fuit docuitque nigromantiam per regnum Britanniae, nec praestigia facere quievit, donec, paratis sibi alis, ire per summitatem aeris temptavit ceciditque super templum Apollinis infra urbem Trinovantum, in multa frusta contritus.

[2. *Le roi Leir*]

[31] Dato igitur fatis Bladud, erigitur Leir, filius ejusdem, in regem, qui LX annis patriam viriliter rexit. Aedificavit autem super flumen Soram civitatem, quae britannice de nomine ejus Kaerleir, saxonice vero Lercecestre nuncupatur. Cui, negata masculini sexus prole, natae sunt tantummodo tres filiae, vocatae Gonorilla, Regau, Cordeilla. Pater eas miro amore, sed magis juniorem, videlicet Cordeillam, diligebat; cumque in senectutem vergere coepisset, cogitavit regnum suum ipsis dividere easque talibus maritis copulare, qui eas-dem cum regno haberent.

Sed, ut sciret quae illarum parte regni potiore dignior esset, adivit singulas, ut interrogaret quae ipsum magis diligeret. Interrogante igitur illo, Gonorilla prius numina caeli testata est ipsum sibi majori dilectioni esse quam animam quae in corpore suo degebat. Cui pater : « Quoniam senectutem meam vitae tuae praeposuisti, te, carissima filia, maritabo juveni, quemcumque elegeris, cum tertia parte regni Britanniae. » Deinde Regau, quae secunda erat, exemplo sororis suae benivolentiam patris allicere volens, jure jurando respondit se nullatenus aliter exprimere, nisi quod illum super

11 Apollinis] Appollinis *P* — 12 frusta] frustra *GER*

[31] 1 Leir *mq*. *P* — ejusdem] ejus *P* — 2 viriliter *mq*. *E* — 3 flumen Soram] s. f. *E* — brit. *après* Kaerleir *P* — 4 vero] autem *E* — Lerecestre] Lerechestria *E*, Leircestre *P* — 6 Gonorilla] Gornorilla *E*, Goronilla *P* — Regau] Ragau *P* — 13 igitur] ergo *R*, autem *P* — Gonorilla] Gornorilla *E*, Goronilla *P* — 14 ipsum *mq*. *E* — sibi *mq*. *E* — dilectioni] dilectione *P* — 15 Quoniam] quia *P* — 18 Regau] Ragau *P* — 19 patris *mq*. *E* — 20 exprimere] exprimere posse *G*

Digitized by Google

omnes creaturas diligeret. Credulus ergo pater, eadem dignitate quam primogenitae promiserat, ipsam cum alia parte regni maritavit. At Cordeilla junior, cum intellexisset eum praedictarum adulationibus acquievisse, temptare illum cupiens, aliter respondere perrexit : « Est uspiam, pater mi, filia quae patrem suum plus quam patrem praesumat diligere? Non reor equidem ullam esse quae hoc fateri audeat, nisi jocosis verbis veritatem celare nitatur. Nempe ego dilexi te semper ut patrem, et adhuc a proposito meo non divertor. Etsi ex me magis extorquere insistis, audi certitudinem amoris quem adversum te habeo et interrogationibus tuis finem impone. Etenim, quantum habes, tantum vales tantumque te diligo. » Porro pater, ratus eam ex abundantia cordis dixisse, vehementer indignans, quod responsurus erat hoc modo manifestare non distulit : « Quia in tantum senectutem patris tui sprevisti, ut vel eo amore quo me sorores tuae dedignata es diligere, et ego dedignabor te, nec unquam partem in regno meo cum sororibus tuis habebis. Non dico tamen, cum filia mea sis, quin te externo alicui, si illum fortuna obtulerit, utcumque maritem. Illud autem affirmo, quod nunquam eo honore quo sorores tuas maritare laborabo, quippe cum te plus quam ceteras hucusque dilexerim, tu vero me minus quam ceterae diligas. »

Nec mora, consilio procerum regni dedit praedictas duas puellas duobus ducibus, Cornubiae videlicet et Albaniae, cum medietate tantum insulae, dum ipse viveret. Post obitum autem ejus, totam monarchiam Britanniae concessit habendam. Contigit deinde quod Aganippus, rex Francorum, audita fama pulchritudinis Cordeillae, continuo nuntios suos ad

23 maritavit] maritaret *GEP* — Cordeilla] Cordellia *G* — praedictarum] dictaturum *P* — 26 patrem] p. suum *G* — 27 equidem ullam] u. e. *P* — jocosis] otiosis *P* — fateri audeat] a. f. *G* — 33 ratus] iratus *P* — eam *après* cordis *R* — cordis *mq*. *E* — cordis dixisse] d. c. *G* — 34 hoc modo *mq*. *R* — 35 patris tui] meam *R* — 36 me *après* tuae *P* — 37 unquam] usquam *R* — 38 tuis *mq*. *E* — 39 quin *mq*. *E* — 40 utcumque] utrumque *G* — 41 maritare] te m. *P* — 44 duas puellas] p. d. *ER* — 48 Aganippus] Agganippus *E* — 49 continuo] continuos *E*

Digitized by Google

regem direxit, rogans ut ipsa sibi, conjugali taeda copulanda, traderetur. At pater, in praenominata ira adhuc perseverans, respondit se illam libenter daturum, sed sine terra et pecunia : regnum namque suum cum omni auro et argento Gonorillae et Regau, puellae sororibus, distribuerat. Cumque id Aganippo nuntiatum fuisset, amore virginis inflammatus, remisit iterum ad Leirem regem, dicens se satis auri et argenti aliarumque possessionum habere, quia tertiam partem Galliae possidebat, se vero tantummodo puellam captare, ut haeredes ex illa haberet. Denique, confirmato foedere, mittitur Cordeilla ad Galliam et Aganippo maritatur.

Post multum vero temporis, ut Leir torpere coepit senio, insurrexerunt in illum praedicti duces, quibus Britanniam cum filiabus diviserat, abstulerunt autem ei regnum regiamque potestatem, quam usque ad illud tempus viriliter et gloriose tenuerat. Concordia tamen habita, retinuit eum alter generorum, Maglaunus, dux Albaniae, cum XL militibus, ne secum inglorius maneret. Elapso deinde biennio, moram eo apud generum faciente, indignata est Gonorilla, filia sua, ob multitudinem militum ejus, qui convicia ministris inferebant, quia sibi profusior epimenia non praebebatur. Proinde, maritum suum affata, jussit patrem obsequio XX militum contentum esse, relictis ceteris quos habuerat.

Unde ille iratus, relicto Maglauno, petivit Henvinum, ducem Cornubiae, cui alteram natam, Regau, maritaverat. Et

50 ipsa] illa *G* — 52 illam *après* daturum *P* — 53 Gonorillae] Goronille *P* — 54 Regau] Ragau *EP* — puellae *mq*. *E* — Cumque] Cum *P* — Aganippo] Agganippo *E* — 55 fuisset] fuerat *P* — 58 haeredes ex illa] ex i. h. *R* — 59 Cordeilla] Gordeilla *E* — 60 Aganippo] agganippo *E*, anagippo *GR* — 63 abstulerunt autem] abstuleruntque *E* — 65 habita *mq*. *P* — retinuit eum alter generorum] a. g. r. e. *E* — 66 Maglaunus] Maglaurus *G*, Maglanus *P* — XL] XXX *E*, LX *R* — 68 Gonorilla filia sua] f. sua goronilla *P* — 70 epimenia] epinona *G*, epimonia *REP* — 71 XX] XXX *R* — contentum] contemptum *E* — 72 relictis ceteris] c. r. *E* — ceteris] cet. XX^{ti} *P* — quos *mq*. *R* — habuerat] habebat *R* — 73 Maglauno] Maglauro *G*, Maugloro *E*, Maglano *P* — Henvinum] Henvinem *G*, Henwinem *E*. Heninum *P* — 74 natam *mq*. *E* — Regau] Ragau *P*

Digitized by Google

cum a duce honorifice receptus fuisset, non praeteriit annus quin inter utrorumque familias discordia orta fuerat. Quamobrem Regau, in indignationem versa, praecepit patri cunctos socios deserere praeter quinque, qui ei obsequium praestarent.

Porro pater, ultra modum anxius, reversus est iterum ad primogenitam, existimans se posse commovere illam in pietatem, ut cum familia sua retineretur. At illa nequaquam accepta indignatione reversa est, sed per numina caeli juravit quod nullatenus secum commaneret, nisi, postpositis ceteris, solo milite contentus fuisset. Increpabat etiam eum, senem et in nulla re abundantem, velle cum tanta familia incedere. Cumque illa assensum voluntati ejus nullo modo praebuisset, paruit ipse et, relictis ducentis, cum solo milite remansit.

At cum in memoria pristinae dignitatis reductus fuisset, detestando miseriam, in quam redactus erat, cogitare coepit quod juniorem filiam trans oceanum exigeret. Sed dubitabat ipsam nihil velle sibi facere, quia eam tam ingloriose, ut praedictum est, dedisset. Indignans tamen miseriam suam diutius ferre, transfretavit ad Gallias. Sed transfretando cum se tertium infra navim inter principes qui aderant aspexisset, in haec verba cum fletu et singultu prorupit : « O irrevocabilia seria fatorum, quae solito cursu fixum iter tenditis! Cur unquam me ad instabilem felicitatem promovere voluistis, cum major poena sit ipsam amissam recolere, quam sequentis infelicitatis praesentia urgeri? Magis etenim aggravat me illius temporis memoria, quo, tot centenis milibus militum stipatus, et moenia urbium diruere et provincia hostium vastare sole-

75 fuisset] esset *P* — 76 fuerat] foret *P* — 77 Regau] regina *R*, Ragau (*après* versa) *P* — versa] eversa *R*, conversa *E* — 80 in] ad *E* — 81 familia] filia *P* — accepta] a cepta *R* (*peut être préférable : cf. chap. 64 : « a cepta ira desisteret »*) — 84 contentus] contemptus *E* — eum] illum *E* — eum senem] s. eum esse *G* — 87 paruit] paruitque *E* — ducentis] ceteris *G*, ducentis (*et au-dessus* aliis) R, XXX *E* — 90 oceanum] mare o. *P* — 91 ipsam] illam *G* — sibi *mg. P* — quia] quoniam *R*, quod *E* — tam ingloriose] t. i. eam *R* — 92 diutius ferre] ulterius f. et diutius *P* — 93 transfretando cum] c. t. *R* — 97 me *après* felicitatem *P* — 98 sequentis] praesentis *P* — 99 aggravat me] me a. *R*

Digitized by Google

bam, quam calamitas miseriae meae, quae ipsos, qui jam sub pedibus meis jacebant, debilitatem meam deserere coegit. O irata fortuna! Venietne dies unquam qua ipsis vicem reddere potero, qui sic tempora mea sicuti paupertatem meam diffugierunt? O Cordeilla filia, quam vera sunt dicta illa quae mihi respondisti, quando quaesivi a te quem amorem adversum me haberes! Dixisti enim : « Quantum habes, tantum vales tantumque te diligo. » Dum igitur habui quod potui dare, visus fui valere eis, qui non mihi, sed donis meis amici fuerant. Interim dilexerunt me, sed magis munera mea. Nam, abeuntibus muneribus, et ipsi abierunt. Sed qua fronte, carissima filia, te audebo exigere, qui ob praedicta verba iratus putavi te maritare deterius quam sorores tuas, quae, post beneficia quae eis impendi, me exulem et pauperem esse patiuntur? »

Ut tandem haec et similia dicendo applicuit, venit Karitiam, ubi filia sua erat. Expectans autem extra urbem, misit ei nuntium suum, qui indicaret ipsum in tantam miseriam collapsum, et quia non habebat quid comederet vel indueret, misericordiam illius petebat. Quo indicato, commota est Cordeilla, et flevit amare, quaesivitque quot milites secum habuisset. Qui respondit ipsum neminem habere, excepto quodam armigero, qui foris cum eo expectabat. Tunc illa cepit quantum opus erat auri et argenti deditque nuntio, praecipiens ut patrem ad aliam civitatem duceret, ibique ipsum infirmum fingeret, et balnearet, indueret, foveret. Jussit etiam ut XL milites bene indutos et paratos retineret, et tunc demum man-

102 quae *mq.* *P* — 104 dies unquam] u. d. *EP* — qua] in qua *P* — ipsis] eis *P* — 105 sicuti] secuti *P* — diffugierunt] diffugerunt *R* — 106 illa *mq.* *E* — 108 tantum vales *avant* quantum *E* — 109 potui dare] d. p. *R* — 113 audebo] audeo *E* — 114 putavi] puta *E* — 115 esse *après* me *R* — 117 similia] his s. *ER* — Karitiam] karicia *G* — 118 extra] ultra *R* — 120 et quia] quod *G* — habebat] haberet *P* — vel] vel quid *R* — 122 habuisset] haberet *E* — 123 ipsum neminem] n. i. *R*, neminem *E* — quodam] uno et q. *P* — 124 foris cum eo] cum eo foras *R* — expectabat] expectabant *P* — 125 opus erat] e. o. *R* — erat] fuit *P* — et *mq.* *R* — 127 foveret] et f. *P* — etiam *mq.* *E* — XL] LX *G*

Digitized by Google

daret regi Aganippo et filiae suae sese advenisse. Nuntius ilico reversus duxit Leirem regem ad aliam civitatem absconditque eum ibi, donec omnia quae Cordeilla jusserat perfecisset.

Mox, ut regio apparatu ex ornamentis et familia insignitus fuit, mandavit Anagippo et filiae sese a generis suis expulsum fuisse ex regno Britanniae et ad ipsos venisse, ut auxilio eorum patriam suam recuperare valuisset. At illi, cum consulibus et proceribus obviam venientes, honorifice susceperunt illum dederuntque ei potestatem totius Galliae, donec eum in pristinam dignitatem restaurassent.

Interea misit Aganippus legatos per universam Galliam ad colligendum in ea omnem armatum militem, ut auxilio suo regnum Britanniae Leiri, socero suo, reddere laboraret. Quo facto, duxit secum Leir filiam et collectam multitudinem in Britanniam pugnavitque cum generis et triumpho potitus est. Deinde, cum quosque potestati suae reddidisset, in tertio anno mortuus est. Mortuus est etiam Aganippus, rex Francorum. Cordeilla ergo filia, regni gubernaculum adepta, sepelivit patrem in quodam subterraneo, quod sub Sora fluvio, intra Legecestriam, fieri praeceperat. Erat autem subterraneum illud conditum in honore bifrontis Jani. Ibi omnes operarii urbis, adveniente solemnitate dei, opera, quae per annum acturi erant, incipiebant.

129 Aganippo] Anagippo *G* — sese] se *P* — 130 Leirem], leyrum *ER* — l. regem] r. l. *E* — 131 ibi *mq*. *E* — perfecisset] implevisset *R* — 133 regio apparatu] rege apparata *G* — 134 Anagippo] aganippo *E* — sese] suae *E* — generis] generibus *E* — 136 patriam suam] regnum *P* — 137 honorifice *mq*. *P* — 138 ei *mq*. *E* — totius Galliae] patriae suae *E* — 139 eum] illum *P* — dignitatem restaurassent] r. d. *P* — 140 misit Aganippus] a. m. *P* — Aganippus] Anagippus *P* — 141 ea] ea exercitum et *E* — suo] eorum *P* — 142 regnum B. Leiri, s. s.] Leir s. s. regnum B. *P* — militem] militum *G* — Leiri] Leiro *R*, Leir *E* — socero] s. suo *E* — 143 filiam] Aganippum filiamque suam et *R* — in Britanniam *mq*. *E* — 144 generis] generibus *G* — 145 reddidisset] reddisset *G*, redegisset *P* — 146 etiam] et *E* — Aganippus] Anagippus *RP* — 147 ergo] vero *R* — filia *mq*. *R* — 149 intra] infra *P* — Legecestriam] Legestriam *corrigé en* Lecestriam *R*, Leycestriam *P* — 151 operarii urbis] u.o. *E*

Digitized by Google

[3. *Les successeurs de Leir*]

[32] Cum igitur Cordeilla regnum per quinquennium pacifice tractasset, coeperunt eam inquietare duo filii sororum suarum, Marganus et Cunedagius, quae Maglauro et Henvino ducibus conjugatae fuerant. Ambo juvenes praeclarae probitatis famam habebant, quorum alterum, videlicet Marganum, Maglaurus generaverat, Conedagium vero Henvinus. Hi itaque cum post obitum patrum in ducatus eisdem successissent, indignati sunt Britanniam femineae potestati subditam esse. Collectis ergo exercitibus, in reginam insurrexerunt, nec saevitiae suae desistere voluerunt, donec, quibusque provinciis vastatis, proelia cum ipsa commiserunt, eam quoque ad ultimum captam in carcerem posuerunt, ubi ob amissionem regni dolore obducta sese interfecit. Exin partiti sunt juvenes insulam, cujus pars illa quae trans Humbrum extenditur versus Catanesiam Margano cessit, alia vero, quae in altera parte fluvii ad occasum solis vergit, Cunedagio summittitur.

Emenso deinde biennio, accesserunt, quibus turbatio regni placebat, ad Marganum animumque illius subducentes aiebant turpe et dedecus esse ipsum, cum primogenitus esset, totius insulae non dominari. Cumque his et pluribus aliis modis incitatus fuisset, duxit exercitum per provincias Cunedagii ignemque accumulare incepit. Orta igitur discordia, obviavit ei Cunedagius cum omni multitudine sua, factoque congressu

[32] 3 Maglauro] Maglaro *G* — Henvino] Henevino *G*, Henwino *E* — 4 conjugatae *mq*. *G* — 5 famam] formam *R* — videlicet] scilicet *P* — 6 generaverat] genuerat *P* — Conedagium] cunedagium *R* — Henvinus] Henevinus *G*, Henwinus *E* — 7 itaque *après* obitum *G* — in ducatus eisdem] e. in d. *P* — 9 esse *mq*. *P* — 11 eam quoque] eamque *E* — 12 ubi] ubi postea *E* — 13 Exin] Exinde *P* — 14 Humbrum] Humbram *E* — 15 Catanesiam] Katanesiam *G*, Cathanensiam *E* — 16 altera parte] alteram partem *P* — solis *mq*. *R* — Cunedagio] Gunedachio *R* — summittitur] committitur *R* — 20 turpe et] turbe *R* — esse *mq*. *G* — 23 incepit] precepit *P*

Digitized by Google

caedem intulit non minimam, et Marganum in fugam populit; deinde secutus est eum fugientem a provincia in provinciam; tandem intercepit eum in pago Kambriae, qui post interfectionem nomine suo, videlicet Margan, hucusque a pagensibus appellatus est. Potitus itaque victoria, Cunedagius monarchiam totius insulae adeptus est eâmque XXXIII annis gloriose tractavit.

Tunc Ysaias et Osee prophetabant et Roma condita est, XI Kalendas Maii, a geminis fratribus, Remo et Romulo.

[33] Postremo, defuncto Cunedagio, successit ei Rivallo, filius ipsius, juvenis pacificus atque fortunatus, qui regnum cum diligentia gubernavit.

In tempore ejus, tribus diebus cecidit pluvia sanguinea et muscarum affluentia homines moriebantur.

Post hunc successit Gurgustius, filius ejus; cui Sisillius; cui Iago, Gurgustii nepos; cui Kinmarcus, Sisillii filius; post hunc Gorbodugo.

Huic nati fuerunt duo filii, quorum unus Ferreux, alter Porrex nuncupabatur. Cum autem pater in senium vergisset, orta est contentio inter eos, quis eorum in regno succederet. At Porrex, majori cupiditate subductus, paratis insidiis, Ferreucem fratrem interficere parat. Quod cum illi compertum fuisset, vitato fratre, transfretavit in Gallias. Sed, usus auxilio Suardi, regis Francorum, reversus est et cum fratre dimicavit. Pugnantibus autem illis, interfectus est Ferreux et tota multitudo quae eum comitabatur. Porro mater eorum, cui nomen erat Iudon, cum de nece filii certitudinem habuisset, ultra modum commota, in odium alterius versa est. Diligebat namque illum magis

25 caedem] sedem *G* — 26 eum] ipsum *R* — 27 intercepit] cepit *G* — interfectionem] i. suam *E* — 28 videlicet *mq. E* — Margan] Margon *E* — 29 Cunedagius *mq. G* — 32 et Osee] Osea *G*, *mq. E* — prophetabant] prophetabat *E*

[33] 2 pacificus *mq. R* — 4 tribus diebus cecidit pluvia] c. p. t. d. *E*, c. t. d. p. *R* — 7 Kinmarcus] kimarcus *E*, kimmarcus *R* — 9 Ferreux] Ferrex *R*, Fereux *P* — Porrex] Porex *P* — 10 nuncupabatur] nuncupatur *E* — 11 eos]illos *R* — Porrex] Porex *P* — 12 Ferreucem] Fereucem *RP* — 13 fratrem *mq. E* — 14 Suardi] Suhardi *EP* — 16 Ferreux] Ferrex *R*, Fereux *P* — 17 comitabatur] sequebatur *G*

Digitized by Google

altero. Unde tanta ira ob mortem ipsius ignescebat, ut ipsum in fratrem vindicare affectaret. Nacta ergo tempus quo ille sopitus fuerat, aggreditur eum cum ancillis suis et in plurimas sectiones dilaceravit. Exinde civilis discordia multo tempore populum afflixit et regnum quinque regibus submissum est, qui sese mutuis cladibus infestabant.

[34] Succedente autem tempore, suscitavit probitas quemdam juvenem, qui Dunvallo Molmutius vocabatur. Erat ipse filius Clotenis, regis Cornubiae, pulchritudine et audacia omnes reges Britanniae excellens. Qui, ut regimen patriae post obitum patris suscepit, insurrexit in Pinnerem, regem Loegriae, et, facto congressu, interfecit eum. Deinde convenerunt Rudaucus, rex Kambriae, atque Staterius, rex Albaniae, confirmatoque inter se foedere duxerunt exercitus suos in provincias Dunvallonis, aedificia et colonos depopulaturos. Quibus obviavit ipse Dunvallo cum XXX milibus virorum proeliumque commisit, cumque multum diei, dum pugnarent, praeterisset nec sibi victoria provenisset, sevocavit sexcentos juvenes audacissimos et cunctis arma defunctorum hostium sumere praecipit et indui. Ipse etiam, projectis illis quibus armatus erat, fecit similiter. Deinde duxit illos inter concurrentes hostium catervas incedendo quasi ex ipsis essent. Nactus quoque locum quo Rudaucus et Staterius erant, commilitonibus indixit ut in ipsos irruerent. Facto igitur impetu, perimuntur praedicti duo reges et plures alii cum illis. At Dunvallo Molmutius, timens ne a suis

20 ob] ad *P* — ipsum *mq. E* — 23 sectiones] sectationes *R* — Exinde] Exin *R*

[34] 1 autem] tandem *R*, tamen *P* — 2 Dunvallo] Dunwallo *P* — Molmutius] Molmuntius *P* — ipse] enim *R* — Clotenis] Dotenis *P* — 5 Pinnerem] Pinnerrem *P* — 6 rudaucus] iudaucus *G*, Radaucus *P* — 7 atque] et *R* — Albaniae] Albannie *P* — 8 suos *mq. P* — Dunvallonis] dumvallonis *R*, dunwallonis *P* — 9 depopulaturos] depopulaturus *G*, depopulantes *E* — ipse *mq. ER* — 10 Dunvallo] dumvallo *R* — 14 indui] induere *P* — fecit similiter] s. f. *E* — 15 duxit] deduxit *P* — inter] in *R* — hostium *mq. E* — 16 ipsis] illis *R* — essent] esset *P* — Nactus q. locum] Nacto q. loco *R* — 17 Rudaucus] rudocus *ER*, radaucus *P* — dixit] indixit *P* — ipsos] ipsis *G* — 18 praedicti duo] d. p. *R* — 19 Dunvallo] Dumvallo *R*, Dunwallo *P*

Digitized by Google

opprimeretur, revertitur cum sociis et sese exarmavit. Resumptis deinde armis quae projecerat, hortatur consocios in hostes irruere ipsosque acriter invasit. Nec mora, potitus est victoria, fugatis ac dispersis hostibus. Denique per patrias supradictorum interemptorum vagando subvertit urbes et oppida populumque potestati suae submittit. Et cum totam insulam omnino subjugasset, fecit sibi diadema ex auro insulamque in pristinum statum reduxit.

Hic leges quae Molmutinae dicebantur inter Britones statuit, quae usque ad hoc tempus inter Anglos celebrantur. Statuit siquidem inter cetera, quae multo tempore post beatus Gildas scripsit, ut templa deorum et civitates talem dignitatem haberent, ut quicumque fugitivus sive reus ad ea confugeret, cum venia coram inimico suo abiret. Statuit etiam ut viae quae ad praedicta templa et ad civitates ducebant, necnon et aratra colonorum, eadem lege confirmarentur. In diebus itaque ejus latronum mucrones cessabant, raptorum saevitiae obturabantur, nec erat usquam qui violentiam alicui ingereret. Denique, cum inter talia XL annos post sumptum diadema explevisset, defunctus est et in urbe Trinovantum prope templum Concordiae sepultus, quod ipse ad confirmationem legum construxerat.

[*4. Belinus et Brennius*]

[35] Exin duo filii ejus, Belinus videlicet et Brennius, in regnum succedere volentes, maxima contriti sunt discordia. Contenderant enim quis eorum diademate regni insigniretur. Cum itaque plures decertationes inter se commiscuissent, inter-

21 consocios] c. suos *G*, socios *R* — in hostes irruere] ut in ipsos irruerent *P* — 23 Denique] Deinde *G* — 24 interemptorum] peremptorum *R* — 30 siquidem] etiam *E* — inter *mq*. *P* — Gildas] gilda *P* — 31 talem dignitatem] d. t. *P* — 32 ea *mq*. *P* — 34 et ad] sive ad *R* — ad *mq*. *GP* — ducebant] duceret (vel ducebant) *R* — 38 cum] ut *R* — explevisset *avant* post *PR* — 41 *Après* construxerat : Explicit liber secundus Incipit tertius *R*

[35] 1 Exin] Exinde *P* — duo *mq*. *P* — 3 Cont.] contendebant *G*, contenderunt *E*, contendebat *P* — quis] quis que *P* — eorum] e. ut *P*

Digitized by Google

fuerunt amici utrorumque, qui ipsos in concordiam reduxerunt. Censuerunt quoque regnum inter eos ea conditione dividendum esse, ut Belinus diadema insulae cum Loegria atque Kambria, necnon et Cornubia, possideret : erat enim primogenitus petebatque trojana consuetudo ut dignitas heredidatis ei proveniret. At Brennius, quoniam junior fuerat, fratri subditus, Northanhumbriam ab Humbro usque ad Kathenesiam adeptus est. Confirmato igitur super his pactionibus foedere, tractaverunt patriam per quinquennium cum pace et justitia. Sed, quia discordia sese prosperis rebus semper miscere conatur, affuerunt quidam fabricatores mendacii, qui ad Brennium accesserunt dicentes : « Utquid ignavia te tantum occupavit, ut Belino subjectionem teneas, cum idem pater et mater eademque nobilitas te ei parificet? Adde quod in pluribus debellationibus expertus es, qui totiens Cheulfo, duci Morianorum, in provinciam nostram applicanti, resistere potuisti ipsumque ex regno tuo fugare. Rumpe foedus quod tibi dedecori est et duc filiam Elsingii, regis Norvegensium, ut ipsius auxilio amissam dignitatem recipias. Postquam igitur his et pluribus aliis animum juvenis corruperunt, acquievit ipse, adivitque Norvegiam, duxitque filiam regis, ut a praedictis adulatoribus edoctus fuerat.

[36] Interea, dum id fratri nuntiatum esset, indignatus est, quia sic sine licentia sua et contra ipsum egisset. Petivit itaque Northanimbriam, cepitque comprovincialium civitates, et eas custodibus suis munivit. Porro Brennius, audito rumore qui actum fratris notificaverat, adducit secum magnam copiam

6 Censuerunt] constituerunt *P* — 7 cum] cum insula *R* — atque] et *P* — 10 At Brennius] b. vero *R* — subditus] subderetur *R* — 11 Northanhumbriam] northanhimbriam *E*, northanhinbriamque *R*, Northunbriam *P* — Kathenesiam] katenesiam *E*, katanesiam *RP* — 19 Cheulfo] Ceulfo *P* — Morianorum] Normannorum *G* — 20 resistere] resisteres (s *ajoutée après coup*) *R* — potuisti *mq*. *R* — 21 fugare] fugares (s *ajoutée après coup*) *R* — 22 Elsingii] elsingi *P* — Norvegensium] Norguengensium *E*, norguegensium *R*, norguigensium *P* — 23 animum] animam *E* — 24 Norvegiam] Norguegiam *EP*, Norguegensiam *R*

[36] 1 dum] cum *P* — esset] fuisset *G* — 2 quia] quod *G* — sine *mq*. *P* — 3 Northanimbriam] northanhimbriam *E*, Nortunbriam *P* — 4 qui] ab illis qui *P* — 5 notificaverat] notificaverant *P* — adducit] adduxit *G*

Digitized by Google

Norguegensium, paratoque navigio redit in Britanniam. Cumque aequora securius et prospero vento sulcaret, obviavit ei Guithlacus, rex Dacorum, qui ipsum insecutus fuerat. Aestuaverat namque amore puellae quam Brennius duxerat : unde ultra modum dolens classem paraverat et exercitum ipsumque citissimis velis sequebatur. Navali igitur aggressu facto, cepit forte navem qua praedicta puella fuerat, illatisque uncis illam inter consocios attraxit. Illis autem hinc et inde infra profundum congredientibus, ruunt ex improviso adversi venti, factoque turbine naves dissipant, dissipatas vero in diversa littora compellunt. Rex igitur Daciae, inimica vi ventorum compulsus, peracto quinque dierum cursu, cum timore applicuit cum puella in Northanhimbriam, nescius quam patriam inopinabilis eventus obtulisset. Cumque id a pagensibus compertum esset, ceperunt illos duxeruntque ad Belinum, qui super maritima adventum fratris expectabat. Erant ibi cum nave Guithlaci tres aliae naves, quarum una fuerat ex Brennii navigio. Postquam autem quid essent regi indicaverunt, gaudens admodum gavisus est id sibi contigisse, dum sese in fratrem vindicare captaret.

[37] Emensis deinde aliquot diebus, ecce Brennius, resociatis navibus, in Albaniam applicuit. Exin, cum ei captio conjugis ceterorumque notificata fuisset et quod frater sibi regnum Northanhimbriae, dum aberat, surripuisset, misit nuntios suos

6 Norguegensium] norguengensium *E*, norguigensium *P* — redit] rediit *P* — 7 sulcaret] secaret *R* — 8 Guithlacus] Guithiacus *G*, Guichtlacus *R*, Gudlacus *P* — 10 ipsumque] ipsius *P* — 12 forte *mq*. *E* — qua] in qua *ER* — 13 consocios] socios *G* — attraxit] traxit *P* — infra *mq*. *E* — 14 ruunt] irruunt *P* — 15 diversa littora] diverso littore *E* — 16 vi ventorum] ventorum rabie *P* — 18 Northanhimbriam] northunbriam *P* — eventus] ventus *P* — 21 Guithlaci] guichlaci *E*, guichdaci *R*, gudlaci *P* — 22 Brennii] Briennii *E* — 23 quid] qui *P* — gaudens admodum] g. a. g. *E*

[37] 2 in Albaniam applicuit] a. in A. *R* — Albaniam] Albanniam *P* — Exin] Exinde *P* — 3 ceterorumque] c. hominum *E* — notificata] cognita *E* — frater *mq*. *G* — frater sibi] s. f. *E* — 4 Northanhimbriae] northanhumbrie *P*

Digitized by Google

ad eum mandavitque ut regnum et sponsa redderentur : sin autem, testatur se totam insulam a mari usque ad marc vastaturum, ipsum etiam fratrem interfecturum, si copia congrediendi sibi praestaretur. Quod cum Belinus scivisset, negavit plane quod petebat, collectoque omni milite insulae, venit Albaniam contra illum pugnaturus. At Brennius, ut se scivit repulsam passum fuisse germanumque hoc modo contra se venire, ivit obviam illi in nemore quod vocatur Calaterium, ut cum eo congrederetur. Ut igitur eumdem nacti sunt campum, diviserunt uterque socios suos in turmas cominusque accedentes proeliari coeperunt. Multum diei in bellando consumpserunt, quia in utraque parte probissimi viri dextras commiscebant. Multum cruoris hinc et inde fuderunt, quia tela ipsorum viribus vibrata letifera vulnera ingerebant. Concidebant inter corruentes cohortes vulnerati quemadmodum segetes, cum a falcatoribus aggrediuntur. Denique, praevalentibus Britonibus, diffugiunt Norguegenses, laceratis agminibus, ad naves et, cum fugam facerent, insequitur eos Belinus, caedem sine pietate faciens. Ceciderunt in illo praelio XV milia hominum, nec ex residuis mille superfuerunt qui illaesi abscederent. At Brennius, vix unam navim nactus, ut fortuna conduxerat, gallicana littora petivit. Ceteri vero qui cum illo advenerant, quo casus ducebat, latebras exigebant.

[38] Cum igitur Belino victoria cessisset, convocavit omnes regni proceres infra Eboracum, consilio ipsorum tractaturus quid de rege Dacorum faceret. Mandaverat namque sibi ex carcere quod sese regnumque Daciae sibi submitteret, tributum

6 vastaturum *avant* a mari *E* — 7 fratrem *mq. E* — 8 sibi] *mq. R*, ipsi (*après* praest.) *E* — negavit plane] denegavit ei plene *P* — 10 Albaniam] in Albanniam *P* — ut se scivit repulsam] ut sc. sese rep. *E*, postquam scivit se rep. *R* — 12 Calaterium] kalaterium *R* — 14 suos *mq. E* — diviserunt uterque] diviseruntque *R* — cominusque] cominus *E* — 17 et *mq. P* — 18 ingerebant] multis i. *P* — Concidebant] Concidebantque *P* — 20 cum *mq. R* — 22 eos] illos *G* — 26 litora] nemora *R* — 27 ducebat] ducebant *P* — exigebant] eligebant *E*

[38] 2 regni *mq. E* — regnumque] et regnum *P* — 4 Daciae] ejus cum Dacis *E*

Digitized by Google

quoque singulis annis donaret, si cum amica sua liber sineretur abire. Mandavit etiam quod pactum suum foedere juramenti et obsidibus confirmaret. Convocatis ergo proceribus, cum id indicatum fuisset, assensum praebuerunt cuncti, ut Belinus petitioni Guichtlaci cum praedicta conditione adquiesceret. Adquievit igitur ipse et Guichtlacus ex carcere solutus cum amica sua in Daciam reversus est.

[39] Porro Belinus, cum neminem sibi infra regnum Britanniae resistere animadvertisset, totiusque insulae a mari usque ad mare potitus, leges quas pater invenerat confirmavit, stabilem quoque justitiam per regnum fieri praecepit. Maxime autem indixit ut civitates et viae quae ad civitates ducebant eamdem pacem quam Dunvallo statuerat haberent. Sed de viis orta fuerat discordia, quia nesciebatur quibus terminis diffinitae essent. Rex igitur, omne ambiguum legi suae auferre volens, convocavit omnes operarios totius insulae jussitque viam ex coemento et lapidibus fabricari, quae insulam in longitudinem a Cornubio mari usque ad Catanesium litus secaret et ad civitates quae infra erant recto limite duceret. Jussit etiam aliam fieri in latitudinem regni, quae a Menevia urbe, quae super Demeticum mare sita est, usque ad portum Hamonis extensa, ad urbes infra positas ducatum ostenderet, alias quoque duas ab obliquo insulae, quae ad ceteras civitates ducatum praestarent. Deinde sancivit eas omni honore omnique dignitate jurisque sui esse praecepit, quod de illata super eas violentia

5 quoque] namque *R* — 6 Mandavit] Mandaverat *GE* — 7 et] cum *GE* — ergo *mq*. *P* — cum id] cuique cum *E* — 8 assensum praebuerunt] assenserunt *E* — 9 Guichtlaci] Gudlaci *P* — 10 Guichtlacus] Guthlacus *P* — cum *mq*. *G*

[39] 2 resistere animadvertisset] animadverteret r. *R* — totiusque insulae] tota insula *R* — 3 stabilem quoque] stabilemque *E* — 4 praecepit] praeceperat *R* — 6 Dunvallo] Dunwallo *P* — 7 diffinitae] definite *P* — 8 essent] erant *P* — 10 longitudinem] longitudine *P* — 11 Cornubio] cornubico *R* — Catanesium] Katanensium *E*, Katanesium *P* — 13 a Menevia urbe] amena via ab urbe *P* — Menevia] Menevie *G* — 16 ceteras civitates] civ. cet. *E* — 17 sancivit] sanctivit *G* — omnique] *effacé par une tache E*,omni *R* — 18 de *mq*. *P* — super eas violentia] v. s. e. *E*

Digitized by Google

sumeretur. Si quis autem scire voluerit omnia quae de ipsis statuerit, legat Molmutinas leges, quas Gildas historicus de britannico in latinum, rex vero Alvredus de latino in anglicum sermonem transtulit.

[40] Belino autem regnum cum pace et tranquillitate regente, frater suus Brennius, in gallicano litore, ut praedictum est, appulsus, internis anxietatibus cruciatur. Ferebat enim graviter sese expulsum a patria esse nec copiam revertendi habere, ut amissa dignitate frueretur. Nescius ergo quid faceret, principes Galliae adivit, duodecim solummodo militibus comitatus. Cumque infortunium suum singulis ostendisset neque auxilium ab ullo impetrare quivisset, venit tandem ad Seginum, ducem Allobrogum, et ab eo honorifice susceptus est. Morante autem apud ipsum, accessit in tantam familiaritatem ducis, ita ut non esset alter in curia qui sibi praeferretur. In omnibus namque negotiis, tum in pace, tum in bello, probitatem suam monstrabat, ita ut dux illum amore patris diligeret. Erat etiam pulchro aspectu, procera et gracilia membra habens, in venatu vero, ut decebat, et in aucupatu edoctus. Cum igitur in tantam amicitiam ducis incidisset, statuit dux de eo ut unicam quam habebat filiam sibi maritali lege copularet et, si masculino deinceps sexu careret, concedebat ei regnum Allobrogum, post obitum suum cum filia possidendum. Si autem filius ei superveniret, promittebat auxilium, ut in regem Britanniae promoveretur ; et non solum id a duce, sed etiam ab omnibus sibi subditis heroibus appetebatur, quia in tantam eorum amicitiam provenerat. Nec mora, maritatur puella Brennio, principesque patriae subduntur, soliumque regni donatur. Nec annus, quo haec facta sunt, integre emensus fuerat, cum suprema dies

19 sumeretur] vindicta s. *R* — 20 Molmutinas] Molmontinas *G* — 21 Alvredus] Alverdus *G*

[40] 1 regnum *après* tranquillitate *P* — regente] tenente *P* — 2 suus] ejus *R* — 4 a] ex *GE* — a patria *avant* sese *R* — 7 ostendisset] ostenderet *R* — 9 Morante] Morans *R* — 10 autem] a. eo *E* — 11 praeferretur] preferetur *G* — 12 tum] tam *G* — tum in bello] quam *G* — tum in pace tum in bello] tum in b. tum in p. *P* — 15 ut decebat *mq. P* — 16 dux *mq. E* — 19 filia] f. sua *P* — 20 regem] regnum *R* — 21 etiam *mq. R*

Digitized by Google

ducis adveniens ipsum ex hac vita migravit. Tunc Brennius principes patriae, quos prius amicitia illexerat, obnoxios sibi facere non dilfugit, largiendo eis thesaurum ducis, qui a tempore atavorum suorum reservatus fuerat ; et, quod Allobroges pro maximo habebant, profusus erat in dandis cibis, nulli januam suam prohibens.

[41] Attractis ergo quibusque in dilectionem suam, deliberavit apud se qualiter sese in Belinum, fratrem suum, vindicaret. Quod cum populo sibi subdito indicasset, assensum fecerunt cuncti ut cum illo irent ad quodcumque regnum ipsos conducere affectasset. Nec mora, collecto grandi exercitu, foedus cum Gallis inivit, ut per provincias eorum Britanniam cum tranquillitate adire sineretur. Exin, parato in litore Estrusiensium navigio, mare ingressus est secundisque velis in insulam applicuit. Divulgato igitur adventu ipsius, Belinus, frater ejus, ascita totius regni juventute, obviam perrexit, proelium cum ipso commissurus. Sed, cum hinc ac inde statutae cohortes fere commisceri incepissent, acceleravit mater amborum, quae adhuc vivebat, per dispositas turmas incedens. Erat nomen ejus Conwenna aestuabatque filium videre, quem multo tempore non aspexerat. Ut igitur tremulis gradibus locum quo ipse stabat nacta fuit, brachia collo ejus injecit, desiderata basia ingeminans. Nudatis quoque uberibus, illum in hunc modum affata est, sermonem impediante singultu : « Memento, fili, memento uberum istorum, quae suxisti, matrisque tuae uteri, quo te opifex rerum in hominem ex non homine creavit, unde te in mundum produxit, angustiis mea viscera cruciantibus. Anxietatum igitur quas pro te passa sum reminiscens, petitioni meae

26 ipsum] ipse *E* — vita] luce *P*

[41] 1 Attractis] Tractis *E* — 2 sese] se *R* — 4 illo *bis E* — 5 collecto grandi] g c. *E* — 7 Exin] Exinde *P* — Estrusiensium] ex neustriensium (neustrensium *P*) trusentium *GP*, neustriensium *R* (Neustriensium *paraît une glose qui, dans G, a coupé la leçon originale* Estrusiensium ; *cf. chap.* 162) — 9 ejus *mq. ER* — 10 obviam *mq E* — ipso] illo *EP* — 14 Conwenna] Tonuuenna *P* — 16 injecit] innectit *P* — desiderata] desiderataque *P* — 17 quoque] ergo *E* — 20 in hominem] ex homine *R* — ex non homine] in hominem *R* — 21 produxit] perduxit *R*

Digitized by Google

adquiesce, fratrique tuo veniam concede, atque inceptam iram compesce : nullam enim adversus eum habere debes, qui tibi nullam contumeliam intulerit. Nam quod causaris, te videlicet a natione tua per eum expulsum fuisse, si eventum rei diligentius intueri institeris, nullatenus reperies quod injustitiam vocabis. Non enim fugavit te, ut deterius tibi contingeret, sed coegit deteriora postponere, ut ad potiora sublimareris. Subditus namque illi partem regni possidebas, quam, ut amisisti, par sibi factus es, Allobrogum regnum adeptus. Quid igitur fecit, nisi quod te ex paupere regulo in sublimem regem promovit? Adde quod discidium inter vos ortum non per ipsum, sed per te inceptum fuit, quia, auxilio regis Norvegiae fretus, in ipsum exsurgere aestuaveras. » Super his igitur, quae ipsa cum fletu expresserat, motus, sedato animo obedivit et ultro, deposita galea, cum illa ad fratrem perrexit. Belinus ergo, ut illum cum vultu pacis ad se venire calluit, abjectis armis, in amplexus ejusdem cum oseulo cucurrit. Nec mora, amici facti sunt ad invicem et, cohortibus exarmatis, urbem Trinovantum venerunt. Ibi, consilio cepto quid facerent, paraverunt exercitum communem in Galliarum partes ducere cunctasque provincias potestati suae submittere.

[42] Emenso deinde anno, transfretaverunt ad Galliam patriamque vastare coeperunt. Quod cum per nationes divulgatum esset, convenerunt omnes reguli Francorum obviamque venientes contra eos dimicaverunt. At, Belino et Brennio victoria proveniente, Franci, vulneratis catervis, diffugierunt. Mox Britones et Allobroges, ut triumpho potiti sunt, fugientes Gallos insequi non cessaverunt, donec, captis regibus, ipsos deditioni coegerunt. Munitis etiam urbibus eversis, totum regnum infra unum annum submiserunt.

25 quod] hoc quod *P* — videlicet *mq. GE* — 29 ad *mq. G* — 30 possidebas] possideas *E* — 31 Allobrogum] Alogobrum *G* — 32 te *après* regulo *R* — 34 inceptum] ceptum *R* — quia] qui *R* — Norvegiae] norguegiae *EP*, norguegensiae *R* — 35 cum fletu *mq. R* — 37 cum *mq. G* — 39 amici facti sunt] f s. a *R* — ad invicem *mq. E* — 43 potestati suae] s. p. *R* — submittere] subdere *R*

[42] 1 ad Galliam] ad Gallia *E*, in Gallias *R*, ad Gallias *P* — 3 esset] fuisset *R* — 6 Allobroges] allogobres *G* — 9 unum *mq. E* — submiserunt] sibi s. *E*

Digitized by Google

[43] Postremo, cum universas provincias deditioni compulissent, petierunt Romam cum tota multitudine sua urbesque et colonos per Italiam depopulant. Erant tunc Romae duo consules, Gabius et Porsenna, quorum regimini patria commissa fuerat. Qui, cum vidissent nullam gentem saevitiae Belini atque Brennii resistere valere, assensu senatorum venerunt ad illos, concordiam et amicitiam petentes. Obtulerunt etiam plurima donaria auri et argenti singulisque annis tributum, ut sua cum pace possidere sinerentur. Sumptis igitur obsidibus, veniam donaverunt reges cohortesque suas in Germaniam duxerunt. Cumque populum infestare institissent, piguit Romanos praedicti fœderis et, revocata audacia, Germanis in auxilium processerunt. Quod cum regibus compertum esset, ultra modum id graviter ferentes, consilium inierunt quomodo utrumque populum oppugnarent. Tanta namque multitudo Italorum supervenerat, ita ut illis terrori essent. Consilio igitur habito, remansit Belinus cum Britonibus in Germania, proelia hostibus illaturus. Brennius vero cum exercitibus suis Romam adivit, ut ruptum foedus in Romanos vindicaret. Id autem Itali scientes deseruerunt Germanos et, Romam reverti captantes, iter Brennii praecedere festinaverunt. Belinus itaque, ut id sibi nuntiatum fuerat, revocato exercitu, praeterita nocte acceleravit, quamdamque vallem nactus, qua hostes praeterituri erant, infra illam delituit et adventum illorum expectavit. Sequenti deinde die instante, venerunt Itali ad eumdem locum, coeptum iter facientes, et, cum vallem armis hostium fulgere prospexerunt, confestim stupefacti, arbitrati sunt Brennium Senonesque Gallos adesse. Belinus ergo, compertis hostibus, subito impetu irruptionem fecit in illos atque acriter invasit. Nec mora, Romani ex improviso occupati, quia inermes et sine ordine incesserant, cum fuga

[43] 1 compulissent] compulsissent *E* — 3 Italiam] totam Italiam *E* — depopulant] depopulantur *R* — Erant] erantque *E* — 8 singulisque] singulis *P* — 9 igitur] ergo *E*, itaque *R* — 10 reges *avant* veniam *P* — suas] suos *P* — 26 vallem armis] a. v. *G* — 27 prospexerunt] conspexissent *P* — 31 incesserant] processerant *E*

Digitized by Google

campum deseruerunt. Quos Belinus sine pietate sequens trucidare non cessavit, donec, superveniente nocte, inceptum stragem nequivit perficere. Cum victoria deinde Brennium petivit, qui jam die tertio instante Romam obsidebat. Ut igitur communem exercitum fecerunt, invadentes undique urbem, moenia prosternere insistunt et, ut majorem cladem ingererent, erexerunt furcas ante portas civitatis obsessisque mandaverunt quod obsides, quos dederant, in patibulo suspenderent, nisi sese deditioni submitterent. Verum Romani, in proposito suo perseverantes, despecta natorum et nepotum pietate, sese defendere intendunt. Nam quandoque machinationes eorum contrariis vel consimilibus machinationibus conterebant, quandoque vero omnimodis telis ipsos a moenibus repellebant. Cumque id conspexissent fratres, confestim proterva ignescentes ira, XXIIII nobilissimos obsidum in conspectu parentum suspendi praeceperunt. Itaque Romani, proteriores insistentes et freti legatione Gabii et Porsennae consulum, qui ipsis mandaverant quod in auxilium eorum sequenti die venirent, urbem egredi statuerunt et cum hostibus proelia committere. Et dum turmas sapienter distribuerent, ecce praedicti consules, resociatis sociis qui dispersi fuerant, proeliaturi advenerunt. Densis autem agminibus incedentes, ex improviso invaserunt Allobroges et Britones; egressis quoque civibus consociatis, stragem primo non minimam fecerunt. Porro fratres, cum cladem commilitonum tam subito illatam inspexissent, admodum anxiati, socios coeperunt hortari atque in turmas resociare; crebras etiam irruptiones facientes, hostes retrocedere coegerunt. Postremo, peremptis in utraque parte ad milia pugnan-

35 obsidebat] obsedebat *E* — 36 moenia] et m. *P* — 39 sese deditioni] suae ditioni *R* — 40 suo *mq*. *R* — 44 vero *mq*. *R* — omnimodis] multimodis *E* — 46 suspendi praeceperunt] suspenderunt vel suspendi preceperunt *P* — 47 Itaque *mq*. *R* — 50 committere] committeret *G* — 51 turmas] turmas suas *RP* — 53 Densis] Dempsis *R* — invaserunt *mq*. *P* — 54 egressis quoque] egressisque *E*, egressis ergo *R* — civibus] c. et *R* — consociatis] consociati *P* — 55 primo *après* fecerunt *R* — 56 inspexissent] conspexissent *E* — 57 anxiati] *mq*. *G*, anxietati *E* — 58 hostes retrocedere] hostes reges retro *E*

Digitized by Google

tibus, victoria fratribus provenit. Interfecto etiam Gabio et capto Porsenna, urbem ceperunt et absconditas concivium opes commilitonibus dederunt.

[44] Habita ergo victoria, remansit Brennius in Italia, populum inaudita tyrannide afficiens. Cujus ceteros actus et exitum, quia romanae historiae declarant, nequaquam tractare curavi, cum et nimiam prolixitatem huic operi ingessissem et, id quod alii tractaverunt perarans, a proposito meo divertissem. Belinus vero in Britanniam reversus est et cum tranquillitate reliquis vitae suae diebus patriam tractavit. Renovavit etiam aedificatas urbes ubicumque collapsae fuerant et multos novas aedificavit. Inter ceteras composuit unam super Oscam flumen, prope Sabrinum mare, quae, multis temporibus Kaerusc appellata, metropolis Demetiae fuerat. Postquam autem Romani venerunt, praefato nomine deleto, vocata est Urbs Legionum, vocabulum trahens a romanis legionibus, quae ibidem hiemare solebant. Fecit etiam in urbe Trinovantum januam mirae fabricae super ripam Tamensis, quam de nomine suo cives temporibus istis Belinesgata vocant. Desuper vero aedificavit turrim mirae magnitudinis portumque subtus ad pedem applicantibus navibus idoneum. Leges patris ubique per regnum renovavit, constanti justitiae indulgens. In diebus igitur ejus tanta copia divitiarum populum refecit, quantam nec retro aetas habuisse testetur nec subsequens consecuta fuisse. Postremo, cum suprema dies ipsum ex hac vita rapuisset, combustum est corpus ejus et pulvis in aureo cado reconditus, quem in urbe Trinovantum in summitate praedictae turris mira arte locaverunt.

61 concivium] civium *P*

[44] 4 cum et] cum *E* — 5 perarans] parans *G* — 7 vitae suae] suae vitae *R*, vitae *P* — 8 collapsae] collaxae *E* — 9 Oscam fl.] fl. oscham *G* — 10 Kaerusc] Kaeruso *G*, Kaerlusc *E* — 12 praefato] prefate urbis *P* — 15 Tamensis] Thamensis *E* — 16 istis] suis *E* — Belinesgata] belnesgata *R*, belingesgate *P* — 18 Leges] legesque *P* — ubique] ubicumque *E* — per regnum *mq*. *P* — 21 testetur] testatur *EP* — 22 ipsum *mq*. *G* — 23 aureo cado] auro *P* — 24 summitate] summitatem *R* — 25 locaverunt] collocaverunt *GE*

Digitized by Google

[5. *De Gurguint Barbtruc à Heli*]

[45] Post haec successit ei Gurguint Barbtruc, filius ejusdem, vir modestus et prudens. Qui per omnia paternos actus imitans pacem et justitiam amabat; et, cum vicini adversus eum rebellabant, audaciam exemplo genitoris revocans, proelia dira committebat et hostes ad debitam subjectionem reducebat. Inter plura alia contigit quod rex Dacorum, qui diebus patris tributum eidem reddebat, huic reddere diffugeret et ei debitam subjectionem denegaret : quod ipse graviter ferens, duxit navigium in Daciam, afflictoque dirissimis proeliis populo, interfecit regem, patriamque pristino jugo subposuit.

[46] Ea tempestate, cum post istam victoriam domum per insulas Orcadum rediret, invenit XXX naves viris et mulieribus plenas et, cum causam adventus eorum inquisivisset, accessit ad ipsum dux ipsorum, Partholoim nomine, et, adorato eo, veniam et pacem rogavit. Dicebat autem se ex partibus Hispaniarum expulsum fuisse et maria illa circuire, ut locum mansionis haberet. Petebat etiam ab illo portiunculam Britanniae ad inhabitandum, ne odiosum iter maris diutius pererraret : annus enim et dimidius jam emensus fuerat, ex quo, a patria sua pulsus, per Oceanum cum sociis navigaverat. Ut igitur Gurguint Barbtruc et ipsos ex Hispania venisse et Basclenses vocatos esse et petitionem eorum edoctus fuit, misit homines cum eis ad insulam Hiberniae, quae tunc vasta omni incola carebat, eamque illis concessit. Deinde creverunt illic et multiplicati sunt, insulamque usque in hodiernum diem tenuerunt. Gurguint vero Barbtruc, cum dies vitae suae cum pace explesset, sepultus fuit in Urbe Legionum, quam post obitum patris aedificiis et muris decorare studuerat.

[45] 1 Post haec] Exinde *E*, Exin *P* — Barbtruc] Bardruth *G*

[46] 4 ad ipsum *avant* accessit *E* — ipsorum] illorum *P* — Partholoim] Partholon *G* — 8 inhabitandam] inhabitandum *P* — 9 pererraret] peragraret *G* — 10 sociis] sociis suis *P* — 11 Gurguint Barbtruc] G. Barturt *G*, Gurgiunt B. *P* — ipsos *après* Hisp. *E* — Basclenses] baclentos *P* — 12 [vocatos esse] e.v. *R* — 13 vasta] v. ab *R* — 14 carebat] erat *R* — illis] eis *R* — 16 Barbtruc] Bartruc *G* — suae *mq. R* — Gurguint] gurgiunt *P*

Digitized by Google

[47] Post illum autem Guithelinus diadema regni suscepit, quod omni tempore vitae suae benigne et modeste tractavit. Erat ei nobilis mulier, Marcia nomine, omnibus artibus erudita. Haec, inter multa et inaudita quae proprio ingenio reperat, invenit legem quam Britones Marcianam appellaverunt. Hanc etiam rex Alvredus inter cetera transtulit et saxonica lingua Merchenelage vocavit. At, ut Guithelinus obivit, remansit gubernaculum regni praedictae reginae et filio ipsius, qui Sisillius vocabatur.

Erat tunc Sisillius septem annorum, nec aetas ipsius expetebat ut regnum moderationi illius cessisset. Qua de causa mater, quia consilio et sensu pollebat, imperium totius insulae obtinuit et, cum ab hac luce migrasset, Sisillius, sumpto diademate, gubernaculo potitus est. Post illum Kimarus, filius suus, regnum obtinuit. Cui successit Danius, ejusdem frater.

[48] Quo defuncto, insignitus est Morvidus, quem ex Tangustela concubina genuerat. Hic nimia probitate famosissimus esset, nisi plus nimiae crudelitati indulsisset. Nemini namque parcebat iratus, quin eum interficeret, si copiam telorum reperiret. Erat namque pulcher aspectu et in dandis muneribus profusus, nec erat alter tantae fortitudinis in regno, qui congressum ejus sustentare quivisset.

Temporibus ipsius applicuit quidam rex Morianorum cum magna manu in Northamhimbriam et patriam vastare incepit. Cui Morvidus, collecta totius potestatis suae juventute, obviam

[47] 1 autem *mq*. *G* — 2 omni tempore vitae suae] o. v. s. t. *R* — 3 artibus erudita] e. a. *E* — 4 repererat] reperierat *G* — 5 Marcianam appellaverunt] a. m. *P* — 6 Alvredus] Alfredus *G* — 7 Merchenelage] Merchelawe *G*, Marchenelage *E*, Merchenlage *P* — At] Hanc *R* — remansit gubernaculum regni] g. r. rem. *E*, rem. r. g. *R* — 8 filio] filius *G* — 9 Sisilius] sissillius *G* — 10 expetebat] expectabat *E* — illius] ipsius *R* — 12 sensu] censu *E* — 13 Kimarus] Kynarius *E*, Kamiarus *P* — 14 suus ejus *P* — 15 regnum] regimen *ER* — Danius *mq*. *P* — ejusdem frater] f. e. *GE*

[48] 1 Morvidus] Moriudus *P* — Tangustela] Tangusteia *G*, Tangusteaia *E* — 2 genuerat] generaverat *G* — Hic] Hic cum *P* — 3 plus] post *G* — 6 congressum ejus] e. c. *R* — 8 Temporibus] Tunc t. *E*

Digitized by Google

perrexit et cum illo proeliatus est. Plus ipse solus in proeliando proficiebat quam maxima pars exercitus cui principabatur. Et, ut victoria potitus est, non evasit ullus vivus, quin ipsum interficeret. Jubebat enim unum post alium ante se adduci, ut quemque perimendo crudelitatem suam satiaret. Et cum fatigatus paulisper cessasset, praecipiebat ipsos vivos excoriari et excoriatos comburi. Inter haec et alia saevitiae suae gesta, contigit ei infortunium quoddam, quod nequitiam suam delevit. Advenerat namque ex partibus Hibernici maris inauditae feritatis belua, quae incolas juxta maritima sine intermissione devorabat; cumque fama aures ejus attigisset, accessit ipse ad illam et solus cum ea congressus est. At, cum omnia tela sua in illam in vanum consumpsisset, acceleravit monstrum illud et apertis faucibus ipsum velut pisciculum devoravit.

[49] Generaverat ipse quinque filios, quorum primogenitus, Gorbonianus nomine, solium regni suscepit. Nullus ea tempestate justior erat aut amantior æqui, nec qui populum majori diligentia tractaret. Mos ejus continuus erat debitum honorem diis primum impendere et rectam plebi justitiam. Per cunctas regni Britanniae civitates templa deorum renovabat et plura nova aedificabat. Omnibus diebus ejus tanta divitiarum copia insula affluebat, quantam nullae collaterales provinciae habebant. Quippe colonos ad agriculturam inanimabat, ipsos ab injuriis dominorum defendens. Bellatores quoque juvenes auro et argento ditabat, ita ut nulli opus esset injuriam alteri facere. Inter haec et plurima innatae bonitatis ipsius gesta debita naturae solvens ab hac luce migravit et in urbe Trinovantum sepultus est.

[50] Post illum Arthgallo frater regio diademate insignitur, qui in omnibus suis actibus germano diversus extitit. Nobiles

11 solus *mq.* *P* — 13 victoria *après* est *G* — 16 praecipiebat] precepit *P* — 21 ipse *mq.* *E* — 22 ea] sola *R* — 23 in illam] in illa *E*, *mq.* *P*

[49] 5 primum *mq.* *E* — 7 ejus] vite sue *E* — 8 provinciae *mq.* *P* — 9 inanimabat] animabat *EP*, ammonebat *R* — 10 dominorum] d. suorum *P* — quoque] quippe *E* — 11 injuriam alteri] a. i. *E* — facere] inferre *P* — 12 plurima] alia p. *P* — ipsius] ejus *P*

Digitized by Google

namque ubique laborabat deponere et ignobiles exaltare, divitibus quibusque sua auferre, infinitos thesauros accumulans. Quod heroes regni diutus ferre recusantes, insurrexerunt in illum et a solio regni deposuerunt. Exin erexerunt Elidurum, fratrem suum, qui postea, propter misericordiam quam in fratrem fecit, Pius vocatus fuit.

Nam, cum regnum emenso quinquennio possedisset, forte in Catalaterio nemore venans obviavit fratri suo, qui depositus fuerat. Ipse vero, peragratis quibusque provincialibus regnis, auxilium quaesiverat, ut amissum honorem recuperare quivisset, nec usquam invenerat. Et cum supervenientem paupertatem diutius ferre non potuisset, reversus est in Britanniam, decem solummodo militibus sociatus. Petens igitur illos quos dudum habuerat amicos, praedictum nemus praeteribat, cum Elidurus, frater ejus, ipsum non speratum aspexit. Quo itaque viso, cucurrit Elidurus et amplexatus est illum, infinita oscula ingeminans. Et ut diu miseriam ipsius deflevit, duxit illum secum in civitatem Aldclud et in thalamo suo occuluit. Post haec finxit se infirmum ibi nuntiosque suos per totum regnum direxit, qui principibus sibi subditis suggessissent ut ad se visitandum venirent. Cumque cuncti in urbe qua jacebat convenissent, praecepit ut unusquisque thalamum suum singulatim et sine tumultu ingrederetur. Assererebat enim sermonem plurium capiti suo nociturum, si catervatim supervenissent. Credulus ergo quisque jussioni ejus paruit, unusquisque post alterum domum ingressus est. Singulos itaque ingredientes praecipiebat Elidurus ministris, qui ad hoc parati

[50] 3 ubique] ubicumque *E* - 5 Quod] quem *E* — recusantes] excusantes *E* — 6 solio] solo *G* — regni] regio *P* — Exin] Exinde *GE* — 8 fecit] exercuit *P* — 10 Catalaterio] Galatherio *E*, Kalaterio *R*, Catalatero *P* — 11 fuerat] erat *P* — 12 recuperare quivisset]q. r. *E* — 13 usquam] unquam *EP* — 15 sociatus] comitatus *R* — 17 praeteribat *avant* praedictum *E* — ejus] ipsius *R* — 18 aspexit] aspexisset *E* — 19 illum] eum *G* — ut] cum *E*, *mq*. *P* — 20 deflevit] deflevisset *E* — duxit]duxitque *P* — secum *mq*. *EP* — Aldclud] Acluhd *G*, Alclud *E* — 21 Post haec] Exin *EP* — 22 subditis] subjectis *R* — 25 et *mq P* — 26 plurium] plurimum *P* — 27 unusquisque] unusque *E* — 28 alterum] alium *E*

Digitized by Google

fuerant, capere ipsisque capita amputare, nisi se iterum Arthgalloni, fratri suo, summisissent. Sic faciebat separatim de cunctis et omnes Arthgalloni, mediante timore, pacificavit. Confirmato denique foedere, duxit Elidurus Arthgallonem Eboracum, cepitque diadema de capite suo et fratris capiti imposuit. Unde sortitus est hoc nomen Pius, quia praedictam pietatem in fratrem habuerat. Regnavit igitur Arthgallo X annis et sese ab incepta nequitia correxit. Vice etenim versa coepit ignobiles deponere et generosos exaltare, quod suum erat unicuique permittere rectamque justitiam exercere. Denique, superveniente langore, defunctus est et in urbe Kaerleir sepultus.

[51] Erigitur Elidurus iterum in regem et pristinae dignitati restituitur. Sed, dum Gorbonianum, primogenitum fratrem, in omni bonitate insequeretur, duo residui fratres ejus, Iugenius et Peredurus, collectis undique armatis, cum illo proeliari aggrediuntur. Potiti vero victoria, ceperunt illum et infra turrim urbis Trinovantum incluserunt, imponentes custodes. Postea partiti sunt regnum in duo, cujus pars quae ab Humbro flumine versus occidentem vergit in sortem cecidit Iugenii, altera vero, cum tota Albania, Pereduro. Emensis deinde septem annis, obivit Iugenius et totum regnum cessit Pereduro. Insignitus itaque illud benigne postmodum et modeste gubernavit, ita ut antecessores fratres excellere diceretur nec de Eliduro mentio fieret. Sed, cum nemini mors parcere nesciat, ipsa repentino cursu veniens ipsum vitae surripuit. Eripitur continuo Elidurus carceri, et tertio in solium regni sublimatur,

30 fuerant] erant *GR* — se] sese *G* — Arthgalloni] Artgolloni *P* — 33 Elidurus Arthgallonem] a. e. *G*, e. arthgollonem *P* — 35 quia] ab *E* — praedictam pietatem] predicta pietate *E* — in] quam in *E* — 36 habuerat] habuerit *P* — Arthgallo] Artgollo *P* — 39 exercere] facere *E*

[51] 2 Gorbonianum] gorbbonnianum *E* — 3 insequeretur] sequeretur *E* — Iugenius] Ingenius *E*, jugenius *R*, uigenius *P* — Iugenius et Peredurus *après* proeliari *P* — 4 collectis] electis *P* — collectis undique armatis *mq.R* — 6 custodes *mq. P* — Postea] Exin *EP* — 7 pars] pars illa *E* — 8 Iugenii] ingenii *E*, uigenio *P* — 9-10 Emensis... Pereduro *mq. E* (*bourdon*), *ajouté en marge R* — 10 Iugenius] Jugenius *R*, uigenius *P* — regnum] illud r. *P* — 11 surripuit] eripuit *R* — 15 continuo Elidurus] E. c. *P* — solium] solio *E* —

Digitized by Google

et, cum omne tempus suum in bonitate et justitia explevisset, ab hac luce migrans, exemplum pietatis successoribus suis deseruit.

[52] Defuncto itaque Eliduro, suscepit Regin, Gorboniani filius, diadema regni et avunculum in sensu et prudentia imitatus est. Postposita namque tyrannide, justitiam atque misericordiam in populum exercebat nec unquam a tramite rectitudinis deviavit. Post illum regnavit Marganus, Arthgallonis filius. Qui etiam, exemplo parentis serenatus, gentem Britonum cum tranquillitate tractavit. Huic successit Enniaunus, frater suus, qui, longe ab illo distans in tractando populum, sexto anno regni sui a regia sede depositus est. Postposita namque justitia, tyrannidem praeelegerat, quae illum a solio regni deposuit. In loco ejus positus fuit cognatus suus Idvallo, Iugenii filius. Qui, eventu Enniauni correctus, jus atque rectitudinem colebat. Huic successit Runo, Pereduri filius. Cui Geroncius, Eliduri filius. Post illum Catellus, filius suus. Post Catellum Coillus. Post Coillum Porrex. Post Porrecem Cherin. Huic nati fuerunt tres filii, Fulgentius videlicet atque Eldadus, necnon et Andragius, qui omnes, alter post alterum, regnaverunt. Exin successit Urianus, Andragii filius. Cui Eliud. Cui Elidaucus. Cui Clotenus. Cui Gurgintius. Cui Merianus. Cui Bledudo. Cui Cap. Cui Oenus. Cui Sisillius. Cui Bledgabred. Hic omnes cantores quos retro aetas habuerat et in modulis et in omnibus musicis instrumentis excedebat, ita ut deus joculatorum diceretur. Post illum regnavit Arthinail, frater suus.

17 suis *mq*. *P* — deseruit] reliquit *G*

[52] 1 Regin *mq*. *E* — Gorboniani] gorhboniani *E* — 3 atque] et *R* — 5 Arthgallonis] Arthgollonis *E* — 6 etiam] in *G* — parentis] parentum *P* — 7 Enniaunus] Ennianus *G*, Enniannus *P* — 8 populum] populo *P* — 11 Idvallo] Idvalli *E* — Iugenii] uigenii *P* — 12 Enniauni] Ennyani *G*, enianni *P* — 13 cui Geroncius Eliduri filius *mq*. *P* (*bourdon*) — 14 Geroncius] Gerontius *R*, Gerennus *E* — Catellus] Katellus *E* — 16 Fulgentius] fulgenius *ER*, fulgelus *P* — Eldadus] Eldaldus *G*, Edadus *E* — 18 Exin] Exinde *EP* — 19 Elidaucus] Cledaucus *ER*, Eledaucus *P* — Clotenus] elothenus *P* — 20 Bledudo] Bleduno *R* — Cap] Caph *G* — Oenus] Oetius *E* — Bledgabred] Blegabred *R*, Bredoabred *P* — 22 excedebat] superavit *E*, exsuperaverat *P* — 23 diceretur] videretur *R* — Arthinail] Arthynail *G*, Archinaiol *E*

Digitized by Google

Post Arthinail Eldol. Cui successit Redion. Cui Rederchius. Cui Samuil Penissel. Cui Pir. Cui Capoir. Deinde successit Cligueillus, Capoiri filius, vir in omnibus actibus modestus et prudens et qui super omnia rectam justitiam inter populos exercebat.

[53] Post illum successit Heli, filius ejus, regnumque XL annis tractavit. Hic tres generavit filios : Lud, Cassibellanum, Nennium. Quorum primogenitus, videlicet Lud, regnum post obitum patris suscepit. Exin gloriosus aedificator urbium existens, renovavit muros urbis Trinovantum et innumerabilibus turribus eam circumcinxit. Praecepit etiam civibus ut domos et aedificia sua in eadem construerent, ita ut non esset in longe positis regnis civitas quae pulchriora palatia contineret. Fuit ipse bellicosus homo et in dandis epulis profusus; et, cum plures civitates possideret, hanc prae omnibus amabat et in illa majori tempore totius anni commanebat : unde nominata fuit postmodum Kaerlud et deinde, per corruptionem nominis, Kaerludein ; succedente quoque tempore, per commutationem linguarum, dicta fuit Lundene, et postea Lundres, applicantibus alienigenis, qui patriam sibi submittebant. Defuncto tandem illo, corpus ejus reconditum in praedicta civitate juxta portam illam quae adhuc de nomine suo Porthlud britannice, saxonice vero Ludesgata nuncupatur. Nati fuerant ei duo filii, Androgeus et Tenuantius. Qui cum propter aetatem regnum tractare nequivissent, Cassibellanus, frater suus, loco eorum sublimatur. Mox, ut diademate insignitus fuit, coepit ita largitate atque probitate vigere, ut fama illius per remota regna divulgaretur. Unde contigit ut totius regni monarchia sibi et non nepotibus

24 Rederchius] Redechius *E* — 25 Samuil Penissel] Samuil cui Penissel *E* — 26 Cligueillus] Digueillus *P* — Capoiri] Capairi *E* — modestus et prudens *après* actibus *E* — 27 super omnia *mq*. *R*

[53] 1 regnumque] regnum *P* — XL] LX *E* — 2 Cassibellanum] Cassibellaunum R, Cabsibellaunum *P* — Nennium] Netinum *P* — 7 eadem] eadem urbe *E* — 8 ipse *mq*. *E* — 11 tempore] parte *P* — 12 Kaerludein] Kaerlondon *G*, Kaerlundein *E*, Kaerlondom *R* — 14 Lundene] Londene *R* — 17 Porthlud] Portlud *E*, Porthlut *R* — 18 Ludesgata] Ludesgate *P* — 20 Cassibellanus] Cassibellaunus *RP* — 23 ut] quod *E*

Digitized by Google

cederet. Cassibellanus tamen, pietati indulgens, noluit juvenes expertes esse regni, sed eis magnam partem distribuit. Urbem etenim Trinovantum cum ducatu Cantiae largitus est Androgeo, ducatum vero Cornubiae Tenuantio. Ipse autem, diademate praelatus, illis et totius insulae principibus imperabat.

[IV. La conquête romaine]

[*1. Jules César*]

[54] Interea contigit, ut in romanis reperitur historiis, Julium Caesarem, subjugata Gallia, ad litus Rutenorum venisse. Et cum illinc Britanniam insulam aspexisset, quaesivit a circumstantibus quae patria et quae gens inhabitasset. Dum ad oceanum intueretur cumque nomen regni didicisset et populi, dixit : « Hercle, ex eadem prosapia nos, Romani, et Britones orti sumus, quia ex Trojana gente processimus. Nobis Eneas post destructionem Trojae primus pater fuit ; illis autem Brutus, quem Silvius, Ascanii, filii Eneae, filius progenuit. Sed, ni fallor, valde degenerati sunt a nobis, nec quid sit militia noverunt, cum infra Oceanum, extra orbem commaneant : leviter cogendi erunt tributum nobis dare et continuum obsequium Romanae dignitati praestare. Prius tamen mandandum est eis, ut, inaccessi a Romano populo et intacti, vectigal reddant, ut ceterae etiam gentes, subjectionem senatui faciant, ne nos, ipsorum cognatorum nostrorum sanguinem fundentes, antiquam nobilitatem patris nostri Priami offendamus. » Quod cum litteris suis Cassibellano regi mandasset, indignatus est Cassibellanus et ei epistulam suam in haec verba direxit :

24 Cassib.] cassibellaunus *R* — 25 partem] partem regni *E* — 26 est *mq. P* — 27 autem] vero *E*, etiam *R* — 28 insulae] insu insulae *E* — *Après* imperabat *R aj.* explicit lib. III, incipit IIII

[54] 3 Britanniam] Britanniae *E* — 4 patria] patria esset *E* — 7 gente *après* processimus *E* — processimus] nati sumus *P* — 9 filii Eneae] Enee *P* — 12 cogendi] coegendi *P* — 13 mandandum] mandatum *P* — 14 ut cet.] et ut cet. *E* — 15 subjectionem *après* faciant *P* — 18 Cassib.] Cassibellauno *RP* — Cassib.] Cassibellaunus *RP*

Digitized by Google

[55] « Cassibellanus, rex Britonum, Gaio Julio Caesari. Miranda est, Caesar, Romani populi cupiditas : qui, quicquid est auri vel argenti sitiens, nequit nos infra pericula Oceani extra orbem positos pati, quin census nostros appetere praesumat, quos hactenus quiete possedimus. Nec hoc quidem sufficit, nisi postposita libertate subjectionem ei faciamus, perpetuam servitutem subituri. Obprobrium itaque tibi petivisti, Caesar, cum communis nobilitatis vena Britonibus et Romanis ab Aenea defluat et ejusdem cognationis una et eadem catena praefulgeat, qua in firmam amiticiam conjungi deberent. Illa a nobis petenda esset, non servitus, quia eam potius largiri didicimus quam servitutis jugum deferre. Libertatem namque in tantum consuevimus habere, quod prorsus ignoramus quid sit servituti obedire : quam si ipsi dii conarentur nobis eripere, elaboraremus utique omni nisu resistere, ut eam retineremus. Liqueat igitur dispositioni tuae, Caesar, nos pro illa et pro regno nostro pugnaturos, si, ut cominatus es, infra insulam Britanniae supervenire inceperis. »

[56] His itaque visis, Gaius Julius Caesar navigium suum parat prosperosque ventos expectat, ut quod Cassibellano mandaverat effectibus prosequeretur. Optato igitur vento instante, erexit vela sua et in ostium Tamensis fluminis cum exercitu suo applicuit. Jamque rates tellurem appulerant : ecce Cassibellaunus cum tota fortitudine sua occurrit et, ad Dorobellum oppidum veniens, ibi consilium cum proceribus regni inivit, qualiter hostes longius arceret. Aderat secum Bellinus, princeps militiae suae, cujus consilio totum regnum tractabatur. Aderant etiam duo nepotes sui, Androgeus videlicet, dux Trinovantum, et Tenuantius, dux Cornubiae, tres quoque reges

[55] 1 Cassib.] Cassibellaunus *RP* — 2 qui] *mq. E*, que *P* — est *mq. R* — 4 quin] quin etiam *E* — 8 et Romanis] atque r. *R* — 9 catena] libertatis catena *P* — 11 eam *mq. G* — 14 eripere] auferre *G*

[56] 1 suum *mq. E* — 2 Cassibel.] Cassibellauno *RP* — 3 mandaverat] litteris m. *E* — 5 tellurem] tellure *P* — 6 Cassibellaunus] Cassibellanus *G* — Dorobellum] dorebellum *P* — 8 Bellinus] Belinus *ER* — 9 cujus] cujus ingenio et *E* — regnum tractabatur] t. r. *G* — 11 Tenuantius] tenuatius *P*

Digitized by Google

subditi sibi, Cridiocus Albaniae, et Gueithaet Venedotiae, atque Brithael Demetiae. Qui, ut ceteros in affectum pugnandi induxissent, consilium dederunt ut recenter castra Caesaris adirent et, antequam civitatem aliquam sive oppidum cepisset, ipsum expellere insisterent. Nam, si sese infra munitiones patriae immisisset, dicebant eum difficilius expellendum, cum sciret ubi se et commilitones suos reciperet. Assensum igitur praebentes cuncti petierunt littora quibus Julius castra et tentoria sua erexerat. Ibi, dispositis in utraque parte catervis, dextram cum hostibus commiscuerunt, pila pilis, et ictus ictibus objicientes. Nec mora, hinc et inde corruunt vulnerati, telis infra vitalia receptis. Manat tellus cruore morientium, ac si repentinus auster absorptum mare revomuisset. Concurrentibus ergo adversis catervis, obtulit casus Nennium et Androgeum cum Cantuaricis et civibus urbis Trinovantum, quibus praesidebant, agmini quo imperator aderat. Ut ergo convenerunt, paene dissipata fuit imperatoria cohors, Britonibus densa acie invadentibus. Et cum mixtim ictus ingeminarent, dedit casus aditum Nennio congressum cum Julio faciendi. Irruens ergo in illum Nennius ultra modum laetatur se posse vel solum ictum tanto viro ingerere. Quem Caesar, ut impetum in se facientem aspexit, praetenso clypeo excepit et, quantum vires permiserunt, cum nudato ense ipsum super cassidem percussit. Erecto iterum gladio, voluit exsequi primum ictum, ut letiferum vulnus imprimeret. Quod cum Nennius calluisset, interposuit clypeum suum, in quo mucro Julii, a casside maximis labens viribus, inhaesit, ita ut, cum irruentibus turmis diutius congredi nequirent, ipsum imperator extrahere non potuisset. Nennius

12 Cridiocus] Cridous *E*, Cridious *R*, Cridiosus *P* — Gueithaet] Guetchact *E*, Gueitaeth *R*, Guetthaet *P* — 13 Brithael] Britael *RP* — induxissent] duxissent *E* — 17 immisisset] misisset *E* — 19 quibus] ubi *E* — Julius] Julius Cesar *E* — 20 in utraque... dextras cum *mq*. *G* — 21 pila pilis] pilis pila *E* — et ictus] ictus *E* — 22 hinc] et hinc *P* — 23 infra] inter *G* — 26 Cantuaricis] Cantuariis *R* — 27 convenerunt] venerunt *E* — 29 mixtim] mixti *EP* — 31 modum] modo *G* — 33 facientem] faciente *G* — 35 iterum] igitur *R* — 39 ipsum] nec ipsum *E* — non *mq*. *E* — potuisset] potuit *E*

Digitized by Google

ergo, gladium Caesaris praedicto modo adeptus, abjecit suum, quem tenuerat, et abstracto altero in hostes irruere festinat. Quemcumque cum ipso percutiebat, vel ei caput amputabat vel ipsum sauciatum praeteribat, ita ut nulla spes vivendi in eo maneret. Illi tandem in hunc modum saevienti obviavit Labienus tribunus, sed in primo congressu ab eo interemptus est. Denique, plurima parte diei emensa, irruentibus Britonibus strictis turmis et audaces impetus facientibus victoria favente Deo provenit et Caesar sese infra castra et naves, laceratis Romanis, recepit. Deinde nocte illa, resociatis ceteris, naves suas intravit et Neptunum pro castris habere laetatur. Cumque sibi dissuasissent socii proelia diutius ingerere, adquiescens monitionibus eorum reversus est in Galliam.

[57] Cassibellaunus, ob receptum triumphum laetus grates Deo solvens, socios victoriae suae convocavit et quemque juxta meritum probitatis maximis muneribus donavit. Angebatur tamen ex alia parte dolore, quia frater suus Nennius letaliter vulneratus in dubio vitae jacebat. Vulneraverat enim illum Julius in supradicto congressu et plagam inmedicabilem intulerat. Unde infra XV dies post proelium irrepente morte ab hac luce migravit et in urbe Trinovantum, juxta aquilonarem portam, sepultus est. Exsequias autem regias facientes posuerunt cum illo gladium Caesaris in sarcophago, quem infra clypeum suum pugnans retinuerat. Erat nomen gladii Crocea Mors, quia nullus evadebat vivus qui cum illo vulnerabatur.

[58] Terga igitur vertente Julio et in gallicano littore appulso, rebellionem moliuntur Galli, dominium Julii abji-

40 praedicto modo *après* Caesaris *E*, *après* ergo *P* — 44 Labienus] Labenus *E* — 45 sed] et *E* — ab eo] illo *E* — inter.] interemptus peremptus *R* — 46 Britonibus *mq*. *P* — 49 Deinde] Denique *EP* — 50 pro castris habere] h. p. c. *P* — 51 sibi *mq*. *R* — proelia diutius ingerere] pr. diutius bellum ing. *G* — ingerere diutius *E*

[57] 1 Cassib.] Cassibellanus *G*, c. ergo *P* — triumphum] beneficium (vel triumphum) *R* — 3 probitatis] p. suae *G* — donavit] ditavit *P* — 5 vulneratus] v. est *G* — dubio] dubie *G* — 7 irrepente] repentina *G*, repente *E* — 8 hac *mq*. *E* — urbe] urbem *E* — 9 regias] ei *E* — 11 pugnans *mq*. *R*

Digitized by Google

cientes. Arbitrabantur namque ipsum ita debilitatum, ut nullatenus eis amplius timori esset. Fama etiam apud omnes una et eadem erat, totum mare jam navibus Cassibellauni fervere, fugam ipsius insecuturi. Unde audaciores insistentes cogitabant quomodo Caesarem a finibus suis expellerent. Quod Julius callens noluit anceps bellum cum feroci populo committere, sed apertis thesauris quosque nobiliores adire, ut singulos munificatos in concordiam reduceret. Plebi libertatem pollicetur, exhereditatis amissas possessiones, servis etiam libertatem. Qui prius leonina feritate fulminans ipsis omnia abstulerat, nunc mitis agnus, humili voce balans, omnia posse reddere laetatur. Nec ab his blanditiis quievit, donec, pacificatis cunctis, amissam potestatem recuperavit. Nullus interim dies praeteribat, quin fugam suam Britonumque victoriam recoleret.

[59] Emenso itaque biennio, parat iterum oceanum transfretare et sese in Cassibellaunum vindicare. Quod cum Cassibellaunus comperisset, urbes ubique munivit, diruta moenia renovavit, armatos milites in singulis portibus statuit. Praeterea alveo Tamensis fluminis, quo ad urbem Trinovantum Caesar navigaturus erat, palis ferreis atque plumbatis et ad modum humani femoris grossis subtus amnem infixit, ut naves Julii superventurae illiderentur. Collecta etiam tota juventute insulae, mansionem juxta maritima fecit, adventum hostium expectans.

[60] Julius autem, cum omnia quae sibi necessaria essent paravisset, cum innumerabili multitudine militum mare ingressus est, optatam stragem populo qui eum devicerat inferre affectans. Quam proculdubio ingessisset, si illaesa classe tel-

[58] 5 Cassib.] Cassibellani *G* — 7 Quod] q.autem *P* — 8 bellum *après* populo *R* — 9 thesauris] theauris *G*— 10 singulos munificatos] singulis munificatis *E* — 11 exhereditatis] exheredatis (*après correction R*) *RP* —possessiones] opes *R* — servis etiam] s. autem *E*, e. s. *P* — 12 ipsis] ipsa *P*

[59] 1 iterum oceanum] o. i. *E* — 2 Cassib.] Cassibellanum *G* — Cassib.] Cassibellanus *G* — 4 armatos] armatosque *E* — 9 maritima] marinam *E*

[60] 1 essent] erant *P*

Digitized by Google

lure potiri quivisset. Nam, dum per Tamensem praedictam civitatem peteret, naves ejus praefatis palis infixae subitum passae sunt periculum; unde ad milia submergebantur milites, dum ipsas foratas ingrediens fluvius absorberet. Cumque id Caesari compertum esset, velis maxima vi retortis, ad terram revertere festinavit. Ipsi quoque qui in tanto periculo superfuerant, vix elapsi, cum illo tellurem scandunt. Hoc igitur Cassibellaunus ex ripa qua aderat aspiciens gaudet propter periculum submersorum; sed tristatur ob salutem ceterorum. Dato vero commilitonibus suis signo, impetum in Romanos facit. At Romani, quamquam periculum in fluvio perpessi fuissent, ut terra potiti sunt, viriliter Britonum irruptioni restiterunt. Audaciam quoque pro muro habentes stragem non minimam fecerunt, sed tamen majorem patiuntur quam inferebant. Periclitati namque in fluvio, pauciores incedebant. Britones vero, omni hora affluentia suorum augmentati, tricies majorem numerum habebant. Unde, debilitatis ceteris, potiti sunt triumpho. Caesar igitur, cum sese devictum inspexisset, cum paucis ad naves diffugit et tutamen maris ex voto nactus est. Tempestivis etiam ventis instantibus, erexit vela sua et Morianorum litus petivit. Ingressus est deinde quamdam turrim, quam in loco qui Odnea vocatur construxerat, antequam Britanniam hac vice adivisset : timebat namque Gallorum fidem et instabilitatem, ne in sese secundo irruerent, sicut supra dictum est ipsos fecisse, quando primo Britonibus terga testatus est ostendisse. Ob hanc ergo causam turrim in refugium sibi aedificaverat, ut rebelli populo resistere valuisset, si in illum, ut praedictum est, insurrexisset.

5 quivisset] q. Quod ad effectum ducere nequivit. Nam *P* — dum] cum *E* — Tamensem] t. fluvium *P* — 8 Cumque] Cum *E* — 9 compertum] apertum *E* — 10 revertere] reverti *P* — 11 igitur] ergo *P* — 12 Cass.] Cassibellanus *G* — 13 submersorum] prope s. *P* — 14 suis *mq. E* — 15 periculum in fluvio] in f. p. *P* — 18 majorem patiuntur] p. m. *R* — 19 inferebant] inferrent *P* — 20 Britones] Britanni *R* — 25 Morianorum] Morianorum *corrigé en* Morinorum *R* — est *mq. G* — 26 construxerat] construerat *G* — 29 ipsos] eos *E* — 30 ergo] igitur *R* — in refugium sibi] s. in r. *P* — 31 aedificaverat] construxerat *P*

Digitized by Google

[61] Cassibellaunus autem, secundo triumphum adeptus, maximo gaudio fluctuans, edictum fecit ut omnes proceres Britanniae in urbe Trinovantum cum uxoribus suis convenirent debitasque sollemnitates patriis diis celebrarent, qui victoriam sibi de tanto imperatore concesserant. Cumque omnes postposita mora advenissent, diversa sacrificia facientes occisioni pecudum indulserunt. Litaverunt ibi XL milia vaccarum et C milia ovium diversorumque generum volatilia, quae leviter sub numero non cadebant, praetera XXX milia silvestrium ferarum cujusque generis collectarum. Mox, cum diis suos honores perfecissent, refecerunt se residuis epulis, ut in sacrificiis fieri solebat. Exin quod noctis et diei restabat diversos ludos componentes praeterierunt. Ludentibus ergo ipsis, contigit inclitos juvenes, quorum unus nepos erat regis, alter vero Androgei ducis, pariter in palaestra contendere et ob dubiam victoriam litigare. Erat nomen nepotis regis Hirelglas, alterius vero Cuelinus. Qui ut mutua convicia ad invicem intulissent, arripuit Cuelinus gladium nepotique regis caput amputavit. Quo interfecto, perturbata est curia et rumor ad Cassibellaunum volavit. Commotus igitur super casu amici sui, Cassibellaunus Androgeo praecepit ut Cuelinum in curia coram praesentia sua adduceret; adductus quoque praesto esset sententiam quam proceres dictarent subire, ne Hirelglas inultus permaneret, si injuste interfectus fuisset. Cumque animum regis dubitasset Androgeus, respondit sese suam curiam habere et in illa diffiniri debere quicquid aliquis in homines suos clamaret : si igitur rectitudinem de Cuelino decrevisset appetere, ipsam in urbe Trinovantum ex veterum traditione recepisset. Cassibellaunus itaque, cum affectui suo

[61] 1 Cass.] Cassibellanus *G* — 8 generum volatitia] genera volatilium *E* — 10 cujusque] cujuscumque *E* — 12 noctis et diei] d. et n. *R* — 14 erat regis] r. e. *GE* — 15 vero] autem *R* — contendere] concurrere *P* — 17 Hirelglas] Irelglas *P* — Cuelinus] Evellinus *G* — 18 intulissent] contulissent *R* — Cuelinus] Evelinus *G*, Cuellinus *P* — 19 perturbata] turbata *E* — 20 Cass.] Cassibellanum *G* — 21 Cass.] Cassibellanus *G* — Cuelinum] Evelinus *G* — 23 Hirelglas] Hireglas *P* — 25 suam curiam] c. s. *G* — 27 Cuelino] Euelino *G* — 29 Cass.] Cassibellanus *G*

Digitized by Google

satisfactionem nequisset ingerere, comminatus est Androgeo, testans se ferro et flamma provinciam suam populaturum, nisi petitioni suae acquiesceret. Indignatus ergo Androgeus distulit petitioni ejus parere. Indignatus autem Cassibellaunus accelleravit provincias ipsius vastare. At Androgeus cotidie per cognatos et notos regem adibat petebatque ut coeptae irae desisteret; et cum furorem ejus nullatenus mitigare quivisset, diversas meditationes inivit, qualiter ipsi resistere valuisset. Denique, ab omni alia spe decidens, auxilium Caesaris petere decrevit litterasque suas ei in hanc direxit sententiam : « Gaio Julio Caesari Androgeus, dux Trinovantum, post optatam mortem optandam salutem. Poenitet me adversum te egisse, dum proelia cum rege meo committeres. Si enim me a talibus ausis abstinuissem, devicisses Cassibellaunum, cui post triumphum suum tanta irrepsit superbia, ut me, per quem triumphavit, a finibus meis exterminare insistat. Haeccine ergo merita rependenda essent? Ego illum hereditavi, ipse me exhereditare conatur. Ego eum in regno secundo restitui, ipse me destituere affectat. Me etenim contra te pugnante, omnia ista largitus sum. Numina caelorum testor, me non promeruisse iram ipsius, nisi promereri dicar, quia diffugio nepotem meum tradere, quem injusta nece damnare adoptat. Quod ut manifestius discretioni tuae liqueat, causam rei adverte. Contigerat nos ob laetitiam triumphi nostri sollemnitates patriis diis celebrasse. In quibus cum, quae agenda essent, peregissemus sacrificia, juventus nostra ludos mutuos

30 est *mq.* *E* — 32 ergo *mq.* *G* — Indignatus ergo.... At Androgeus *mq.* *P* — distulit] dedignatus est *R* — 33 Cassib.] Cassibellanus *G* — 35 ut *mq.* *E* — coeptae irae desisteret] a cepta ira d. *E*, d. c. i. *R* — 36 ejus] suum *R* — 37 meditationes] cogitationes *G* — 42 me *mq.* *G* — 43 ausis *mq.* *E* — abstinuissem] detinuissem *P* — Cassib.] Cassibellanum *G* — 44 irrepsit] irrexit *E* — 45 insistat] conatur *G* — 46 essent] essent mihi *G* — 47 exhereditare] exheredare *P* — 49 caelorum] celi *P* — 50 ipsius] suam *P* — nisi] non *P* — quia] quia non *E* — adverte] averte *E* — 53 triumphi nostri] n. t. *E* — sollemnitates] solemnitatem *P* — 54 In quibus cum quae] In quibuscumque *GE*, Cum in quibuscumque que *P* — 55 peregissemus] peregimus *E*

Digitized by Google

componebat. Inter ceteros inierunt duo nepotes nostri palestram, exemplo aliorum conducti; cumque meus triumphasset, succensus est alter injusta ira festinavitque eum percutere. At ille, vitato ictu, cepit eum per pugnum quo gladium tenebat, volens eum eripere. Interea cecidit nepos regis supra mucronem confossusque morti subjacuit. Id itaque cum regi nuntiatum esset, praecepit mihi liberare puerum meum, ut pro homicidio supplicio plecteretur. Cui cum contradixissem, venit cum omni multitudine sua in provincias meas, gravissimam inferens inquietudinem. Unde misericordiam tuam implorans auxilium a te peto, ut ego per te dignitati meae restituar et tu per me Britannia potiaris. De hoc autem nihil in me haesitaveris, quia omnis abest proditio. Ea enim conditione moventur mortales, ut post inimicitias amici fiant et post fugam ad triumphum accedant. »

[62] His igitur inspectis, consilium habuit Julius a familiaribus suis, ne verbis solummodo ducis invitatus Britanniam adiret, nisi tales dirigerentur obsides, quibus securius applicare quivisset. Nec mora, misit ei Androgeus Scevam, filium suum, et XXX nobiles juvenes ex cognatione sua propinquos. Datis igitur obsidibus, securus factus est Caesar, revocatisque catervis cum instante vento in Rutupi portu applicuit. Interea obsidere incipiebat Cassibellaunus urbem Trinovantum et villas provinciales vastabat. Sed, cum adventum Julii comperisset, deseruit obsidionem et imperatori obviare festinavit. Ut igitur vallem prope Doroberniam intravit, aspexit in eadem Romanorum exercitum castra et tentoria ponentem. Adduxerat enim eos Androgeus ibidem, ut illic occultum impetum urbi ingererent. Nec mora, advertentes Romani Britones supervenire armaverunt sese ocius militesque suos per cater-

58 est *mq*. *E* — festinavitque] festinavit *E* — 61 regi] regi nostro *E* — 62 liberare] tradere *R* — 65 misericordiam tuam] misericordie tue *G* — 66 per] pro *E* — 67 Britannia] Britanniam *G*

[62] 7 catervis] turmis *P* — 8 incipiebat] cepit *P* — Cassib.] Cassibellanus *G* — 9 vastabat] vastare *R* — 11 eadem] eandem *P* — 13 illic] illuc *G* — 15 militesque] milites *P*

Digitized by Google

vas statuerunt. Ex alia vero parte armis induuntur Britones et sese per turmas consociant. At Androgeus cum V milibus armatorum in prope sito nemore delituit, ut in auxilio Caesaris occurrens furtivam et improvisam irruptionem Cassibellauno consociisque suis faceret. Ut itaque hinc et inde convenerunt, non distulerunt mortalia tela emittere nec letiferos ictus ingeminare. Concurrunt adversae catervae et multum cruoris diffundunt. Concidunt in utraque parte vulnerati, quemadmodum folia arborum in autumno. Illis igitur irruentibus, egreditur Androgeus ex nemore et aciem Cassibellauni, ex qua totum bellum pendebat, a tergo invadit. Mox illa, in una parte irruptione Romanorum paulo ante vastata, in alia vero concivibus suis modo oppressa, nequivit stationem facere. Unde, dissipatis sociis, arrepta fuga campum deseruit. Astabat prope quidam mons in cacumine saxosus, densum coriletum habens. Ad illum confugit Cassibellaunus cum suis, postquam in debiliorem partem ceciderat. Summitatem quoque ejus nactus, sese viriliter defendebat et insequentes hostes nece afficiebat. Insecuti namque fuerant ipsum Romani et Androgei catervae, fugientes turmas ejus lacerantes. Montem quoque ascendentes crebros impetus faciebant, nec praevalebant. Saxa etenim montis ejusdemque cacuminis arduitas Britonibus defensio erat, ita ut a summo occurrentes hostibus stragem darent. Obsedit igitur Caesar montem illum tota nocte, quae jam superveniebat, omnes exitus praecludens. Affectabat namque regem fame cogere, quem armis nequiverat.

O admirabile tunc genus Britonum, qui ipsum bis in fugam propulerat, qui totum orbem sibi submiserat! Cui totus mun-

18 delituit *mq. GEP* — 19 Cassib.] Cassibellano *G* — 20 et inde *mq. P* — 22 Concurrunt] concurrerunt *P* — 24 igitur] ergo *AE* — 25 Cass.] Cassibellani *G* — qua] quo *P* — 26 invadit] evadit *E* — una] *mq. E* — 27 Romanorum *mq. P* — 28 nequivit] nequit *P* — 31 Cassib.] Cassibellanus *G* — suis] sociis suis *E* — 33 afficiebat] affligebat *E* — 35 Monte] Montes *EP* — 38 occurrentes] occurrentibus *P* — 39 igitur] itaque *R* — 40 superveniebat] supervenerat *P* — 43 propulerat] propulerint *P* — submiserat] miserat *E*

Digitized by Google

dus nequivit resistere, illi etiam fugati resistunt, parati mor-
tem pro patria et libertate subire. Hinc ad laudem eorum
cecinit Lucanus de Caesare :

Territa quaesitis ostendit terga Britannis.

Emenso jam die secundo, cum non haberet Cassibellaunus quid comederet, timuit ne fame caperetur, carcerem Caesaris subiturus. Mandavit itaque Androgeo, ut sese cum Julio pacificaret, ne dignitas gentis, ex qua natus fuerat, capto ipso deleretur. Mandavit etiam ei se non promeruisse ut mortem ipsius optaret, quamvis inquietudinem sibi intulisset. Cumque hoc retulissent nuntii, ait Androgeus : « Non est diligendus princeps qui in bello est mitis ut agnus, in pace ferus ut leo. Dii caeli et terrae, orat me nunc dominus meus, qui prius imperabat ! Pacificarine Caesari et subjectionem facere desiderat, cujus pacem prius desideraverat Caesar ? Proinde animadvertere debuerat illum, per quem tantum imperatorem ex regno suo pepulit, posse ipsum iterum restituere. Non eram igitur injuste tractandus, qui tunc illud obsequium, nunc istud inferre poteram. Insipientia obducitur itaque qui commilitones, quibus triumphat, injuriis vel contumeliis infestat. Non enim est ullius ducis victoria, sed illorum qui pro eo sanguinem suum pugnando diffundunt. Tamen pacificabo illum, si potero, quia injuria quam mihi intulit satis vindicata est in illo, cum misericordiam meam imploret. »

[63] Post haec festinavit Androgeus ad Julium, amplexusque ipsius genua, eum in hunc allocutus est sermonem : « Ecce satis vindicasti te in Cassibellaunum : misericordiam de illo

44 nequivit] nequit *E* — 45 eorum] ipsorum *P* — 48 jam] deinde *E* — Cassibel.] Cassibellanus *G* — 50 itaque] namque *R* — 53 sibi] ei *E* — hoc] hec *P* — 54 nuntii *avant* hoc *E* — 55 est *après* ferus *P* — 56 me nunc] nunc me *P* — meus] meus nunc *P* — prius] prius mihi *P* — 57 Caesari *mq. R* — facere *mq. P* — 59 animadvertere] verere *G*, vereri *E*, advertere *P* — 60 pepulit] propulit *G* — ipsum] istum *E* — ipsum iterum] it. ip. *P* — 62 itaque *mq. R* — 64 ullius] illius *G* — pro eo *après* sanguinem *G*

[63] 2 ipsius] ejus *EP* — allocutus] animatus est *P* — 3 Cassib.] Cassibellanum *G* — de] in *E*

Digitized by Google

habe. Quid amplius agendum est, quam ut, subjectionem faciens, vectigal Romanae dignitati reddat? » Cumque nihil respondisset Caesar, ait iterum Androgeus : « Hoc solum pactus sum tibi, Caesar, ut, summisso Cassibellauno, Britanniam tibi subdere laborarem. Ecce victus est Cassibellaunus et Britannia tibi auxilio meo subdita : quid ultra tibi debeo? Nolit creator omnium ut dominum meum, misericordiam meam orantem rectumque mihi de illata injuria offerentem, patiar unquam vel in vinculis vinciri. Non leve est interficere Cassibellaunum me vivente : cui auxilium meum reddere non erubescam, nisi consilio meo parueris. » Timore igitur Androgei mitigatus Julius cepit a Cassibellauno concordiam, cum vectigali singulis annis reddendo. Erat autem vectigal quod spopondit tria milia librarum argenti. Exin amici facti ad invicem Julius et Cassibellaunus mutua donaria alter alteri dederunt. Deinde hiemavit Caesar in Britannia et, redeunte vere, in Gallias transfretavit. Succedente postmodum tempore, collectis undique ex omni genere militibus, Romam contra Pompeium perrexit. Cumque postmodum VII anni praeterissent, defunctus est Cassibellaunus et in Eboraco sepultus.

[64] Cui successit Tenuantius, dux Cornubiae, frater Androgei. Nam Androgeus Romam cum Caesare profectus fuerat. Diademate igitur insignitus Tenuantius regnum in diligentia obtinuit. Erat ipse bellicosus vir et qui vigorem justitiae colebat. Post illum promotus est ad culmen regale Kimbelinus, filius suus, miles strenuus, quem Augustus Caesar nutriverat et armis decoraverat. Hic in tantam amicitiam Romanorum inciderat, ut, cum posset tributum eorum detinere, gratis impendebat.

7 Cassib.] Cassibellano *G* — 8 Cassib.] cassibellanus *G* — 10 meam *mq*. *E* — [orantem] implorantem *P* — 11 offerentem] facientem *R* — 14 meo *mq*. *P* — 15 Cassib.] cassibellano *GP* — 16 autem] enim *GP* — 17 facti] f. sunt *E* — ad invicem *après* Cassibell. *R* — 18 Cassib.] Cassibellanus *GE* — mutua] mutuaque *R* — donaria] dona *P* — 19 Britannia] Britanniam *R* — 22 Cassibel.] Cassibellanus *GP* — 23 Eboraco] Ebroaco *E*

[64] 4 ipse] *mq*. *G*, ille *P* — vigorem] rigorem *P* — 8 detinere] retinere *E*

Digitized by Google

In diebus illis natus est dominus noster Jhesus Christus, cujus pretioso sanguine redemptum est humanum genus, quod ante acto tempore daemonum catena obligabatur.

[*2. Claudius*]

[65] Kimbelinus igitur, cum Britanniam X annis gubernasset, genuit duos filios, quorum primogenito nomen erat Guiderius, alteri Arviragus. Exin, expletis vitae suae diebus, cessit gubernaculum regni Guiderio. Cum igitur tributum, quod appetebant, Romanis denegaret, supervenit Claudius, qui imperium subrogatus fuerat. Aderat secum princeps militiae suae, vocabulo Lelius Hamo, cujus consilio proelia, quae gerenda erant, tractabantur. Hic itaque, ut in civitate Porcestria applicuit, coepit portas ejus muro praecludere exitumque civibus abnegare. Cupiebat namque ipsos fame affectos vel deditioni compellere, vel sine clementia interire.

[66] Divulgato igitur Claudii Caesaris adventu, collegit Guiderius omnem armatum regni militem et Romanum exercitum petivit. Commisso deinde proelio, acerrime coepit hostes infestare, plus solus cum gladio suo quam major pars exercitus sui perimens. Jam Claudius naves petebat, jam Romani paene dissipabantur, cum versutus Hamo, projectis illis quibus indutus fuerat, arma Britannica cepit et quasi Britannus contra suos pugnabat. Deinde hortabatur Britones ad insequendum, festinatum triumphum promittens. Didicerat enim linguam eorum et mores, quia inter Britannicos obsides

11 cujus] cui *G* — 12 ante acto] acto ante *G*, nunc acto *E* — obligabatur] obligatur *E*

[65] 2 Guiderius] Guider *E*, Gudenus *E* — 3 Arviragus] Arviradus *G*, Arvirargus E — Exin] Deinde *R* — 4 Guiderio] Guideno *R* — 5 Romanis] Romani *G* — 6 imperium] in imp. *ER* — vocabulo] v suo *E* — 7 Lelius] lellus *G*, leltus *E*, lelnis *P* — ut *mq.* *P* — 8 Porcestria] Porecestria *G* — 10 affectos] effectos *G* — 11 deditioni] d. sue *E*

[66] 2 Guiderius] Guidenus *R* — 3 proelio] bello *E* — 4 infestare] invadere *R* — 5 sui perimens] superveniens *G* — 6 cum] tum *E* — 7 indutus fuerat] induebatur armis *P* — 8 hortabatur] hortatur *G*

Digitized by Google

Romae nutritus fuerat. Exin accessit ipse paulatim juxta regem, adituque invento ipsum nihil tale timentem mucrone suffocavit. Elapsus deinde inter hostium cuneos, sese cum nefanda victoria inter suos recepit. At Arviragus, ejusdem frater, ut ipsum peremptum inspexit, confestim deposuit arma sua, armisque regis indutus hinc et inde Britones ad perstandum inanimabat, quasi ipse Guiderius fuisset. Qui, nescientes casum regis, monitu ejus resistebant, pugnabant stragemque non minimam inferebant. Ad ultimum dilabuntur Romani in duas partes, campum turpiter deserentes. Caesar namque in una parte tutamina navium petebat, Hamo autem nemora, quia non habebat spatium naves adeundi. Arviragus igitur, arbitrans Claudium cum eo diffugere, festinavit sequi eum nec cessavit de loco in locum fugare, donec occupavit illos super ripam maris, quae nunc de nomine Hamonis ejusdem Hamtonia nuncupatur. Erat ibi portus applicantibus congruus navesque mercatorum appulsae. Quas igitur cum ingredi affectasset Hamo, supervenit ex improviso Arviragus ipsumque subito interfecit. Portus autem ille ab illo tempore usque in hodiernum diem Portus Hamonis appellatur.

[67] Interea Claudius, resociatis sociis, oppugnabat praedictam civitatem, quae tunc Kaerperis, nunc autem Porcestria vocatur. Nec mora, moenibus ejus dirutis civibusque subactis, insecutus est Arviragum, jam in Guintoniam ingressum. Exinde obsedit civitatem diversisque machinationibus illam opprimere nitebatur. Arviragus vero, ut sese obsessum inspexit, consociavit catervas suas apertisque portis ad proelian-

11 ipse] ille *E* — juxta] ad *R* — 12 ipsum] illum *E* — 14 Arviragus] At virargus *E* — 15 peremptum] interemptum *EP* — 17 animabat] inanimabat *GE* — Guiderius] Guidenus *R* — 18 regis *mq*. *P* — ejus *mq*. *G* — stragemque] stragem *E* — 22 Arviragus] Arvirargus *E* — igitur]ergo *P* — 23 diffugere] fugere *P* — 25 Hamonis ejusdem] e. h. *P* — ejusdem *mq*. *G* — 26 Hamtonia] Hantonia *ER*, Hamptonia *P* — ibi] enim *E* — 28 supervenit ex improviso Arviragus] a. s. *E*

[67] 1 oppugnabat] expugnabat *R* — 2 Kaerperis] Kaerpetis *E* — Porcestria] Porecestria *G* — 4 Arviragum] Arvirargum *E* — Guintoniam] Wintonia *P* — 5 Exinde] Postmodum *R*, exin *P* — 7 suas *mq*. *P*

Digitized by Google

dum egressus est. Cumque irruptionem facere affectasset, direxit Claudius nuntios ad ipsum, mandans ut concordiam inirent : quippe timebat regis audaciam Britonumque fortitudinem praeferebatque ipsos sensu et sapientia subjugare, quam dubium certamen inire. Mandabat igitur ei concordiam daturumque promittebat sese filiam suam, si tantummodo regnum Britanniae sub romana potestate recognovisset. Postpositis ergo debellationibus, suaserunt majores natu Arvirago promissionibus Claudii acquiescere. Dicebant autem non esse ei dedecori subditum fuisse Romanis, cum totius orbis imperio potirentur. His vero et pluribus aliis mitigatus, paruit consiliis suorum et subjectionem Caesari fecit.

[68] Mox Claudius misit propter filiam suam Romam et, auxilio Arviragi usus, Orcadas et provinciales insulas potestati suae submisit. Emensa deinde hieme, redierunt legati cum filia eamque patri tradiderunt. Erat autem nomen puellae Gewissa eratque ei tanta pulchritudo, ut aspicientes in admirationem duceret. Et, ut maritali lege copulata fuit, tanto fervore amoris succendit regem, ita ut ipsam solam cunctis rebus praeferret. Unde locum quo ei primo nupserat celebrem esse volens, suggessit Claudio ut aedificaret in illo civitatem, quae memoriam tantorum nuptiarum in futura tempora praeberet. Paruit ergo Claudius praecepitque fieri urbem, quae de nomine ejus Kaerglou, id est Gloucestria, nuncupata usque in hodiernum diem in confinio Kambriae et Loegriae, super ripam Sabrinae, sita est. Quidam vero dicunt ipsam traxisse nomen a Gloio duce, quem Claudius in illa generaverat, cui post Arviragum gubernaculum Kambrici ducatus cessit. Aedificata igitur urbe ac pacificata insula,

8 egressus est] est e. *P* — 9 nuntios] suos n. *G* — 11 que *mq*. *E* — 12 igitur ei] ei i. *E* — 16 autem] enim *G* — non esse ei] non ei e. *E*, non esse *P* — 17 fuisse] esse *P* — consiliis] consilio *P*

[68] 2 deinde hieme] h. d. *E* — 5 ei *mq*. *ER* — pulchritudo] p. ejus *R* — 9 aedificaret] aedificarent *EP* — 12 urbem] civitatem *E* — Kerglou] Kaerglovi *G* — 13 Kambriae] Demetiae *R* — 15 ipsam] eam *P* — Gloio] Glodio *G* — 16 Kambrici] Demetici *R* — 17 ducatus] lucatus *P*

Digitized by Google

rediit Claudius Romam regimenque provincialium insularum Arvirago permisit.

Eodem tempore Petrus apostolus Antiochenam ecclesiam fundavit Romamque deinde veniens tenuit ibidem episcopatum misitque Marcum evangelistam in Aegyptum praedicare evangelium quod scripserat.

[69] At Arviragus, ut Claudius recessit, coepit sensum et probitatem habere, coepitque civitates et oppida reaedificare populumque regni tanta justitia coercere, ita ut longe positis regibus timori esset. Hinc autem subsequente superbia, despexit romanam potestatem nec senatui subjectionem tenere voluit diutius, sed sibimet omnia vendicavit. Quo audito, missus est Vaspasianus a Claudio, ut Arviragum vel pacificaret vel Romanae subjectioni restitueret. Cum igitur in Rutupi portu applicare incepisset Vaspasianus, obviavit ei Arviragus prohibuitque ne portum ingrederetur. Tantam namque multitudinem armatorum conduxerat, ita ut Romanis terrori esset, nec ob ejus irruptionem terram adire audérent. Retraxit itaque se Vaspasianus a portu illo, retortisque velis in Totonesio littore applicuit. Nactus deinde tellurem, Kaerpenhuelgoit, quae Exonia vocatur, obsessurus eamdem, adivit. Cumque eam VII diebus obsedisset, supervenit Arviragus cum exercitu suo proeliumque commisit. Die illa valde laceratus fuit utrorumque exercitus, sed neuter potitus est victoria. Mane autem facto, mediante Gewissa regina, concordes effecti sunt duces commilitonesque suos in hibernia legaverunt. Hyeme vero

18 regimenque] regnumque *G* — provincialum] provinciarum *E* — 20 Antiochenam] antiocheam *P* — 22 evangelium quod scripserat] regnum Dei (vel evangelium quod scripserat) *R*

[69] 1 At] Et *E* —3 populumque] populum *P* — 4 regibus] gentibus et r. *E* — subsequente superbia] sup. subs. *R* — 5 romanam potestatem] romanos *G* — subjectionem tenere voluit] s. v. t. *E*, v. s. t. *R*, v. t. s. *P* — 6 sed *mq. P* — sibimet] ipsi *RP* — 7 Vasp.] Vespasianus *EP* — vel pacificaret] p. *GE* — 9 applicare incepisset] applicuisset *G* — Vasp.] Vespasianus *EP* — ei] illi *G* — 10 multitudinem armatorum] a. m. *R* — 11 terrori] timori *R* — 13 Vasp.] Vespasianus *EP* — 14 Kaerp.] Kaerpenguelgoit *E* — 17 valde *après* fuit *E* — fuit] est *R* — 20 commilitonesque] et commilitones *R* — hibernia] hiberniam *GE*

Digitized by Google

emensa, rediit Vaspasianus Romam et Arviragus in Britannia remansit. Deinde, in senectutem vergens, coepit senatum diligere, regnumque suum cum pace et tranquillitate tractare, leges etiam veteris traditionis confirmare, novas vero invenire, maxima donaria cuique probo impertiens. Fama igitur per totam Europam divulgata, diligebant eum Romani et timebant, ita ut prae omnibus regibus sermo de eo apud Romam fieret. Unde Juvenalis caecum quemdam Neroni dixisse in libro suo commemorat, cum de capto rhombo loqueretur, inquiens :

> Regem aliquem capies aut de themone britanno
> Decidet Arviragus.

Nullus in bello ferocior illo fuit, nullus in pace mitior, nullus jocosior, nullus in dandis muneribus profusior. At, ut dies vitae suae explevit, sepultus est Claudiocestriae, in quodam templo, quod in honorem Claudii dicaverat.

[70] Successit ei in regnum suum filius suus Marius, vir mirae prudentiae et sapientiae. Regnante postmodum illo, quidam rex Pictorum, vocabulo Rodric, de Sicia cum magna classe veniens, applicuit in aquilonarem partem Britanniae, quae Albania appellatur, coepitque provinciam illam vastare. Collecto igitur populo suo, petivit illum Marius, illatisque proeliis ipsum interfecit, et victoria potitus est. Deinde erexit lapidem in signum triumphi sui in provincia quae postea de nomine suo Westmaria dicta fuit, in quo inscriptus titulus memoriam ejus usque in hodiernum diem testatur Perempto

21 Vasp.] Vespasianus] *EP* — rediit Vaspasianus] v. r. *E* — Romam] r. adiit *G* — 24 etiam *mq*. *G* — vero] etiam *E* — 25 donaria] dona *P* — cuique probo] p. c. *E* — igitur] i. illius *R* — 31 capies] capiens *G* — 35 fortior] fortior(vel ferocior) *R* — 36 templo *mq*. *P* — honorem] honore *GP*

[70] 1 regnum suum *après* suus *G* — suum *mq*. *EP* — 3 Rodric] Roduc *G*, Sodric *E* — de] ex *E* — sicia] sitia *E*, Scythia *R*, Scithia *P* — 5 appellatur] vocatur *E* — illam] suam *E* — 6 illum] eum *R* — 8 postea] postmodum *P* — 9 Westmaria] Wastimaria *G*, Witmaria *EP* — inscriptus] in scriptis *G* — 10 hodiernum] praesentem *E*

Digitized by Google

vero Rodric, dedit devicto populo, qui cum eo venerat, partem Albaniae ad inhabitandum, quae Catenesia nuncupatur. Erat autem deserta, nullo habitatore multis diebus inculta. Cumque uxores non habentes, filias et cognatas Britonum ab illis petivissent, dedignati sunt Britones hujusmodi populo natas suas maritare. At illi, ut passi fuerunt repulsam, tranfretaverunt in Hiberniam duxeruntque ex patria illa mulieres, ex quibus creata sobole multitudinem suam auxerunt. Sed haec hactenus, cum non proposuerim tractare historiam eorum sive Scottorum, qui ex illis et Hibernensibus originem duxerunt. At Marius, cum totam insulam summa pace composuisset, coepit amorem cum romano populo habere, tributa solvens, quae exigebantur ab illo. Exemplo etiam patris incitatus, justitiam et pacem et leges et honesta omnia per regnum suum exercebat.

[71] Cum autem cursum vitae suae explevisset, filius suus, vocabulo Coillus, regni gubernaculum suscepit. Hic ab infantia Romae nutritus fuerat, moresque Romanorum edoctus in maximam ipsorum amicitiam inciderat. Sed et ipse tributum reddebat eis, adversari diffugiens, quippe videbat totum mundum subditum illis eorumque potestatem quosque pagos, quamque provinciam superare. Solvens igitur quod exigebatur, in pace quod possidebat obtinuit. Nullus in regibus majorem reverentiam nobilibus regni praestabat, quia ipsos aut in pace manere permittebat, aut assiduis donariis munerabat.

11 Rodric] Roduc *G*, Sodric *E*] — venerat] venerant *GP* — 12 Catanesia] catanensia *E*, Katenesia *R*, Katanesia *P* — 13 cumque] illi *G* — 14 habentes] haberent *G* — petivissent] petentes *G* — 18 creata] create *G* — auxerunt] duxerunt *G* — 19 eorum] Pictorum *G* — 20 Scottorum] Scotorum *E*, Scothorum *P* — 21 insulam] terram *R* — 23 illo] eo *R* — justitiam et pacem et leges] j. p. l. *G*, j. et p. l. *E*, j. et legem et pacem *E* — 25 honesta omnia] o. h. *P*

[71] 1 explevisset] complevisset *G* — 2 Coillus] coillus *E* — 4 ipsorum amicitiam] a. i. *G* — 5 reddebat eis] e. r. *EP* — 6 illis] eis *R* — pagos] paganos *G* — 9 in pace quod possidebat] et q. p. in p. *G* — 10 manere permittebat] p. m. *P*

Digitized by Google

[*3. Lucius*]

[72] Natus est ei unicus filius, cui nomen erat Lucius. Qui cum, defuncto patre, regni diademate insignitus fuisset, omnes actus bonitatis illius imitabatur, ita ut ipse Coillus a cunctis censeretur. Exitum quoque suum praeferre volens principio, epistulas suas Eleutherio papae direxit, petens ut ab eo christianitatem reciperet. Serenaverant enim mentem ejus miracula quae tirones Christi per diversas nationes faciebant. Unde in amorem verae fidei anhelans, piae petitionis effectum consecutus est. Siquidem beatus pontifex, comperta ejus devotione, duos religiosos doctores, Faganum et Duvianum, misit ad illum, qui, verbi Dei incarnationem praedicantes, abluerunt ipsum baptismate sacro et ad Christum converterunt. Nec mora, concurrentes undique nationum populi exemplum regis insequuntur eodemque lavacro mundati caelesti regno restituuntur. Beati igitur doctores, cum per totam fere insulam paganismum delevissent, templa, quae in honore plurimorum deorum fundata fuerant, uni Deo ejusque sanctis dedicaverunt diversisque coetibus ordinatorum repleverunt. Fuerant tunc in Britannia XXVIII flamines, nec non et tres archiflamines, quorum potestati ceteri judices atque phanatici submittebantur. Hos etiam ex praecepto apostoli idolatriae eripuerunt et, ubi erant flamines, episcopos, ubi archiflamines, archiepiscopos posuerunt. Sedes autem archiflaminum in tribus nobilioribus civitatibus fuerant, Londoniis videlicet, atque Eboraci, et in Urbe Legionum, quam super Oscam fluvium in

[72] 1 cui nomen erat] nomine *E* — 2 insignitus fuisset] insigniretur *R* — 3 Coilus] coilus *E* — a cunctis] ab omnibus *E* — 4 praeferre volens] v. p. *R* — 6 serenaverant] serenaverunt *G* — enim] autem *G* — 7 in] et *P* — 9 Siquidem] quia *G* — 11 verbi] verbum *E* — incarnationem] incarnatum *E* — 13 mora] non *G* — 16 templa quae] q. t. *G* — 17 ejusque] eisdem *P* — 18 Fuerant] Fuerunt *GE* — 19 necnon] sed *E* — 20 potestati] potestate *P* — judices] j. morum *EP* — 21 idolatriae] idolatriam *E* — 23 autem *mq.* *E* — 24 nobilioribus] nobilibus *E* — Lond.] Lund. *E* — 25 Eboraci] Eboraco *G* — Legionum] Legionum (id est Cairleon) *R* — quam] quae *EP*

Digitized by Google

Glamorgantia veteres muri et aedificia sitam fuisse testantur. His igitur tribus, evacuata superstitione, XXVIII episcopi subduntur, diversis quoque parrochiis. Subjacuit metropolitano Eboracensi Deira et Albania, quas magnum flumen Humbri a Loegria secernit; Londoniensi vero metropolitano submissa est Loegria et Cornubia : has duas provincias sejungit Sabrina a Cambria, id est Walia, quae Urbi Legionum subjacuit.

Denique, restauratis omnibus, redierunt antistites Romam et cuncta quae fecerant a beatissimo papa confirmari impetraverunt. Confirmatione igitur facta, reversi sunt in Britanniam compluribus aliis comitati, quorum doctrina gens Britonum in fide Christi, ex quo venerunt, in brevi corroborata est. Eorum nomina et actus in libro reperiuntur quem Gildas De victoria Aurelii Ambrosii inscripsit. Quod autem ipse tam lucido tractatu peraraverat, nullatenus opus fuit ut inferiori stylo renovaretur.

[73] Interea gloriosus ille rex Lucius, cum infra regnum suum cultum verae fidei magnificatum esse vidisset, maximo gaudio fluctuans, possessiones et territoria, quae prius templa idolorum possederant, in meliorem usum vertens, ipsa ecclesiis fidelium permanere concessit. Et quia majorem honorem ipsis impendere debuerat, augmentavit illas amplioribus agris et mansis omnique libertate sublimavit. Inter haec et ceteros propositi sui actus, in urbe Claudiocestriae ab hac vita migravit et in ecclesia primae sedis honorifice sepultus est, anno ab incarnatione Domini CLVI. Caruerat itaque sobole quae sibi succederet : unde, defuncto illo, et discidium inter Britones ortum fuit et romana potestas infirmata.

26 veteres] ubi v. *G* — 29 flumen] fluvium *G* — 30 vero *mq. E* — 32 a] et *E* — Walia] Gualia *ER*, Wallia *P* — 36 compluribus] cum pluribus *GEP* — gens *mq. P* — gens Britonum] Britonum fideles *E* — 37 in fide Christi ex quo venerunt] Christo *E* — corroborata est] corroborati sunt *E* — 38 Gildas] g. historicus *P* — 40 peraraverat (*R après correction*)] paraverat *GE* — *Après* renovaretur : Explicit lib. III, Incipit liber quintus *R*

[73] 1 ille rex] rex ille *R* — 3 templa idolorum] i. t. *R* — 6 augmentavit] ampliavit *P* — amplioribus] melioribus *P* — agris] et agris *E* — 7 mansis] mansiobus *G*, mansis amplioribus *P* — 8 vita] luce *R* — 10 itaque] ipse *EP*, namque *R* — 11 illo] eo *G*

Digitized by Google

[*4. Severus*]

[74] Cumque id Romae nuntiatum fuisset, legaverunt senatus Severum senatorem duasque legiones cum illo, ut patria potestati suae restitueretur. Mox, ut appulsus fuit, proelium commisit cum Britonibus partemque sibi submisit, partem vero illam quam subjugare nequibat, diris debellationibus infestare laboravit, ita ut eam trans Scotiam in Albaniam fugaret. At illa, duce Fulgentio, omni nisu resistebat saepiusque stragem maximam et concivibus et Romanis inferebat. Conducebat autem in auxilium sibi quoscumque insulanos populos inveniebat et sic multotiens cum victoria redibat. Irruptionem igitur ejus graviter ferens, imperator jussit construi vallum inter Deiram et Albaniam, ut impetum ejus propius accedere prohiberet. Communicato igitur sumptu, fecerunt illud a mari usque ad mare, quod multo tempore post hostium accessus detinuit. At Fulgentius, cum diutius Severo resistere nequivisset, transfretavit in Siciam, ut Pictorum auxilio dignitati restitueretur. Cumque ibi omnem juventutem patriae collegisset, reversus est maximo navigio in Britanniam atque Eboracum obsedit. Quod cum per ceteras nationes divulgatum fuisset, maxima pars Britonum Severum deseruit et ad Fulgentium abivit. Nec ob id ab inceptis suis destitutus est Severus, sed, convocatis Romanis ceterisque Britonibus qui sibi adhaeserunt, obsidionem petivit et cum Fulgentio dimicavit. Sed, cum pugnam acrius confecisset, interfectus est cum multis suorum,

[74] 1 fuisset] esset *R* — 2 patria potestati suae restitueretur] patriam romane potestati restituerent (submitterent *P*) *EP* — 3 Mox] Qui *EP* — 5 diris] duris *G* — infestare *mq*. *P* — 6 trans] ultra *G* — Scotiam] Deiram *EP* — in] et *EP* — in Albaniam *après* fugaret *G* — 7 Fulgentio] sulgenio *E*, fulgenio *R*, sulgineo *P* — 8 et concivibus] c. *P* — 12 propius] prospicius *G* — 15 detinuit] optinuit *P* — Fulgentius] sulgenius *E*, fulgenius *R*, sulgentius *P* — 16 Siciam] Sithiam *E*, Sciciam *R*, Scithiam *P* — dignitati] d. sue *G* — 17 Cumque] Cum *E* — 18 maximo navigio] n. m. *P* — 19 fuisset] esset *EP* — 20 Fulgentium] sulgenium *EP*, fulgenium *R* — 21 abivit] adivit *G* — est] fuit *E* — 22 adhaeserunt] adherebant *EP* — 23 Fulgentio] sulgenio *EP*, fulgenio *R* — 24 confecisset] fecisset *G*

Digitized by Google

et Fulgentius letaliter vulneratus est. Exin sepultus est Eboraci, quam legiones ejus obtinuerunt.

[5. *Bassianus, Carausius, Alectus et Asclepiodotus*]

[75] Reliquit ipse duos filios, Bassianum et Getam, quorum Geta, romana matre genitus erat, Bassianus vero britannica. Defuncto igitur patre, sublimaverunt Romani Getam in regem, faventes illi, quia ex utraque parte romanus fuerat. Quod abnegantes Britanni Bassianum elegerunt, quia materno sanguine ipsis conjunctus fuerat. Proinde commiserunt fratres pugnam, unde Geta interficitur et Bassianus regno potitur.

Eo tempore fuerat in Britannia juvenis quidam, nomine Carausius, ex infima gente creatus. Qui, cum probitatem suam in multis debellationibus examinasset, profectus est Romam petivitque licentiam a senatu, ut maritima Britanniae ab incursione barbarica navigiis tueretur. Quod si sibi committeretur, promittebat se tot et tanta adepturum, quibus rempublicam magis augmentaret quam si sibi regnum Britanniae traderetur. Cumque senatum promissis suis illusisset, impetravit quod poposcerat et cum sigillatis cartis in Britanniam rediit. Mox, collectis navibus, ascivit sibi magnam virtutem juventutis patriae, et ingressus est mare, et circuivit omnia littora regni, et maximum tumultum per populum faciebat. Interea, in comprovincialibus insulis appulsus, agros populando, civitates et oppida diruendo, incolis omnia sua eripiebat. Sic igitur ipso

25 Fulgentius] sulgenius *EP*, fulgenius *R* — est] cum multis suorum *E* — Exin] exinde *G*

[75] 1 ipse] ille *G* — Bassianum] Basianum *G* — 2 genitus] natus *R* — Bassianus] basianus *G* — 3 Getam] jetan *G* — 4 fuerat] erat *GP* — 5 Bassianus] basianum *G* — 6 fuerat] erat *E* — fratres pugnam] p. f. *EP* — 7 Bassianus] Basianus *G* — 8 Carausius] carasius *G* — 9 ex] ab *R* — 11 petivitque] et petivit *G*, petivit *E* — 12 committeretur] concederetur *R* — 15 senatum] s. suum *P* — illusisset] illigasset *G* — 17 collectis] collatis *G* — ascivit] associavit *P* — magnam virtutem] v. m. *P* — 18 ingressus est] intravit *E* — omnia] per omnia *P* — 21 oppida] urbes *R*

Digitized by Google

agente, confluebant ad eum quicumque in aliena anhelabant, ita ut in brevi tantum haberet exercitum, quanto nullus vicinus princeps resistere quivisset. Ob hoc itaque tumidum habens animum, dixit Britonibus ut sese sibi regem facerent et ipse, interfectis atque exterminatis Romanis, totam insulam a barbara gente liberaret. Quod cum impetravisset, dimicavit confestim cum Bassiano, et interfecit eum, et gubernaculum regni suscepit. Prodiderant enim Bassianum Picti, quos dux Fulgentius, matris suae frater, in Britanniam conduxerat. Nam, dum sibi auxiliari debuissent, promissis et donariis Carausii corrupti, in ipso proelio diverterunt se a Bassiano et in commilitones suos irruerunt. Unde stupefacti ceteri, cum ignorarent quis socius esset, quis hostis, ocius dilabuntur et victoria cessit Carausio. Qui, ut triumphum habuit, dedit Pictis locum mansionis in Albania, ubi cum Britonibus mixti per subsequens aevum permanserunt.

[76] Cum igitur invasio Carausii Romae nuntiata fuisset, legavit senatus Allectum cum tribus legionibus, ut tyrannum interficeret regnumque Britanniae romanae potestati restitueret. Nec mora, postquam appulsus fuit, proeliatus est cum Carausio, ipsoque interfecto solium regni suscepit. Deinde maximam intulit cladem Britonibus, quia, relicta republica, societati Carausii adhaerebant. Britones ergo, id graviter tolerantes, erexerunt in regem Asclepiodotum, ducem Cornubiae, communique assensu facto persecuti sunt Allectum et ad

22 confluebant] confluebat *G* — eum] ipsum *P* — 23 brevi] brevi tempore *P* — quanto] quod *G* — 25 sibi *mq. G* — sibi regem *après* facerent *P* — reg. fac.] fac. reg. *R* — ipse] ipse eis *G* — 26 barbara] barbarica *R* — 28 Bassiano] Basiano *G* — 29 Bassianum] Basianum *G* — Fulgentius] sulgenius *EP*, fulgenius *R* — 30 matris suae frater] f.m. s. *E* — 31 Carausii] Carasii *G* — 32 Bassiano] Basiano *G* — 34 quis hostis] et q. h. *P* — ocius *mq. E* — 35 Carausio] Carasio *G* — 36 mixti] mixtim *G*

[76] 1 Carausii] Carasii *G* — 2 Allectum] Alletum *R* — 3 regnumque] et regnum *E* — 4 fuit] est *R* — 5 Carausio] Carasio *G* — interfecto] interempto *R* — 6 intulit cladem] c. i. *E* — 7 societati Carausii] Carausio *P* — Carausii] Carasii *G* — adhaerebant] adhaeserant *R* — Britones ergo] Sed b. *G*, b. vero *EP* — 8 Asclepiodotum] asclipiodotum *P* — 9 Allectum] Alletum *R*

Digitized by Google

proelium provocaverunt. Erat enim ipse tunc Londoniis festumque patriis diis celebrabat. At, cum adventum Asclepiodoti comperisset, relicto sacrificio, egressus est cum tota fortitudine sua contra ipsum et acerrimam pugnam ingessit. Praevaluit autem Asclepiodotus dissipavitque turmas suas atque in fugam coegit, et usque insequendo multa milia et regem Allectum peremit. Cum itaque sibi cessisset victoria, Livius Gallus, Allecti collega, residuos Romanos convocavit in urbe, clausisque januis turres ac cèteras munitiones munivit cogitabatque sic Asclepiodoto resistere vel imminentem necem vitare. At Asclepiodotus, cum ita factum esse vidisset, obsedit ocius civitatem mandavitque omnibus ducibus Britanniae quod Allectum cum multis milibus interfecerat obsidebatque Gallum et reliquias Romanorum infra Londonias : unde quosque supplici rogatu poscebat, ut sibi in auxilium festinarent. Leviter enim exterminandum erat Romanorum genus ex Britannia, si communi virtute illos inclusos, ut aiebat, invaderent. Ad edictum itaque ipsius venerunt Demeti et Venedoti, Deiri et Albani, et quicumque ex genere Britonum fuerant. Cumque omnes ante conspectum ducis convenissent, jussit machinationes innumeras fieri et moenia civitatis prosternere. Paruit ilico quisque fortis et audax et urbem acerrime invaserunt. Nec mora, diruerunt muros, atque sibi introitum fecerunt, stragemque Romanis dabant. At Romani, cum sese interfici sine intermissione vidissent, suaserunt Gallo ut sese et ipsos deditioni traderet et misericordiam Asclepiodoti rogaret, ut vivi abscedere sinerentur.

10 enim *mq*. *R* — ipse *mq*. *E* — Lond.] Lund. *E* — 13 et] ac *G* — 14 Asclepiodotus] asclipiodotus *P* — 15 Allectum] Alletum *R* — 16 peremit] interfecit *G* — Cum itaque] Cumque *G* — Livius] Luvius *E*, Levius *P* — 17 urbe] urbem *G* — 18 ceteras munitiones] m. c. *G* — 19 Asclepiodoto] asclipiodoto *P* — necem] mortem *G* — vitare] evitare *G* — At] Sed *R* — 20 vidisset] videsset *G* — 22 obsidebat] obsedebat *P* — 23 reliquias] reliquos *G* — Lond.] Lund. *E* — 25 exterminandum] exterminandus *G* — genus] exercitus *G* — 28 genere Britonum] b.g *R* — fuerant] erant *R* — 32 stragemque] et stragem *P* — 33 dabant] dederunt *G* — interfici *après* intermissione] *G* — 35 Asclepiodoti] asclipiodoti *P*

Digitized by Google

Interfecti etenim omnes fere fuerant, praeter unam solam legionem, quae adhuc utcumque resistebat. Assensum ergo praebens Gallus tradidit se atque suos Asclepiodoto ; cumque ipse misericordiam de illo habere captaret, venerunt Venedoti et, facto agmine, decollaverunt omnes una die super torrentem infra urbem, qui postea de nomine ducis britannice Nantgallim, saxonice vero Galabroc nuncupatus fuit.

[77] Triumphatis itaque Romanis, cepit Asclepiodotus regni diadema et capiti suo, annuente populo, imposuit. Exin tractavit patriam recta justitia et pace decem annis raptorumque saevitiam atque latronum mucrones coercuit. In diebus ejus orta est Diocletiani imperatoris persecutio, qua fere deleta fuit christianitas in insula, quae a tempore Lucii regis integra et intemerata permanserat. Supervenerat enim Maximianus Herculius, princeps militiae praedicti tyranni, cujus imperio omnes subversae sunt ecclesiae, et cunctae sacrae scripturae quae inveniri poterant in mediis foris exustae, atque electi sacerdotes cum fidelibus sibi subditis trucidati, ita ut agmine denso certatim ad amoena caelorum regna, quasi ad propriam sedem, festinarent. Magnificavit igitur misericordiam suam nobis Deus, qui gratuito munere, persecutionis tempore, ne penitus crassa atrae noctis caligine populus Britonum offuscaretur, clarissimas lampades sanctorum martyrum ei accendit : quorum nunc sepulturae et passionum loca non minimum divinae caritatis ardorem intuentium mentibus incuterent, si non lugubri barbarorum divortio civibus adempta fuissent. Inter ceteros utriusque sexus summa magnimitate in acie

36 etenim] enim *P* — fere] paene *R*, *mq*. *P* — 38 Asclepiodoto] asclipiodoto *P* — 39 ipse] ille *G* — misericordiam de illo] de i. m. *P* — de illo *après* captaret *R* — 41 ducis] ipsius ducis *P* — britannice] Britannie *E* — Nantgallim] Nantigallum *G*, Nantgallum *P* — 42 Galabroc] Gallobroc *G*, Gulabroc *P*

[77] 1 Asclepiodotus] asclipiodotus *P* — 2 Exin] exinde *G* — 3 patriam] patrias *EP* — raptorumque] raptorum *G* — 4 latronum mucrones] m. l. *P* — ejus] illis *G* — 5 fuit] est *E* — 10 inveniri poterant] invente fuerant *G* — 12 propriam] patriam *P* — 14 nobis *après* igitur *R* — 16 martyrum] martirumque *G* — ei *mq*. *G* — 19 adempta] adepta *GE*

Digitized by Google

Christi perstantes, passus est Albanus Verolamius, Julius quoque et Aaron, Urbis Legionum cives : quorum Albanus, caritatis gratia fervens, confessorem suum Amphilalum, a persecutoribus insectatum et jamjamque comprehendendum, primum in domo sua occuluit et deinde, mutatis vestibus, sese discrimini mortis obtulit, imitans in hoc Christum, animam suam pro ovibus ponentem. Ceteri autem duo, inaudita membrorum discerptione lacerati, ad egregias Ierusalem portas absque cunctamine cum martyrii tropheo convolaverunt.

[*6. Constantius et Constantinus*]

[78] Interea insurrexit in regem Asclepiodotum Coel, dux Kaercolun, id est Colecestriae, et, conserto proelio, peremit illum regnique diademate sese insignivit. Cumque id senatui nuntiatum fuisset, gavisi sunt propter mortem regis, qui per omnia romanam potestatem turbaverat. Recolentes quoque damnum quod de amisso regno habuerant, legaverunt Constantium senatorem, qui Hispaniam ipsis subdiderat, virum sapientem, audacem, et qui prae ceteris rempublicam augere laboraverat. Porro Coel, dux Britonum, cum adventum ipsius comperisset, timuit ei proelia ingerere, quia fama ipsius asserebat nullum regem ipsi resistere posse. Ut igitur infra insulam Constantinus applicuit, direxit legatos suos ad illum, petivitque pacem, et subjectionem promisit, eo pacto, ut regnum Britanniae possideret nihilque aliud praeter solitum tributum Romanae dignitati solveret. Hoc igitur nuntiato, adquievit ei Constantius

21 passus est *bis* *P* — 22 cives] civis *G* — 24 persecutoribus] p. suis *G* — 28 ovibus] o. suis *P*

[78] 1 insurrexit *après* Asclepiodotum *G* — Asclepiodotum] asclipiodotum *P* — Coel] Koel *R* — 2 Kaercolun] Kaercolum *E*, Kaercolin *RP* — Colecestriae] Colcestrie *P* — peremit] interemit *R* — 4 mortem] necem *E* — 5 romanam] romana *G* — 6 Constantium] Constantinum *G* — 9 dux] rex *EP* — ipsius] ejus *P* — 10 proelia] et bella *R* — 12 direxit] d. Coel *EP* — 13 eo] eo tamen *EP*

Digitized by Google

pacemque, receptis obsidibus, confirmaverunt. Emenso deinde mense, gravissima infirmitas occupavit Coel ipsumque infra VIII dies morte affecit. Quo defuncto, insignivit se Constantius regni diademate duxitque filiam Coel, cui nomen erat Helena. Pulchritudo ejus provinciales puellas superabat nec uspiam reperiebatur altera, quae in musicis instrumentis sive in liberalibus artibus doctior illa censeretur. Caruerat pater alia sobole quae solio regni potiretur : unde eam ita docere laboraverat, ut regimen patriae post obitum suum facilius tractare quivisset. Cum igitur illam in societatem thori recepisset Constantius, generavit ex ea filium vocavitque eum Constantinum. Exin, cum XI anni praeterissent, ipse apud Eboracum morti subjacuit regnumque filio donavit. Qui, ut solio regni potitus est, coepit infra paucos annos probitatem maximam habere, leoninam feritatem ostendere, justitiam inter populos tenere : latronum rapacitatem hebetabat, tyrannorum saevitiam conculcabat, pacem ubique renovare studebat.

[79] Ea tempestate erat quidam tyrannus Romae, vocabulo Maxentius, qui quosque nobiles, quosque probissimos cives exheredare conabatur pessimaque tyrannide rem publicam opprimebat. Incumbente igitur ipsius saevitia, diffugiebant exterminati ad Constantinum in Britanniam et ab ipso honorifice excipiebantur. Denique, cum multi tales ad eum confluxissent, incitaverunt eum in odium adversus praedictum tyrannum et talia ei saepissime objiciebant : « Quousque calamitatem et exilium nostrum patieris, Constantine? Utquid moraris nos in natale solum restituere ? Tu solus es ex generatione nostra qui, quod amisimus, nobis reddere expulso vales

16 Emenso] emensa *P* — obsidibus *mq.* *G* — 19 filiam] Helenam f. *P* — cui .. Helena *mq.* *P* — 20 provinciales puellas] omnes puellas provincie *G* — 21 uspiam *mq.* *G* — 24 regimen] regnum *P* — 25 societatem] societate *E* — 26 eum *mq.* *G* — 27 Exin] Exinde *G* — 28 regni] honoris *P* — 29 maximam] magnam *E*

[79] 1 Romae *mq.* *P* — 2 probissimos] probatissimos *G*, nobilissimos *E* — 3 exheredare] exhereditare *ER* — conabatur] nitebatur *E* — 4 ipsius saevitia] s. i. *E* — diffugiebant] diffugiebat *G* — 6 eum] illum *E* — 11 nobis] solus nobis *G* — expulso vales] v. e. *E*

Digitized by Google

Maxentio. Quis etenim princeps regi Britanniae conferri queat, sive in fortitudine robustorum militum, sive in copia auri et argenti? Obsecramus te, redde nobis possessiones nostras, redde conjuges et liberos nostros, Romam cum exercitu nobiscum petendo. » His igitur et aliis incitatus, Constantinus adivit Romam subjugavitque illam sibi, et postmodum monarchiam totius mundi obtinuit. Conduxerat secum tres avunculos Helenae : Joelinum videlicet et Trahern, necnon et Marium, ipsosque in senatorium ordinem promovit.

[80] Interea insurrexit Octavius, dux Gewisseorum, in proconsules romanae dignitatis, quibus regnum insulae permissum fuerat, et solio regni, ipsis interfectis, potitus est. Cumque id Constantino nuntiatum fuisset, direxit Trahern, avunculum Helenae, cum tribus legionibus, ut insulam Romanae dignitati restitueret. Appulsus itaque Trahern in litore juxta urbem quae britannice Kaerperis nuncupatur impetum fecit in ipsam atque infra duos dies cepit. Quo per universas nationes divulgato, rex Octavius omnem armatum manum totius insulae collegit venitque sibi in obviam haud longe a Guintonia, in campo qui britannice Maisurian appellatur, coepitque proeliari, et victoria potitus est. Trahern itaque naves, laceratis militibus, adivit, ingressusque eas petivit Albaniam aequoreo itinere, et provincias vastare vacavit. Cumque id regi Octavio iterum nuntiatum fuisset, resociatis turmis, secutus est eum et in provincia quae Westmarialanda vocata fuit dimicavit, sed sine victoria diffugit. At Trahern, ut sibi victoriam cedere prospexit, insecutus

12 conferri] c. tibi *G* — 13 in *mq*. *R* — 14 redde nobis possessiones nostras] p. n. nobis reddere *G* — 15 Romam cum exercitu] c. e. r. *P* — 18 Conduxerat] Hic duxerat *G* — 19 Joelinum] Loelinum *EP* — Trahern] Traern *G*

[80] 1 Octavius] Octovius *E* — proconsules] proconsulem *G* — 2 quibus] cui *G* — permissum] promissum *G* — 3 solio] solium *G* — potitus est] e. p. *E* — 7 Kaerperis] maisuriam kaerperis *G*, K. id est Porcestria *P* — 9 totius insulae *mq*. *R* — 10 sibi in obviam] in o. s. *R* — 18 naves *après* militibus *G* — 15 turmis] sociis *R* — 16 Westmarialanda Westmerilandia *P* — vocata fuit] vocatur *P* — 17 prospexit] perspexit, compexit *R*

Digitized by Google

est Octavium, nec eum quietem habere permisit, donec illi urbes cum diademate eripuit. Octavius igitur, propter amissum regnum anxius, navigio Norwegiam petivit, ut auxilium a rege Gunberto adquireret. Interea familiaribus suis edictum fecerat ut omni nisu elaborarent neci Trahern imminere. Comes ergo Oppidi municipii, qui ipsum prae ceteris diligebat, praeceptis illius parere non distulit. Nam, dum Trahern ex urbe Londoniarum quadam die recederet, delituit cum centum militibus in quadam convalle nemoris, qua ille transiturus erat, atque in ipsum praetereuntem inopinum fecit impetum ac inter commilitones interfecit. Quod cum nuntiatum esset Octavio, reversus est in Britanniam et, dissipatis Romanis, solium regni recuperavit. Exin tantam probitatem tantamque copiam auri et argenti in brevi tempore nactus fuit, ita ut neminem timeret. Regnum autem Britanniae, ab illo tempore usque in diebus Gratiani et Valentiniani, feliciter obtinuit.

[7. *Maximianus et Gratianus*]

[81] Denique, senio confectus, disponere populo volens, quaesivit a consiliariis suis quem post ipsius fata in regem de progenie sua erigere affectassent. Unicam autem filiam habens, filio caruerat cui regimen patriae permitteret. Fuerunt itaque qui laudabant ut filiam suam alicui nobilium Romanorum cum regno maritaret, ut firmiori pace fruerentur. Alii vero cense-

18 illi *mq.* *G* — 20 navigio Norwegiam] N. cum n. *P* — 21 Gunberto] Winberto *G*, Guberto *E*, Gomberto *R* — 22 ergo] igitur *G* — 24 illius] ipsius *P* — Lond.] Lund. *E* — 25 quadam] quodam *P* — 26 qua] quo *G*, quam *E* — ille] ipse *P* — atque... impetum] impetum fecit super eum inopinatum *G* — 27 impetum *avant* inopinum *R* — 29 est *mq.* *P* — 30 Exin] Exinde *G* — copiam *mq.* *G* — 31 tempore *mq.* *P* — 32 Regnum autem] regnumque *P* — 33 Valentiniani] Valentini *G*

[81] 1 Denique] D. Octavius *G* — 2 consiliariis] consiliaribus *G* — 3 erigere] eripere *G* — 4 permitteret] committeret *P* — Fuerunt] fuerant *E* — 5 nobilium *mq.* *P* — 6 frueretur] fruerentur *G* — vero *mq.* *E* —

Digitized by Google

bant Conanum Meriadocum, nepotem suum, in solium regni initiandum, filiam vero alicui alterius regni principi cum auro et argento copulandam. Dum haec inter ipsos gererentur, accessit Caradocus, dux Cornubiae, consiliumqne dedit ut Maximianum senatorem invitarent filiamque ei cum regno donarent et sic perpetua pace fruerentur. Erat autem patre britannus, quia Joelinus, avunculus Constantini, de quo superius mentionem feceram, ipsum generaverat ; matre vero et natione romanus, ex utroque sanguine regalem ferebat procreationem. Idcirco igitur stabilitatem pacis promittebat, quia sciebat illum et ex genere imperatorum et ex origine Britonum jus in Britanniam habere. Cum itaque tale consilium dedisset dux Cornubiensium, indignatus est Conanus, nepos regis, qui omni nisu in regnum anhelabat, totamque curiam propter talia turbavit. At Caradocus, coeptis suis desistere nolens, misit Mauricum, filium suum, Romam, ut ea Maximiano indicaret. Erat ipse Mauricus pulchrae staturae magnaeque probitatis atque audaciae, et qui ea quae judicabat armis, si contradictio fieret, et duellio probabat. Qui, ut praesentiam Maximiani adivit, receptus est ab illo ut decebat et super commilitones honoratus. Erat tunc maxima inquietudo inter ipsum Maximianum et duos imperatores Gratianum fratremque suum Valentinianum, quia passus fuerat repulsam de tertia parte imperii quam petebat. Ut igitur Mauricus vidit Maximianum ab imperatoribus oppressum, eum in haec verba affatur : « Utquid Gratianum times, Maximiane, cum tibi pateat via

7 solium regni] regnum *G* — 10 Caradocus] Carodocus *G*, Karadocus *P* — 11 Maximianum] Maximum (*après grattage de* ian) *R* (*de même par la suite*) — 12 donarent] donaret *P* — 13 Joelinus] iohelinus *G*, Leolinus *P* — avunculus Constantini *mq*. *G* — superius *mq*. *R* — 14 feceram] f. avunculus Helene matris Constantini *G* — generaverat] genuerat *P* — 15 ferebat] praeferebat *P* — 17 illum et] illum *G* — 18 itaque] igitur *G* — 19 Cornubiensium] Cornubie *G* — 21 turbavit] turbabat *R* — 22 Mauricum] Mauricium *G* — 23 Mauricus] Mauricius *G* — pulchrae] magnae et pulchrae *R* — 24 judicabat] indicabat *G* — 26 ab illo *mq*. *E* — 28 fratremque suum] et *RP* - 29 suum *mq*. *E* — Valentinianum] Valentinum *GEP* (V. fratrem suum *P*) — fuerat] fuit *P* — 30 imperii] regni *G* — Mauricus] Mauricius *G*

Digitized by Google

qua ei imperium eripere poteris ? Veni mecum in Britanniam insulam et diadema regni possidebis : Octavius igitur rex, senio et languore gravatus, nihil aliud desiderat nisi ut aliquem talem inveniat, cui regnum suum cum filia donet. Masculina namque prole caret, consiliumque a proceribus petivit, cui unicam filiam suam cum regno copularet. Et ut affectui ejus parerent heroes, decreverunt ut tibi concederetur regnum et puella direxeruntque me ad te, ut id tibi notificarem. Si igitur, mecum veniens, inceptum istud perpetraveris, copia auri et argenti Britanniae, multitudine etiam bellicosorum militum ibidem manentium Romam valebis redire expulsisque imperatoribus eam subjugare. Sic enim egit cognatus tuus Constantinus pluresque reges nostri, qui imperium ascenderunt. »

[82] Acquiescens igitur verbis ejus, Maximianus petivit Britanniam, petendo subjugabat Francorum urbes, subjugando aurum et argentum coacervabat, milites undique sibi associabat. Postmodum, Oceanum mare ingressus, in Portum Hamonis secundis velis applicuit. Cumque id regi nuntiatum fuisset, expavit stupore vehementi, existimans hostilem exercitum supervenisse. Vocato igitur Conano, nepote suo, jussit eum colligere omnem armatum militem insulae atque in obviam hostibus procedere. Collegit illico Conanus cunctam juventutem regni venitque ad Portum Hamonis, ubi tentoria sua Maximianus erexerat. Qui, ut adventum tantae multitudinis comperit, maximis angustiis cruciabatur, quia ignorabat quid

33 Britanniam] britannicam *R* — 34 insulam *mq. P* — igitur] *mq. E*, enim *RP* — 35 senio] senio aggravatus *G*, et senio *R* — gravatus *mq. G* — 36 suum *mq. P* — 37 namque] enim *E* — proceribus] p. suis *EP*, p. regni *E* — 38 filiam suam] s. f. *R* — regno] *mq. E*, regno suo *P* — 39 decreverunt] decrevit *E* — 40 id *mq. E* — 41 istud] istud ab incepto *E* — 42 mult.] multitudinem *G* — 43 valebis] poteris *E* — redire] adire *P* — expulsisque] expulsis *P* — 45 reges *mq. P* — ascenderunt] accederant *G*

[82] 2 subjugabat] subjugavit *G* — 3 sibi *mq. P* — 4 Postmodum] Exin *E*, et *P* — 5 Cumque] c. igitur *G* — id *mq. E* — fuisset] esset *R* — 6 existimans] estimans *G* — 9 illico] igitur *P* — cunctam] omnem *EP*, totam *P* — 10 venitque] venit *E* — Hamonis *mq. G* — 12 quia ignorabat *mq. P*

Digitized by Google

faceret. Paucioribus namque catervis comitatus, dubitabat et virorum multitudinem et audaciam, quia de pace nullam opem habebat. Convocatis igitur majoribus natu et Maurico, dicere coepit quid contra talem eventum agendum fieret. Cui Mauricius : « Non est nobis cum tot bellicosis militibus pugnandum, nec ea de causa venimus ut Britanniam proelio subjugaremus. Pax roganda est et hospitandi licentia, donec animum regis sciamus. Dicamus nos missos esse ab imperatoribus eorumdemque mandata Octavio deferre et callidis verbis populum istum mulceamus. » Cumque id omnibus placuisset, assumpsit secum XII canutos proceres, sapientiores ceteris, et ramos olivae in dextris, venitque Conano in obviam. Videntes igitur Britones viros reverendae aetatis et olivam in signum pacis gestantes, assurgunt eis honori et viam patefaciunt, ut ducem liberius adeant. Mox illi, in praesentia Conani Meriadoci stantes, salutaverunt eum ex parte imperatorum et senatus dixeruntque Maximianum missum ad regem Octavium, ut mandata Graciani et Valentiniani eidem portaret. Ad haec Conanus : « Utquid ergo eum tanta sequitur multitudo ? Non haec facies legatorum esse solet, immo supervenientium hostium, qui injuriam inferre meditantur. » Tunc Mauricus : « Non decebat tantum virum inglorium sine commilitonibus incedere, praesertim cum propter romanam potentiam et propter actus avorum suorum pluribus regibus odiosus habeatur. Nam si raro comitatu incederet, fortasse ab inimicis reipublicae peri-

15 igitur] itaque *R* — Maurico] Mauricio *G* — 16 coepit] praecepit *R* (*après correction*) *P* — talem *mq*. *E* — Cui M. *mq*. *P* — Mauricius] Mauricus *ER* — 17 nobis *mq*. *E* — 20 missos esse] e. m. *G* — eorumdemque] eorumque *EP* — 23 canutos] tantos *G* — ceteris] aliis *G* — 24 Conano] Canono *E* — igitur] ergo *EP* — 25 reverendae] verendae *E* — 26 eis] ei *E* — ut] et *G* — ducem] regem *E* — 27 in *mq*. *E* — Meriadoci] Mediadoci *E* — 28 eum] ipsum *P* — 29 missum] missum esse *E*, m. ab imperatoribus *R* — Octavium] Octovium *R* — 30 Valentiniani] Valentii *E*, *sic après correction R*, Valentini *P* — portaret] deferret *R* — 33 Tunc Mauricus *mq*. *P* — Mauricus] Mauricius *P* — 34 virum *mq*. *P* — inglorium] et tam gloriosum *G* — 35 propter (1) *mq*. *E* — potentiam] potestatem *P* — 36 habeatur] habetur *G*, habebatur *E*

Digitized by Google

meretur. Pace venit pacemque petit, quod ex actu suo credi debeat. Ex quo namque applicuimus, sic nosmet ipsos habuimus, ut nemini injuriam intulimus. Expensam nostram ut gens pacis ferimus, quia necessaria ementes nihil vi cuipiam surripimus. » Cumque haesitasset Conanus an pacem an proelium committeret, accessit Caradocus, dux Cornubiae, accesserunt ceteri proceres, et dissuaserunt Conano post hanc petitionem bellum ingerere. Qui, licet dimicare maluisset, depositis armis, concessit eis pacem duxitque Maximianum Londonias ad regem et rem ex ordine manifestavit.

[83] Tunc Caradocus, dux Cornubiae, assumpto secum Maurico, filio suo, jussit astantes semoveri regemque in haec verba adivit : « Ecce quod longo tempore desiderabant qui fidelitati tuae veriori affectu obedientiam servant, disponente Deo, successibus tuis accessit. Praeceperas namque proceribus tuis consilium dare quid de filia tua, quid de regno tuo tibi agendum foret, cum tua aetas in tantum his diebus repugnet, ut populum tuum diutius gubernes. Alii itaque censebant diadema Conano, nepoti tuo, tradendum filiamque tuam alicubi digne maritandam, timentes civium exterminationem, si alterius linguae princeps superveniret. Alii concedebant regnum filiae et alicui nostrae loquelae nobili, qui tibi post obitum succederet. Major autem pars laudabat ut ex genere imperatorum mandaretur aliquis, cui nata cum diademate donaretur. Promittebant enim firmam et stabilem pacem inde proventuram, cum romana potestas ipsos protegeret. Ecce ergo tibi dignatus est Deus subvectare juvenem istum et ex genere Romanorum et ex regali prosapia Britonum creatum, cui filiam tuam meo consilio maritare non differes. Quanquam autem id abnegares,

38 pacemque] pacem *G* — 41 cuipiam] cuiquam *E* — 42 proelium] bellum *P* — 43 accessit] a. ad eum *R* — accesserunt ceteri] ceterique *G* — 45 depositis] dispositis *G* — 46 Lond.] Lund. *E*

[83] 1 Caradocus] Cradocus *P* — Maurico] Mauricio *G* — 4 obedientiam] obedicentiam *E* — 8 tuum *mg. G* — itaque] namque *P* — 10 civium *mg. P* — 12 loquelae] lingue *E* — obitum] o. tuum *P* — 13 laudabat] laudabant *G* — 15 pacem inde proventuram] i. pr. pacem *E* — 16 cum] si *R* — ergo] egro *E* (*après* tibi) — 17 Deus *après* subventare *R*

Digitized by Google

quid juris tibi contra illum in regnum Britanniae fieret? Constantini etenim consanguineus est et nepos Coel, regis nostri, cujus filiam Helenam nequimus abnegare hereditario jure regnum istud possidere. » Cumque haec retulisset Caradocus, acquievit ei Octavius; communique consensu illato, regnum Britanniae cum filia sua illi donavit. Quod videns Conanus Meriadocus indignatus est ultra quam exprimi potest, secessitque in Albaniam, et exercitum colligere vacavit, ut Maximianum inquietaret. Multitudine ergo consociata, praeterivit Humbri flumen, quasque provincias ultra et citra depopulans. Quod cum Maximiano nuntiaretur, collecta tota fortitudine sua, festinavit in obviam, et cum illo proeliatus est, et cum victoria redivit. Nec tamen deficiebat Conanus, sed, resociatis iterum catervis, destructioni provinciarum imminebat. Redibat ergo Maximianus et, commissis proeliis, quandoque cum triumpho quandoque superatus abibat. Denique, cum alter alteri damnum maximum intulisset, concordiam annuentibus amicis fecerunt.

[84] Emenso deinde quinquennio, superbivit se Maximianus propter infinitam copiam auri et argenti, quae illi cotidie affluebat, paravitque navigium maximum, omnemque armatum militem Britanniae collegit. Non sufficiebat ei regnum Britanniae, quin affectaret Gallias subjugare. Ut igitur transfretavit, adivit primitus Armoricum regnum, quod nunc Britannia dicitur, et populum Francorum, qui inerat, debellare incepit. At Franci, duce Inbalto, obviam venientes, pugnam fecerunt

21 etenim] enim *R* — regis nostri] n. r. *RP* — 22 nequimus] non possumus *R* — 24 consensu] assensu *G* — 25 illi] et *G* 26 Meriadocus] Meridiadocus *E* — exprimi] credi *EP* — 29 quasque] quasdam *E* — depopulans] depopulavit *E*, depopulando *R*, devastans et depopulans *P* — 30 Quod cum] Cum hoc *G* — fortitudine] multitudine *G* — 31 festinavit] f. ei *G* — 33 iterum catervis] c. i. *G* — 35 triumpho] victoria *P* — 36 maximum *mq. P*

[84] 1 deinde quinquennio] denique biennio *R* — 2 illi cotidie] c. i. *P* — 3 maximum *mq. E* — 4 Non... subjugare *om. E* — ei] enim ei *P* — 6 Armoricum] armonicum *P* — 7 qui inerat *mq.* — 8 Franci] Galli *R* — Inbalto] Imbalto *E*, Imbaltho *R*

Digitized by Google

contra illum ; sed, in majori parte periclitati, fugam inierunt. Ceciderat namque dux Inbaltus et XV milia armatorum, qui ex omni regno illo convenerant. Ut igitur tantam cladem ingessit Maximianus, maximo fluctuavit gaudio, quia interitu tot virorum sciebat patriam leviter deinde subdendam. Vocavit ergo Conanum ad se extra turmas et paulisper subridens ait : « Ecce unum ex potioribus Galliae regnis subjugavimus. Ecce spem ad cetera habere possumus. Festinemus urbes et oppida capere, antequam rumor hujus pericli in ulteriorem Galliam evolans universos populos ad arma provocet. Nam, si istud regnum habere poterimus, non haesito quin totam Galliam potestati nostrae subdemus. Ne pigeat igitur te regnum Britanniae insulae cessisse mihi, licet possidendi eum spem habuisses, quia, quicquid in illa amisisti, tibi in hac patria restaurabo : promovebo etenim te in regem regni hujus, et erit haec altera Britannia, et eam ex genere nostro, expulsis indigenis, repleamus. Patria namque fertilis est segetibus, et flumina piscosa sunt, nemora perpulchra, et saltus ubique amoeni, nec est uspiam meo judicio gratior tellus. » Ad haec, inclinato capite, grates egit Conanus promisitque se fidelem in obsequio suo mansurum, dum viveret.

[85] Post haec, convocatis catervis, ierunt Redonum ipsamque eodem die ceperunt. Audita namque saevitia Britonum peremptorumque casum, diffugerunt cives cum festinatione, mulieribus relictis atque infantibus. Exemplo istorum fecerunt ceteri per urbes et oppida, ita ut facilis aditus Britonibus pateret. Qui, ubicumque intrabant, interficiebant quicquid erat masculini sexus, solis mulieribus parcentes. Postremo, cum universas provincias penitus ab omni incola delevissent, munierunt civitates et oppida militibus Britanniae et promontoria in

10 Imbaltus *EP*, Inbalthus *R* — qui *mq*. *P* — 12 tot] tantorum *E* — 20 igitur] ergo *G* — te *après* pigeat *P* — insulae *mq*. *G* — 21 spem *après* licet *EP* — habuisses] habueras *P* — 25 est *mq*. *R* — 27 grates egit] e. g. *P* — 28 promisitque] promisit *R*

[85] 1 Post haec] Exinde *E*, Exin *P* — Redonum] Reddonum *G*, Redonim *E*, rodonim *P* — 3 casum] casu *EP* — diffugerunt] diffugerant *RP* — 5 oppida] cetera o. *R* — ita *mq*. *G* — 6 pateret *mq*. *G*, pareret *P*

Digitized by Google

diversis locis statuta. Saevitia ergo Maximiani per ceteras Galliarum provincias divulgata, timor nimius quosque duces, quosque principes invadebat, ita ut nullam aliam spem, nisi in votis solvendis, haberent. Diffugiebant itaque ab omni pago ad civitates et oppida et ad quaecumque loca tutum praestabant refugium. Maximianus ergo, sese timori esse comperiens, majorem audaciam resumit exercitumque suum profusis donariis augere festinat. Quoscumque enim aliena captare callebat, associabat sibi et nunc auro nunc argento ceteribusque muneribus illum ditare non diffugiebat.

[86] Exin tantam multitudinem collegit, quantam existimabat sibi posse sufficere ad omnem Galliam subjugare. Distulit tamen saevitiam suam paulisper ulterius ingerere, donec, sedato regno quod ceperat, ipsum britannico populo replevisset. Fecit itaque edictum suum, ut centum milia plebanorum in britannica insula colligerentur, qui ad eum venirent, praeterea triginta milia militum, qui ipsos infra patriam, qua mansuri erant, ab hostili irruptione tuerentur. Cumque omnia perpetrasset, distribuit eos per universas Armorici regni nationes, fecitque alteram Britanniam, et eam Conano Meriadoco donavit. Ipse vero cum ceteris commilitonibus suis ulteriorem Galliam adivit, gravissimisque proeliis illatis subjugavit eam, necnon et totam Germaniam, in omni proelio victoria potitus. Thronum autem imperii sui apud Treveros statuens, ita debachatus est in duos imperatores, Gratianum et Valentinianum, quod, uno interempto, alterum ex Roma fugavit.

[87] Interea inquietabant Conanum Armoricosque Britones Galli atque Equitani crebrisque irruptionibus saepissime in-

9 promontoria] promunctoria *GE*, promuntoria *R* — 10 Gall. prov.] p. g. *E* — 13 omni] omi *E* — 14 et ad] ad *P* — loca] loca que *P* — 17 festinat] festinavit *P* — 19 illum] illos *P*

[86] 1 Exin] Exinde *E* — quantam] quanta *G* — 2 posse *mq. EP* — 3 ulterius ingerere] i. u. *P* — 4 ceperat] acceperat *E* — 5 plebanorum] plebeanorum *R* — 6 Britannica] Britannia *E* — 7 ipsos] eos *G* — mansuri erant *mq. G* — 9 universas] universa *G* — Armorici] Amorici *E* — 10 Meriadoco] Meridiadoco *E*, Meridiaco *R* — 11 Ipse] Ille *G* — 13 in] ut *G* — 15 Valentinianum] valentinum *P* —

[87] 1 Armoricosque] Amoricosque *G* — 2 atque] et *G*

Digitized by Google

festabant. Quibus ipse resistens, et mutuam cladem reddebat, et commissam patriam viriliter defendebat. Cumque sibi cessisset victoria, voluit commilitonibus suis conjuges dare, ut ex eis nascerentur heredes, qui terram illam perpetuo possiderent. Et ut nullam commixtionem cum Gallis facerent, decrevit ut ex Britannia insula mulieres venirent, quae ipsis maritarentur. Direxit ergo nuntios suos in Britanniam insulam ad Dionotum, regem Cornubiae, qui fratri suo Caradoco in regnum successerat, ut curam hujus rei susciperet. Erat ipse nobilis et praepotens, et cui Maximianus principatum insulae commandaverat, dum ipse praedictis negotiis intenderet. Habebat etiam filiam mirae pulchritudinis, cui nomen erat Ursula, quam Conanus super omnia adoptaverat.

[88] Dionotus igitur, viso Conani nuntio, volens mandatis suis parere, collegit per diversas provincias suas filias nobilium numero XI milia, de ceteris ex infima gente creatis LX milia, et omnes infra urbem Londoniae convenire praecepit. Naves quoque ex diversis litoribus jussit adduci, quibus ad praedictos conjuges transfretarent. Quod, licet multis in tanto coetu placuisset, displicebat tamen pluribus, quae majori affectu et parentes et patriam diligebant. Nec decrant forsitan aliquae, quae, castitatem nuptiis praeferentes, maluissent in qualibet natione vitam amittere, quam hoc modo divitias exigere. Quippe diversas diversa juvarent, si optatum suum ad effectum ducere quivissent. Parato autem navigio, ingrediuntur mulieres naves, et per Tamensem fluvium maria petunt. Postremo, cum vela versus Armoricanos divertissent, insurrexerunt contrarii venti in classem et in brevi totam societa-

4 viriliter *mq. G* — 6 ex *mq. E* — eis] illis *R* — perpetuo] perpetue *R* — 8 quae ipsis] qui issis *E* — 9 insulam *mq. G* — 12 principatum] curam et p. *P* — 13 etiam] ipse *G*, etiam ipse *P* — 14 cui... Ursule *mq. EP* — 15 Conanus] Canonus *E* — adoptaverat] optaverat *R* (*après grattage*).

[88] 2 suas *mq. RP* — filias nob.] n. f. *E* — 3 ceteris] c. autem *G* — 5 quoque] vero *G* — ex] de *P* — 6 multis] in multis *P* — 10 modo] mundo *E* — 11 diversas] diversis *G* — ad optatum suum] quod adoptabant *EP* — 14 Armoricanos] *sic G après correction de* -mar- *en* -mor-, armaricanos *R*

Digitized by Google

tem dissipant. Periclitabantur ergo naves infra maria, in majori parte submersae ; quae vero tantum periculum evaserunt, appulsae sunt in barbaras insulas et ab ignota gente sive trucidatae, sive mancipatae. Inciderant siquidem in nefandum exercitum Gwanii et Melgae, qui jussu Gratiani nationes maritimorum et Germaniae dira clade opprimebant. Erat autem Gwanius rex Hunorum, Melga vero Pictorum. Ipsos asciverat sibi Gratianus miseratque in Germaniam, ut eos qui Maximiano faverent inquietarent. Per maritima ergo saevientes, obviaverunt praedictis puellis in partes illas appulsis. Inspicientes ergo earum pulchritudinem, lascivire cum eis voluerunt. Sed, cum abnegassent puellae, irruerunt in eas ambrones maximamque partem sine pietate trucidaverunt. Denique nefandi Pictorum et Hunorum duces Guanius et Melga, qui parti Gratiani et Valentiniani favebant, cum didicissent insulam Britanniae ab omni armato milite vacuatam, iter festinatum versus illam direxerunt, associatisque sibi collateralibus insulis, in Albaniam applicuerunt. Agmine igitur facto, invaserunt regnum, quod rectore et defensore carebat, vulgus irrationabile caedentes. Abduxerat enim secum Maximianus, ut praedictum est, omnes bellicosos juvenes qui reperiri potuerunt inermesque colonos atque inconsultos reliquerat. Quos cum praedicti Guanius et Melga compererunt minime resistere posse, stragem non minimam facientes, urbes et provincias, ut ovium caulas, vastare non cessabant. Cum

16 dissipant] dissipavit *GR*, dissipaverunt *P* — Periclitabantur] periclitantur *E* — ergo] igitur *P* — 18 sunt *mq*. *P* — barbaras] barbaricas *G* — ignota] ignote *G* — 19 siquidem] que *G* — Gwanii] Wanii *P* — 21 et Germaniae] in Germania *G* — 22 autem] enim *EP* — Gwanius] Wanius *EP*, Guanius *R* — 23 asciverat] astrinxerat *P* — sibi *après* ipsos *G* — 24 ergo] igitur *P* — 26 eis] illis *E* — 27 Sed] quod *EP* — in eas ambrones] super eas *G*, a. *P*— 28 maximamque] magnamque *G* — pietate] in mora *EP* — 29 Denique] tunc *EP* — Pictorum] et Pictorum *P* — duces *après* nefandi *G* — Guanius] Wanius *E* — 30 Valentiniani] Valentini *P* — 34 invaserunt *mq*. *P* — 35 Abduxerat] adduxerat *P* — Maximianus *après* praedictum est *G* — 37 inermesque] inermes *G*, unde et inermes *E* — 38 Guanius et Melga] duces *EP* — 29 resistere posse] p r. *E* — 40 cessabant] cessabat *E*

Digitized by Google

igitur tanta calamitas Maximiano nuntiata fuisset, misit Gratianum municipem cum duabus legionibus, ut auxilium subvectaret. Qui, ut insulam venerunt, proeliati sunt cum praefatis hostibus et acerrima nece affectos ipsos in Hiberniam fugaverunt. Interea interfectus fuit Maximianus Romae ab amicis Gratiani et Britones, quos secum duxerat, interfecti et dissipati. Qui evadere potuerunt venerunt ad concives suos Armoricam, quae jam Altera Britannia vocabatur.

[V. Les barbares]

[*1. Constantius et Constans : les Scots et les Pictes*]

[89] Gratianus municeps, cum de nece Maximiani audisset, cepit diadema regni et sese in regem promovit. Exin tantam tyrannidem in populum exercuit, ita ut, catervis factis, irruerunt in eum plebani et interfecerunt. Quod cum per cetera regna divulgatum fuisset, reversi sunt praedicti hostes ex Hibernia et, secum Scotos, Norvegenses, Dacos conducentes, regnum a mari usque ad mare ferro et flamma affecerunt. Ob hanc infestationem ac durissimam oppressionem legati Romam cum epistolis mittuntur, militarem manum ad se vindicandum lacrimosis postulationibus poscentes et subjectionem sui in perpetuum voventes, si hostis longius arceretur. Quibus mox committitur legio, praeteriti mali immemor, quae, ratibus trans Oceanum in patriam vecta, cominus cum hostibus con-

41 nuntiata] nunciatum *G* — duabus] duobus *G* — 43 insulam] in i. *R* — praefatis hostibus] h. p. *G* — 44 ipsos *mq*. *P* — 46 dissipati] d. fuerunt *G* — 47 Armoricam] Armonicam *EP* — 48 *Après* vocabatur *:* Explicit liber quintus, Incipit sextus *R*

[89] 4 et *mq*. *G* — 6 Norvegenses] Norguegenses *E*, Norguegienses atque *R*, Norguienses *P* — 7 regnum *mq*. *P* — 8 durissimam] dirissimam *E* — 9 cum epistolis mittuntur] m. c. e. *P* — manum *mq*. *E* — 10 lacrimosis postulationibus *mq*. *P* — 11 hostis] hostes *E* — arceretur] arcerentur *E* — 13 in patriam *mq*. *GP*

Digitized by Google

gressa est. Magnam denique ex his multitudinem sternens, omnes e finibus depulit atque oppressam plebem a tam atroci dilaceratione liberavit. Ad quos jussit construere murum inter Albaniam et Deiram, a mari usque ad mare, ut esset arcendis hostibus a turba instructus terrori, civibus vero tutamini. Erat autem Albania penitus barbarorum frequentatione vastata et quicumque hostes superveniebant opportunum infra illam habebant receptaculum. Collecto igitur privato et publico sumptu, incumbunt indigenae operi, et murum perficiunt.

[90] Romani ergo, patriae denuntiantes nequaquam se tam laboriosis expeditionibus posse frequentius vexari et ob imbelles et erraticos latrunculos Romana stegmata, tantum talemque exercitum, terra ac mari fatigari, sed ut potius solis consuescendo armis ac viriliter dimicando terram, substantiam, conjuges, liberos et, quod his majus est, libertatem vitamque totis viribus defenderent, ut igitur hanc ammonitionem facerent, jusserunt convenire omnes bellicosos viros insulae infra Londoniam : nam Romam repedare moliebantur. Cum autem convenissent cuncti, commissus fuit sermo Guithelino, Londoniensi metropolitano, qui ipsos in haec verba adivit : « Cum vos jussu astantium principum alloqui deberem, magis in fletum prorumpere cogor, quam in excelsum sermonem : miseret enim me orphanitatis et debilitatis quae vobis accessit, postquam Maximianus regnum istud omni milite omnique juventute spoliavit. Vos autem reliquiae eratis, plebs usus belli ignara, quae ceteris negotiis, ut in terris colendis diversisque commercii machinationibus, intendebant. Cum igitur

14 Magnam] Magna *G* — 16 dilaceratione] laceratione *E* — jussit construere] c. j. *G* — 18 turba] turbis *E* — instructus] constructus *P* — 20 infra illam] infra illum (*après* habebant) *R* — 21 igitur *mq*. *P*

[90] 1 tam *mq*. *G* — 3 tantum *mq*. *E* — 5 viriliter] viri taliter *G* — 6 his *mq*. *G* — 8 viros *mq*. *P* — 9 Romam *mq*. *P* — 10 convenissent] venissent *G*, cognovissent *P* — fuit] est *R* — Guithelino] Guitelino *E*, Guethelino *R* — Lond.] Lund. *G* — 11 Cum] Dum *P* — 12 jussu] in jussu *R* — 13 sermonem] s. facere *G* — 14 enim me] me enim *G* — 15 postquam] priusquam *E* — omnique] omni *G* — 16 reliquiae *mq*. *G* — 17 ut *mq*. *P* — intendebat] intendebant *E*

Digitized by Google

supervenerunt ab alienis nationibus inimici, velut oves sine pastore errantes, vos et ovilia vestra deserere coegerunt, donec romana potestas vos possessionibus vestris restituit. Eritne ergo spes vestra semper in alieno tutamine, et non instruetis manus vestras peltis, ensibus, hastis, in latrones nequaquam vobis fortiores, nisi segnitia et torpor adesset? Jam taedet Romanos tam assidui itineris, quo vexantur, ut pro vobis cum hostibus congrediantur. Prius omne tributum quod solvitis amittere praeeligunt, quam hoc modo diutius terra et ponto fatigari. Quid? Si tempore militum vestrorum fueratis vulgus, putabatis idcirco humanitatem a vobis diffugisse? Nonne homines transverso ordine nascuntur, ita ut ex rustico generetur miles et ex milite rusticus? Miles etiam de mangone venit, et mango de milite. Hac ergo consuetudine quamvis unus ab altero procedat, non existimo eos esse quod est hominis amittere. Cum igitur sitis homines, habetote vos ut homines, et invocate Christum ut audaciam adhibeat, et libertatem vestram defendite. » Cumque finem dicendi fecisset, tanto murmure infremuit populus, ut ipsos subita audacia repletos diceres.

[91] Post haec Romani fortia monita formidoloso populo tradunt, exemplaria instruendorum armorum relinquunt. In littore quoque Oceani, quo naves eorum habebantur, ad meridianam plagam, quia exinde barbari timebantur, turres per intervalla ad prospectum maris collocari praecipiunt. Sed facilius est accipitrem ex milvo fieri, quam ex rustico subitum eruditum; et qui profundam doctrinam eis diffundit, idem facit ac si margaritam inter porcos spargeret. Nam, ut valedicto Romani tanquam ultra non reversuri abcesserunt, emergunt iterum praedicti hostes Guanius et Melga ex navibus, qui-

20 et *mq.* *R* — 21 Eritne] Eratne *E*, erit *P* — 22 ergo *mq.* *G* — 24 nisi] si *E* — adesset] abesset *E* — 25 tam *mq.* *E* — 26 solvitis] solvistis *G* — 27 terra] terra et terra *E* — 28 Quid] Quod *G* — 29 putabatis] putabitis *E* — homines *mq.* *P* — 32 Hac ergo consuetudine] Hanc e.consuetudinem *G* — 33 eos *mq.* *E* — esse *mq.* *P*

[91] 3 eorum] illorum *ER* — 7 eis] ei *EP* — diffundit] infundit *P* — 9 ultra non] n. u. *G* — emergunt] emerguntur *E* — 10 praedicti hostes] h. p. *G*, p. duces *RP* — Guanius (Wanius *P*) et Melga *mq.* *E*

Digitized by Google

bus in Hiberniam vecti fuerant, cum taetris cuneis Scotorum et Pictorum, et cum Norvegensibus, Dacis et ceteris, quos conduxerant, et omnem Albaniam murotenus capessunt. Cognita etiam condebitorum reversione et reditus denegatione, confidentiores solito destructioni insulae eminent. Ad haec in edito murorum statuuntur rustici segnes ad pugnam, inhabiles ad fugam, trementibus praecordiis inepti, qui diebus ac noctibus stupido sedili marcebant. Interea non cessant uncinata hostium tela, quibus miserrimum vulgus de muris trahebatur et solo allidebatur. Hoc scilicet eis proficiebat immaturae mortis supplicium, qui tali funere rapiebantur, quo fratrum pignorumque suorum miserandas imminentesque poenas cito exitu devitarent. O divinam ob praeterita scelera ultionem, o tot bellicosorum militum, per vesaniam Maximiani, absentiam! Qui si in tanta calamitate adessent, non supervenisset populus, quem non in fugam propelleres. Quod manifestum fuit, dum manebant. Nam et longe posita regna adjiciebant potestati suae et Britanniam cum tranquillitate possidebant. Sic est cum regnum tutamini rusticorum deseritur. Quid plura? relictis civitatibus muroque celso, iterum civibus fugae, iterum dispersiones desperabiliores solito, iterum ab hoste insectationes, iterum crudeliores strages accelerant. Et sicut agni a lupis, ita deflenda plebs ab inimicis discerpitur. Igitur rursum miserae reliquiae mittunt epistulas ad Agitium, romanae potestatis virum, hoc modo loquentes : « Agitio, ter consuli, gemitus Britonum. » Et post pauca querentes adjiciunt : « Nos mare ad barbaros, barbari ad mare repellunt. Interea oriuntur duo

11 taetris] crebris *P* — 12 et cum Norvegensibus, Dacis et] et cum norguegensibus *ER*, Norguigensium dacorum et cum *P* — 13 murotenus] mucrotenus *P* — 14 etiam] autem *G* — condebitorum] cum debitorum *R* — 16 pugnam] pugna *E* — 17 inepti] inepte *G* — 18 cessant] cessabant *G* — uncinata] unciata *P* — 19 muris] muro *R* — 22 imminentesque] imminentes *EP* — cito] citu *E* — 24 per vesaniam] persaniam *P* — Qui] Que *G* — 25 in *mq.* *P* — 26 quem non] quem *P* — fugam] fuga *E* — propelleres] propellerent *E*, propelleret *R* — 27 et *mq.* *P* — 28 est] fit *R* — 33 deflenda plebs] plebs miseranda *R* — discerpitur] decerpitur *EP* — rursum] russum *G* — 34 Agitium] agacium *P* — 35 Agitio] agacio *P* — gemitus] genitus *G* — 37 repellunt] pepellunt *P*

Digitized by Google

genera funerum : aut enim submergimur, aut jugulamur. » Nec pro eis quicquam adjutorii habentes, tristes redeunt, atque concivibus repulsam suam denuntiant.

[92] Inito itaque consilio, transfretavit Guetelinus, Londoniensis archiepiscopus, in Minorem Britanniam, quae tunc Armorica sive Letavia dicebatur, ut auxilium a confratribus suis postularet. Regnabat tunc in illa Aldroenus, quartus a Conano, cui Maximianus regnum illud donaverat, sicut jam praedictum est. Qui, viso tantae reverentiae viro, excepit illum cum honore causamque adventus sui inquisivit. Cui Guetelinus : « Satis patet nobilitati tuae et te in fletum movere potest miseria quam nos, conbritones tui, passi sumus, ex quo Maximianus insulam nostram suis spoliavit militibus istudque regnum, quod possides et utinam cum diuturna pace possideas, ab ipsis inhabitari praecepit. Insurrexerunt etenim in nos, pauperculas vestrum reliquias, omnes comprovinciales insulae et insulam nostram, omni copia divitiarum repletam, evacuaverunt, ita ut universae ejusdem nationes totius cibi baculo, excepto venatoriae artis solatio, careant; nec fuit qui obviaret, cum nullus potens nullusque bellicosus ex nostris remansit. Nam Romani in taedium nostri versi sunt et omnino auxilium suum abnegaverunt. Ab omni igitur alia spe repulsi, advimus misericordiam tuam, te implorantes, ut praesidium adhibeas et debitum tibi regnum a barbarorum irruptione protegas. Quis etenim alius, te invito, diademate Constantini et Maximiani coronari debeat, cum avi tui atque proavi ipso insigniti fuerint? Para navigium tuum et veni : ecce regnum

38 genera funerum] f. g. *G* — funerum] funeris *E* — jugulamur] jugulemur *G* — 40 repulsam suam] s. r. *E*

[92] 1 Guetelinus] guithelinus *ER*, Guitelinus *P* — 3 confratribus] fratribus *G* — 4 in illa Aldroenus] a. in i. *P* — 6 excepit] cepit *P* — 7 inquisivit] quesivit *G* — Guetelinus] Guithelinus *E*, Guitelinus *P* — 8 movere potest] more post *P* — 9 miseria] miseriam *P* — conbritones] cum britones *G* — 13 vestrum] vestrorum *P* — 14 et] ac *P* — copia divitiarum] d. c. *R* — 15 ut *mq*. *G* — 16 careant] careat *GEP* — 18 in taedium] incendium *G* — 21 debitum tibi] t. d. *G* — 22 invito] invitato *E* — 23 tui *mq*. *P* — atque] neque *E* — 24 fuerint] fuerunt *P* — Para] Para ergo *P*

Digitized by Google

Britanniae in manus tuas trado. » Ad haec Aldroenus : « Olim tempus erat quo non negarem insulam Britanniae recipere, si quis eam largiretur : non enim existimo alteram patriam fertiliorem fuisse, dum pace et tranquillitate frueretur. At nunc, quoniam infortunia patriae accesserunt, vilior facta est et mihi et ceteris principibus odiosa. Super omnia vero mala potestas Romanorum in tantum nocuit, ita ut nemo stabilem dignitatem infra illam habere queat, quin jugo servitutis oneratus libertatem amittat. Quis igitur non mallet minus alias cum libertate possidere, quam divitias ipsius sub jugo servitii habere ? Regnum istud, quod nunc potestati meae subditum est, cum honore et sine obsequio, quod altiori impendam, possideo. Unde illud ceteris nationibus praeferre praeelegi, cum ipsum libertate gubernem. Attamen, quoniam jus in insulam avi et atavi mei habuerunt, trado tibi Constantinum, fratrem meum, et duo milia militum, ut, si Deus concesserit, patriam a barbarica irruptione liberet et sese diademate illius insigniat. Habeo namque fratrem praedicto nomine vocatum, qui in militia ceterisque probitatibus viget. Illum tibi cum praefato numero committere non diffugiam, si placet ut recipiatur. Nam de ampliori numero commilitonum tacendum censeo, cum inquietudo Gallorum cotidie immineat. » Vix finem dicendi fecerat : grates egit archiepiscopus, vocatoque Constantino, ei in haec verba arrisit : « Christus vincit, Christus regnat, Christus imperat. Ecce rex Britanniae desertae. Assit modo Christus : ecce defensio nostra ; ecce spes nostra et gaudium. » Quid plura? Paratis in litore navibus, eliguntur ex diversis regni partibus milites et Guetelino traduntur.

26 quo] quod *G* — insulam] regnum *P* — 27 existimo] estimo *GP* — alteram *mq*. *P* — patriam fertiliorem] f. p. *P* — 29 patriae *mq*. *RP* — 31 ita *mq*. *P* — 33 Quis igitur] Quisquis *G* — 35 meae] mox *E* — 37 praeferre] preferri *E* — praeelegi] praeelegit *E*, elegi *P* — 38 libertate] cum libertate *P* — jus in *mq*. *P* — 40 milia *mq*. *G* — concesserit] dimiserit *E*, permiserit *PR* — 41 insigniat] insignant *G* — 42 Habeo] Ab eo *G* — fratrem] quendam fr. *EP*, fr. quemdam *R* — 44 diffugiam] diffugio *P* — 45 numero *mq*. *P* — tacendum] tacere *E* — 49 modo] ergo *P* — 50 spes nostra et *mq*. *P* — gaudium] g. nostrum *P* — 52 regni partibus] p. r. *EP* — Guetelino] Guithelino *E*, Guitelino *P*

Digitized by Google

[93] Cumque omnia parata fuissent, ingressi sunt mare atque in Totonesio portu applicuerunt. Nec mora, collegerunt reliquam juventutem insulae et, cum hostibus congressi, victoriam per meritum beati viri adepti sunt. Exinde confluxerunt Britones undique prius dispersi et, facta infra Cicestriam contione, erexerunt Constantinum in regem regnique diadema capiti suo imposuerunt. Dederunt etiam ei conjugem ex nobili genere Romanorum ortam, quam Guetelinus archiepiscopus educaverat. Cumque illam cognovisset, progenuit ex ea tres filios, quorum nomina fuerunt Constans, Aurelius Ambrosius, Utherpendragon. Constantem vero primogenitum tradidit in ecclesia Amphibali, infra Wintoniam, ut monachilem ordinem susciperet. Ceteros autem duos, Aurelium videlicet et Uther, Guetelino ad nutriendum commisit. Postremo cum X anni praeterissent, venit quidam Pictus, qui in obsequium suum fuerat et, quasi secretum colloquium habiturus, in virgulto quodam, semotis cunctis, eum cum cultro interfecit.

[94] Defuncto igitur Constantino, fuit dissensio inter proceres, quis in regnum sublimaretur. Alii itaque acclamabant Aurelium Ambrosium, alii Utherpendragon, alii ceteros ex generatione propinquos. Denique, cum nunc sic nunc aliter contendissent, accessit Vortegirnus, consul Gewisseorum, qui omni nisu in regnum anhelabat, et adivit Constantem monachum, illumque in haec verba allocutus est : « Ecce pater tuus defunctus est, et fratres tui propter aetatem sublimari nequeunt, nec alium video in progenie tua, quem in regem populus promoveret. Si igitur consilio meo acquiescere volueris pos-

[93] 2 Totonesio] Totenesio *G* — portu] littore (vel portu) *R* — 3 reliquam] totam *R* — victoriam *mq. P* — 4 meritum] meritis (*après* viri) *E* — Exinde] Exin *ER* — 5 Britones undique] u. b. *E* — prius *mq. P* — Cicestriam] silcestriam *ER*, sicestriam *P* — 8 Guetelinus] Guithelinus *E* , Guitelinus *P* — 9 illam] illa *G* — 10 quorum] que *G* — 12 ecclesia] ecclesiam *G* — Wintoniam] Guintoniam *ER* — 13 Uther] Uterpendragon *E* — Guetelino] Guithelino *E*, Guitelino *P* — 17 eum *mq. G*

[94] 2 acclamabant] acclamaverunt *G*, *après* Ambrosium *P* — 5 Vortegirnus] vortingernus *P* — Gewisseorum] Gewissenorum *P* — 6 et *mq. G* — 10 promoveret] proveeret *E* — possessionemque meam] et meam possessionem *E*

Digitized by Google

sessionemque meam augmentare, convertam populum in affectum sublimandi te in regnum et ex tali habitu, licet ordo repugnet, te extraham. » Quod cum audisset Constans, maximo gaudio fluctuavit et quicquid callebat ipsum velle ei jure jurando promittebat. Cepit itaque eum Vortegirnus, duxitque regiis ornamentis indutum Londonias, atque vix annuente populo in regem erexit. Tunc defunctus fuerat Guetelinus archiepiscopus, nec affuit alter qui illum inungere praesumpisset, quia ex monacho transferebatur. Nec tamen iccirco postposuit diadema, quod ipse Vortegirnus vice episcopi manibus suis capiti suo imposuit.

[95] Sublimatus igitur Constans totam justitiam regni commisit Vortegirno et semetipsum in consilio ejusdem tradidit, ita ut nihil absque praecepto ipsius faceret. Quippe debilitas sensus ipsius id faciebat : nam infra claustra aliud quam regnum tractare didicerat. Quod cum caluisset Vortegirnus, coepit apud se deliberare qualiter sublimari potuisset in regem. Nam id prius super omnia concupiverat. Videbat etenim congruum tempus instare, quo desiderium suum leviter ad effectum duci poterat. Totum namque dispositioni ejus regnum commissum fuerat, nec Constans, qui rex dicebatur, nisi pro umbra principis astabat. Nullius enim asperitatis, nullius justitiae fuerat ; nec a populo suo, nec a vicinis gentibus timebatur. Duo autem pueri fratres ejusdem, Uterpendragon atque Aurelius Ambrosius, in cunis adhuc jacentes, inhabiles erant ut in regnum promoverentur. Praeterea infortunium illud acciderat, quod proceres regni, qui majores natu erant, defuncti

12 habitu] ordine *G* — 13 extraham] abstrahendi *EP*, abstraham *R* — 14 callebat] cupiebat *P* — ei *mq*. *G* — 15 eum *mq*. *P* — Vortegirnus] Vortigernus *P* — duxitque] et duxit — eum *P* — 17 in regem *après* erexit *E* — Guetelinus] Guithelinus *E*, Guitelinus *P* — 18 illum] eum *R*, ipsum *EP* — inungere praesumpsisset] inungeret *R* — 20 Vortegirnus] Vortigernus *P* — manibus suis] functurus m. s. *E*, fruens m. s. *P*

[95] 2 consilio] consilium *EP* — 3 praecepto ipsius] i. p. *P* — ipsius] ejus *R* — 4 claustra] claustrum *G* — 5 Vortegirnus] Vortigernus *P* — 8 quo] quod *EP* — 9 duci] ducere *R* — 11 astabat] stabat *G* — 13 autem] enim *G* — Uterp.] Utherp. *RP* — 15 Praeterea] Propterea *G* — 16 natu *après* erant *EP*

Digitized by Google

fuerant solusque Vortegirnus astutus et sapiens magnique consilii videbatur; ceteri autem paene omnes pueri erant ac juvenes, peremptisque in anteactis proeliis eorumdem patribus atque avunculis, honores utcumque possidebant. Haec igitur omnia comperiens Vortegirnus, meditabatur quo ingenio tectius et callidius Constantem monachum deponeret, ut in locum ipsius erumperet. Quod tandem differe praeelegit, donec prius diversas nationes melius potestati et familiaritati suae submisisset. Coepit igitur petere thesauros regis ab ipso in custodiam ejusque civitates cum munitionibus, dicens quia rumor asserebat collaterales insulanos supervenire affectasse. Quod cum impetravisset, posuit ubique familiares suos, qui easdem urbes in fidelitate sua servarent. Deinde, praemeditatam proditionem machinans, adivit Constantem dixitque illi opportere numerum familiae suae augmentare, ut securius superventuris hostibus resisteret. Cui Constans : « Nonne omnia dispositioni tuae commisi ? Fac ergo quaecumque volueris, ita tamen ut in fidelitate mea proveniant. » Ad haec Vortegirnus : « Dictum est mihi Pictos velle conducere Dacos et Norwegenses super nos, ut inquietudinem maximam inferant. Quamobrem laudarem et consilium saluberrimum esse censeo ut quosdam ex Pictis in curia tua retineas, qui mediatores inter te et ceteros existant. Nam, si verum est quod rebellare incepe-
rint, explorabunt tibi consociorum suorum machinationes et versutias, quas levius vitare poteris. » Ecce occulta occulti amici proditio. Non enim id laudabat, ut salus inde proveniret Constanti, sed quia sciebat Pictos gentem esse instabilem et ad omne scelus paratam ; inebriati ergo, sive in iram inducti, commoveri possent facile adversus regem, ita ut absque cuncta-

17 Vortegirnus] vortigernus *P* — 22 tectius] rectius *G* — 24 suae *après* potest *R* — 25 petere *après* regis *R* — 26 ejusque] ejus *P* — cum munitionibus] communicionibus *R* — 28 posuit] posuitque *E* — 29 fidel. sua] s. f. *G* — 34 tamen *mq*. *R* — ut] ut omnia *R* — proveniant] proveniat *E* — Vortegirnus] Vortigernus *P* — 36 Norwegenses] norguegenses *ER*, Norguienses *P* — 39 te] se *G* — 41 occulti *mq*. *GP* — 42 inde] ipsi *P* — 43 gentem esse] e. g. *G* — 44 inducti] conducti *G* — 45 possent] possint G — possent facile] f. p. *R* — ita ut... regem ut *mq*. *P* (*bourdon*)

Digitized by Google

mine ipsum interficerent; unde, si id contigisset, haberet aditum promovendi sese in regem, ut saepius affectaverat. Directis itaque in Scotiam nuntiis, invitavit C Pictos milites ipsosque infra familiam regis recepit; receptos autem honorabat super omnes diversisque donariis ditabat, cibis etiam et potibus ultramodum satiabat, ita ut pro rege illum haberent. Adorantes igitur illum per plateas psallebant : « Dignus est Vortegirnus imperio dignusque sceptri Britanniae, Constans vero indignus. » Ad haec Vortegirnus magis ac magis eos domare nitebatur, ut magis placeret. At, cum amorem eorum omnino adeptus fuisset, inebriavit illos dixitque se velle recedere ex Britannia, ut ampliores possessiones perquireret: dicebat autem id tantillum quod habebat non posse sufficere ut L militibus stipendia praeberet. Deinde quasi tristis secessit ad hospitium suum ipsosque potantes in aula deseruit. Quo viso, ultra quam credi potest contristati sunt Picti, arbitrantes verum fuisse quod dixerat. Murmurantes ad invicem dicebant : « Utquid monachum istum vivere permittimus ? Utquid non interficimus eum, ut Vortegirnus solio regni potiatur? Quis etenim alius ei in regnum succederet? Dignus namque est imperio et honore, dignus etiam omni dignitate, qui nos ditare non cessat. »

[96] Post haec, irrumpentes thalamum, impetum fecerunt in Constantem, peremptoque illo, caput coram Vortegirno tulerunt. Quod cum inspexisset Vortegirnus, quasi contristatus in fletum erupit, nec unquam prius majori gaudio fluctuaverat.

47 ut] ita ut *G* — 48 in Scotiam nuntiis] n. in S. *G* — 49 autem] itaque *G* — 51 etiam *mq*. *E* — satiabat] satiebat *G* — 53 Vortegirnus] Vortigernus *P* — dignusque] dignus est *G* — 54 Vortegirnus] vortegirnus *P* — 55 eos domare nitebatur] eos honorabat *G*, eis donare n. *R* — 57 se velle] velle se *R* — 58 posse] posse sibi *EP* — 59 L] LX *G* — praeberet] praebent *G*, donaret *P* — deinde] denique *G* — 61 credi potest] p. c. *G* — 62 Murmurantes] M. vero *P* — 64 interficimus] interficiemus *G* — Vortegirnus] vortigernus *P* — 65 alius *mq*. *E* — 66 etiam] etiam est *P* — dignitate] diademate *P* —

[96] 2 coram] *mq*. *G*, coronam *E* — Vorteg.] Vortigerno *P* — 3 Vortegirnus] Vortigernus *P* — 4 erupit] prorupit *P*

Digitized by Google

Vocatis tamen civibus Londoniae (nam infra eam id contigerat), jussit cunctos proditores alligari, alligatosque decollari, quia tantum scelus facere praesumpserant. Fuerunt ergo qui aestimabant proditionem illam per Vortegirnum fuisse machinatam, Pictos vero nullatenus nisi assensu illius incepisse. Fuerunt etiam qui, nihil haesitantes, ipsum a tali crimine purgabant. Re tandem in dubio relicta, nutritores duorum fratrum, Aurelii Ambrosii atque Utherpendragon, diffugierunt cum eis in minorem Britanniam, timentes ne a Vortegirno perimerentur. Ibidem excepit illos rex Budicius et honore quo decebat educavit.

[2. *Vortegirn : les Saxons*]

[97] At Vortegirnus, cum neminem sibi parem in regno conspexisset, imposuit capiti suo diadema regni et comprincipes suos supergressus est. Proditione tandem ejus divulgata, insurrexerunt in eum comprovincialium insularum populi, quos Picti in Albaniam conduxerant. Indignati namque Picti commilitones suos, qui propter Constantem interfecti fuerant, in ipsum vindicare nitebantur. Anxiabatur igitur Vortegirnus cotidie damnumque exercitus sui in proeliando perpetiebatur. Anxiabatur etiam ex alia parte timore Aurelii Ambrosii fratrisque sui Utherpendragon, qui, ut praedictum est, in Minorem Britanniam propter ipsum diffugerant. Cotidianus etenim rumor aures ejus impleverat ipsos jam adultos esse, maxi-

5 id] *mq. E, après* nam *RP* — eam] illam *P* — 6 decollari] excollari *E* — 7 ergo] namque *G, mq. P* — 8 Vortegirnum] Vortigernum *P* — 9 assensu illius] per ipsum *G*, per ipsum et ejus assensu *P* — 10 etiam] itaque *G* — ipsum] illum *G* — 11 tandem] tamen *P* — dubio] dubium *P* — 12 atque] et *P* — Uther] uter *E* — 13 Vortegirno] vortigerno *P* — 14 excepit] recepit *P* — Budicius] Biducius *G*, Bubictus *P*

[97] 1 Vortegirnus] vortigernus *P* — in regno *mq. P* — 2 comprincipes] principes *G* — 3 suos] regni *P* — ejus *après* Proditione *G* — 4 insularum populi] p. i. *EP* — 5 namque] quoque *P* — 7 Vortegirnus] Vortigernus *P* — 8 perpetiebatur] patiebatur *R* — 9 etiam *mq. G* — fratrisque] fratris *E* — 10 Uther] uter *E* — est *mq. E* — 11 propter ipsum *mq. P* — 12 impleverat] repleverat *R* — maximumque navigium] maximum navigiumque *E*

Digitized by Google

mumque navigium construxisse, atque reditum suum in debitum regnum velle moliri.

[98] Interea applicuerunt tres ciullae, quas longas naves dicimus, in partibus Cantiae, plenae armatis militibus, quibus duo fratres, Horsus et Hengistus, ducatum praestabant. Fuerat tunc Vortegirnus Doroberniae, quae nunc Cantuaria dicitur, ut consuetudo eum conduxerat civitatem illam saepissime visitare. Cui cum retulissent nuntii ignotos viros magnaeque staturae homines in magnis navibus applicuisse, dedit pacem ipsosque ad se conduci praecepit. Mox, ut conducti fuerunt, vertit oculos suos in duos germanos : nam ipsi prae ceteris et nobilitate et decore praeeminebant. Cumque etiam ceteros aspectu peragrasset, quaesivit quae patria produxerat illos et quae causa eos in regnum suum direxerat. Cui Hengistus respondere pro aliis incepit (nam ipsum et maturior aetas et sapientia praeponebat) : « Rex ceterorum nobilissime, Saxonia tellus edidit nos, una ex regionibus Germaniae. Causa haec adventus nostri est, ut tibi sive alteri principi obsequium nostrum offeramus. Fueramus etenim expulsi a patria nostra, nec ob aliud nisi quia consuetudo regni expetebat. Consuetudo namque in patria nostra est ut, cum abundantia hominum in eadem supervenerit, conveniunt ex diversis provinciis principes et totius regni juvenes coram se venire praecipiunt. Deinde, projecta sorte, potiores atque fortiores eligunt, qui, extra regna petituri, victum sibi perquirant et patria, ex qua orti sunt, a superflua multitudine liberetur. Superfluente igitur noviter in regno nostro hominum copia, convenerunt principes nostri, sortemque projicientes elegerunt juventutem istam, quam in praesentia tua cernis, praeceperuntque ut consuetudini ab antiquo statutae parerent. Nos quoque duos germanos,

[98] 1 ciullae] celoces *R* — 4 Vortegirnus] Vortigernus *P* — 5 cum] illum *P* — 9 vertit] convertit *G* — suos *mq*. *R* — et nobilitate] in n. *P* — 11 aspectu *mq*. *P* — 12 eos *mq*. *R* — 14 Saxonia] saxonica *G* — 15 haec] autem *EP*— 17 offeramus] offeremus *E* — 19 est *après* namque *P* — 20 conveniunt] conveniant *R* — 21 et *mq*. *P* — 22 potiores] potentiores *G* — 23 extra] extera *P* — 25 in regno nostro *mq*. *P* — 27 praeceperuntque] praeceperunt *E* — 28 quoque] ergo *G* — duos germanos] fratres *R*

Digitized by Google

quorum ego Hengistus, iste Horsus nuncupamur, praefecerunt ei duces. Nam ex ducum progenie progeniti fueramus. Obedientes ergo decretis ab aevo sancitis, ingressi sumus maria regnumque tuum, duce Mercurio, petivimus. » Ad nomen itaque Mercurii erecto vultu, rex inquirit cujusmodi religionem haberent. Cui Hengistus : « Deos patrios, Saturnum, Jovem atque ceteros qui mundum gubernant, colimus, maxime autem Mercurium, quem Woden lingua nostra appellamus. Huic veteres nostri dedicaverunt quartam feriam septimanae, quae usque in hodiernum diem nomen wodenesdei de nomine ipsius sortita est. Post illum colimus deam inter ceteras potentissimam vocabulo Fream, cui etiam dedicaverunt sextam feriam, quam ex nomine ejus fridei vocamus. » Ad haec Vortegirnus : « De credulitate vestra (quae potius incredulitas dici potest) vehementer doleo. De adventu autem vestro gaudeo, quia in congruo tempore vos necessitati meae sive Deus sive alius obtulit. Opprimunt etenim me inimici mei undique et, si laborem proeliorum meorum mecum communicaveritis, retinebo vos honorifice infra regnum meum et diversis muneribus et agris ditabo. » Paruerunt illico barbari et, foedere confirmato, in curia ipsius remanserunt. Nec mora, emergentes ex Albania Picti exercitum valde grandem fecerunt coeperuntque aquilonares partes insulae devastare. Cumque id Vortegirno nuntiatum fuisset, collegit milites suos atque trans Humbrum in obviam perrexit. Deinde, ut cominus convenerunt hinc et illinc et cives et hostes, acerrimam pugnam commiserunt. Nec multum oportuit cives pugnare; nam Saxones qui aderant tam viriliter proeliabantu r, ita ut hostes, qui prius solebant vincere, sine mora in fugam propellerent.

29 iste] iste vero *RP* — 30 Nam] quia *R* — 35 mundum] mundum istum *EP* — maxime] maximum *G* — 38 nomen *mq*. *P* — wodenesdei] wodnesdei *G*, wonnesdei *E*, wodenesdai *P* — de nomine ...est *mq*. *P* — 39 ceteras] ceteros *P* — 40 Fream] feriam *G* — Fream... sextam *mq*. *E* (*bourdon*) — ex] de *G* — 41 fridei] fridey *G*, fridai *P* — Vortegirnus] Wortegirnus *E*, Vortigernus *P* — 42 quae *mq*. *E* — 44 obtulit] obtulerit *E* — etenim *mq*. *G* — 47 et diversis] diversisque *E* — 48 confirmato] firmati *P* — 51 Vortegirno] vortigerno *P* — 52 Deinde] Denique *G* — 56 qui prius] p.q. *G* — solebant vincere] v. s. *R*

Digitized by Google

[99] Vortegirnus ergo, per illos victoria potitus, donaria sua ampliavit eis atque duci eorum Hengisto dedit agros plurimos in Lindeseia regione, quibus sese et commilitones suos sustentaret. Hengistus ergo, cum esset vir doctus atque astutus, comperta amicitia quam rex adversus illum gerebat, ipsum in hunc sermonem adivit : « Domine, undique inquietant te inimici tui et pauci sunt ex concivibus tuis qui te diligunt. Omnes minantur tibi dicuntque se conducturos Aurelium Ambrosium ex Armorico tractu, ut, te deposito, ipsum in regem promoveant. Si placet ergo, mittamus in patriam nostram et invitemus milites ex ea, ut numerus noster ad certandum augeatur. Sed unam discretionem tuae clementiae implorarem, nisi repulsam pati timerem. » Ad haec Vortegirnus : « Mitte ergo legatos tuos ad Germaniam, et invita quos volueris, et pete a me quod desideras, et nullam repulsam patieris. » Inclinato igitur capite, grates egit Hengistus et ait : « Ditasti me largis mansionibus et agris, nec tamen eo honore quo ducem decuerat, cum duces me progenuerint. Quippe inter cetera danda esset mihi civitas, sive oppida, ut dignior inter proceres regni tui censerer. Dignitas namque consulis sive principis adhibenda esset ex utrorumque genere edito. » Cui Vortegirnus : « Prohibitus sum hujusmodi donaria vobis largiri, quia alienigenae estis et pagani, nec adhuc mores vestros et consuetudines agnosco, ut vos concivibus meis parificem ; nec, si vos ut proprios cives existimassem, inciperem donare quod proceres

[99] 1 Vortegirnus] vortigernus *P* — 3 Lindeseia] lindesia *G* — 4 ergo] vero *G* — atque] et *R* — 5 rex *mq*. *G* — illum] eum *G* — 6 te] me *P* — inquietant te *après* tui *E* — 7 pauci sunt ex concivibus tuis] concives tuos *E* — 8 conducturos] conducturum *P* — 10 placet] placet tibi *R* — 11 milites ex ea] ex ea m. *E* — noster] vester *P* — 12 unam discretionem] unum discretioni *R* — clementiae tuae] t. c. *G* — 13 Vortegirnus] vortigernus *P* — 14 ad] in *E* — quos] quod *E* — 15 quod] quae *G* — repulsam patieris] p. r. *G* — 16 igitur] *mq*. *G*, autem *R* — 18 progenuerint] progenuerunt *G* — 20 tui *mq*. *P* — consulis sive principis] p. s. c. *R* — 21 esset] esset mihi *E* — Vortegirnus] vortigernus *P* — 22 largiri] dare *E* — 23 consuetudines] consuetudinem *G* — 24 ut *mq*. *P* — 25 proceres] cives *G*

Digitized by Google

regni dissuaderent. » Cui Hengistus : « Concede, inquit, mihi, servo tuo, quantum una corrigia possit ambiri infra terram quam dedisti, ut ibidem promuntorium aedificem, quo me, si opus fuerit, recipiam. Fidelis etenim tibi sum, et fui, et ero, et in fidelitate tua, quae agere desidero, faciam. » Motus itaque rex verbis ipsius ejusdem petitioni acquievit praecepitque legatos suos in Germaniam mittere, ut milites ex ea invitati festinatum auxilium invitarent. Nec mora, missa in Germaniam legatione, cepit Hengistus corium tauri, atque ipsum in unam corrigiam redegit. Exinde saxosum locum, quem maxima cautela elegerat, circuivit cum corrigia et infra spatium metatum castellum aedificare incepit, quod, ut aedificatum fuit, traxit nomen ex corrigia, quia cum ea metatum fuerat : dictum namque fuit postmodum britannice Kaercarrei, saxonice vero Thanecastre, quod Latino sermone Castrum Corrigiae appellamus.

[100] Interea vero reversi sunt nuntii ex Germania conduxeruntque XVIII naves electis militibus plenas. Conduxerunt etiam filiam Hengisti, vocabulo Ronwen, cujus pulchritudo nulli secunda videbatur. Postquam autem venerunt, invitavit Hengistus Vortegirnum regem in domum suam, ut et novum aedificium et novos milites qui applicuerant videret. Venit illico rex privatim, et laudavit tam subitum opus, et milites invitatos retinuit. Ut ergo regiis epulis refectus fuit, egressa est puella de thalamo, aureum ciphum plenum vino ferens. Accedens deinde propius regi flexis genibus dixit : « Lauerd king, wasseil! » At ille, visa facie puellae, admiratus est tantum ejus decorem et incaluit. Denique interrogavit

26 inquit mihi] m. i. *G* — 27 ambiri] ambire *P* — 28 promuntorium] profugitorium *G* — 29 etenim] enim *P* — 30 Motus] Motis *E* — itaque] igitur *P* — 32 Germ.] germania *G* — 35 Exinde] exin *P* — quem] quam *G*, quod *E* — 36 cum] ex *E* — 40 Thanecastre] Thancastre *E*, Thanescastre *R*

[100] 3 Ronwen] Ronven *G*, Ronwein *E*, Rouwein *P* — 5 Vortegirnum] *mq. G*, vortigernum *P* — ut et] et ut *G*, et *E* — 6 applic.] applicuerunt *GP* — 8 ergo] vero *R*, igitur *P* — 9 est *mq. P* — 10 deinde] inde *P* — propius regi] r. p. *P* — 11 wasseil] wesseyl *G*, waesseil *E* — 12 tantum *mq. G* — interrogavit interpretem suum] interpr. s. interr. *R*

Digitized by Google

interpretem suum quid dixerat puella et quid ei respondere debeat. Cui interpres dixit : « Vocavit te *Dominum regem* et vocabulo salutationis honoravit. Quod autem respondere debes est : *Drincheil.* » Respondens deinde Vortegirnus « Drincheil! » jussit puellam potare, cepitque ciphum de manu ipsius, et osculatus est eam, et potavit. Ab illo die usque in hodiernum mansit consuetudo illa in Britannia, quia in conviis qui potat ad alium dicit « Wasseil! », qui vero post illum recipit potum respondet « Drincheil! » Vortegirnus autem diverso genere potus inebriatus, intrante Sathana in corde suo, amavit puellam et postulavit eam a patre suo. Intraverat, inquam, Sathanas in corde suo, quia, cum Christianus esset, cum pagana coire desiderabat. Hengistus illico, ut erat prudens, comperta levitate animi regis, consuluit fratrem suum Horsum ceterosque majores natu, qui secum aderant, quid de petitione regis facerent. Sed omnibus unum consilium fuit ut puella regi daretur regi et ut peterent pro ea provinciam Cantiae ab illo. Nec mora, data fuit puella Vortegirno et provincia Cantiae Hengisto, nesciente Gorangono comite, qui in eadem regnabat. Nupsit itaque rex eadem nocte paganae, quae ultra modum placuit ei. Unde in inimicitiam procerum et filiorum suorum citissime incidit. Generaverat namque filios primitus, quibus erant nomina Vortimer, Katigernus, Paschent.

In tempore illo venit sanctus Germanus Autisiodorensis episcopus, et Lupus Trecacensis, ut verbum Dei Britonibus praedicarent. Corrupta namque fuerat christianitas eorum,

13 ei] *après* quid *E*, *mq*. *P* — 15 Quod] quid *G*— 16 Drincheil] drinkheyl *G*, drincheheil *P* — 16 Respondens... Drincheil *mq*. *G* — 18 ipsius] ejus *P* — Ab illo] Et ab illo autem *G* — 19 quia... wasseil *mq*. *G* — 20 wasseil] waesseil *E* — 21 recipit *après* vero *G* — respondet] dicit *P* — Drincheil] drinkheil *G*, drincheheil *P* — Vortegirnus] vortigernus *P* — 25 amavit... in corde suo *mq*. *E* (*bourdon*) — illico] ergo *P* — 26 consuluit] consulit *G* — 27 Horsum *mq*. *G* — 28 fuit *mq*. *R* — 29 daretur regi] r. d. *EP* — 30 Vortegirno] vortigerno *P* — 31 Gorangono] Gorangano *P* — 32 paganae *mq*. *P* — 33 in *mq*. *GE* — 34 suorum *mq*. *P* — filios] III f. *G* — 35 Katigernus] Karkartigern *R*, Katigernus *P* — Paschent] p. vel pascentius *G* — 36 tempore illo] i. t. *G* — 37 episcopus *mq*. *R*

Digitized by Google

tum propter paganos, quos rex in societatem eorum posuerat, tum propter Pelagianam heresim, cujus venenum ipsos multis diebus affecerat. Beatorum igitur virorum praedicatione restituta est inter eos verae fidei religio, qui a multis miraculis cotidie praeclarebant. Multa per eos miracula ostendebat Deus, quae Gildas in tractatu suo luculento dictamine peravit.

[101] Data autem puella regi, ut praedictum est, dixit Hengistus ad eum : « Ego sum pater tuus et consiliator tibi esse debeo : noli praeterire consilium meum, quia omnes inimicos tuos virtute gentis meae superabis. Invitemus adhuc filium meum Octam cum fratruele suo Ebissa : bellatores enim viri sunt. Da eis regiones quae sunt in aquilonaribus partibus Britanniae, juxta murum inter Deiram et Scotiam. Detinebunt namque ibidem impetum barbarorum, ita ut in pace citra Humbrum remanebis. » Paruit Vortegirnus praecepitque illos invitare quoscumque scirent ad auxilium sibi valere. Missis igitur legatis, venerunt Octa et Ebissa et Cherdich cum trecentis navibus armata manu repletis, quos omnes suscepit Vortegirnus benigne maximisque muneribus donavit. Vincebat namque inimicos suos per eos et in omni proelio victor existebat. Hengistus etiam invitabat paulatim naves et cotidie numerum suum augebat. Quod cum vidissent Britones, timentes proditionem eorum, direxerunt regi, ut ipsos ex finibus regni sui expelleret. Non enim debebant pagani christianis communicare nec intromitti, quia christiana lex prohibebat. Insuper tanta multitudo advenerat, ita ut civibus terrori essent. Jam nesciebatur quis paganus esset, quis chris-

39 quos... posuerat *mq*. *E* — 41 igitur] ergo *E* — 42 verae *mq*. *R*

[101] 1 dixit Hengistus] h. d. *R* — 2 eum] regem *G*, eam *R* — 3 praeterire] pretermittere *G* — 5 Ebissa] Ebissam *G*, Abissa *P* — viri sunt] sunt viri *E* — 9 remanebis] remanebit *G* — Vortegirnus] Vortigernus *P* — praecepitque] praecepit *G* — illos] illis *EP*, *mq*. *R* — 11 igitur] itaque *E*, illico *RP* — Ebissa] Abissa *P* — Cherdich] Cherdic G, Cheedich *P* — 13 Vortegirnus] vortigernus *P* — 15 paulatim] paulisper *G* — 16 Quod] quos *G* — proditionem] audaciam *E* — ex] a *R* — 18 pagani christianis] c. p. *R* — 21 essent] esset *R*

Digitized by Google

tianus, quia pagani filias et consanguineas eorum sibi associaverant. Talia objicientes dissuadebant regi retinere illos, ne in proditione aliqua cives supergrederentur. At Vortegirnus diffugiebat consilio eorum acquiescere, quia super omnes gentes propter conjugem suam ipsos diligebat. Quod cum vidissent Britones, deseruerunt illico Vortegirnum et unanimiter irati Vortimer, filium suum, in regem erexerunt. Qui adquiescens eis per omnia incepit expellere barbaros atque oppugnare et diris irruptionibus afficere. Quatuor bella gessit cum eis et in omnibus superavit : primum super flumen Derwent; secundum super vadum Episford, ubi convenerunt Horsus et Katigernus, alter filius Vortegirni, congressuque facto ceciderunt ambo, alter alterum letaliter aggressus; tertium bellum super ripam maris, quo, naves muliebriter ingressi, diffugerunt hostes et insulam Thaneth pro refugio adiverunt. At Vortimer obsedit eos ibidem et navali proelio cotidie infestabat; cumque impetum Britonum diutius tolerare nequirent, miserunt Vortegirnum regem, qui in omnibus bellis cum ipsis aderat, ad filium suum Vortimer, petentes licentiam abscedendi petendique Germaniam cum salute. Cumque inde colloquium haberent, interim ingressi sunt ciulas suas, relictisque mulieribus et filiis Germaniam redierunt.

[102] Victoria deinde potitus Vortimerius cepit reddere possessiones ereptas civibus, ipsosque diligere atque honorare, et ecclesias, jubente sancto Germano, renovare. Sed, boni-

22 associaverant] associaverunt *G* — 24 Vortegirnus] vortigernus *P* — 26 ipsos] eos *P* — 27 Britones] b. irati *E* — Vortegirnum] vortigernum *P* — 28 Vortimer] vortimerum *ER*, vortimen *P* — 29 incepit] cepit *G* — expellere barbaros] b. e. *G* — 31 Derwent] derwend *E* — 32 Episford] Epiford *G* , Epifford *E*, Epifrord *R* — 33 Catigernus] katigirnus *G* — Vortegirni] vortigerni *P* — 35 ingressi] disgressi *G* — 36 diffugerunt] diffugierunt *G* — Thaneth] taneht *G*, thanech *P* — 38 Vortimer] vortimerus *E*, vortimerius *RP* — 39 Vortegirnum] vortigernum *P* — 40 Vortimer] vortimerum *E*, vortimerium *RP* — 41 petendique Germaniam] Germaniamque petendi *P* — 42 interim *mq. P* — ciulas] ciullos *P*, crulas *E*, caulas *P*

[102] 1 Vortimerius] vortimerus *E* — 2 atque] et *EP* — 3 et] atque *P*

Digitized by Google

tati ejus invidit illico diabolus, qui, in corde Ronwen novercae suae ingressus, incitavit eam ut neci ipsius immineret. Quae, accitis universis veneficiis, dedit illi per quemdam familiarem suum venenum potare, quem innumerabilibus donariis corruperat. Quod cum hausisset inclytus bellator ille, subita infirmitate gravatus est, ita ut nullam spem vivendi haberet. Nec mora, jussit omnes milites suos venire ad se et, indicata morte quae superveniebat, distribuit eis aurum atque argentum suum et quicquid atavi congesserant. Flentes quoque et ejulantes consolabatur, docens viam universae carnis esse, quam initurus erat. Audaces autem et bellicosos juvenes, qui ei in debellationibus suis astare solebant, hortabatur, ut pro patria pugnantes eam ab hostili irruptione tueri niterentur. Audacia autem maxima docente, jussit pyramidem sibi fieri aeriam locarique in portu quo Saxones applicare solebant, corpus vero suum, postquam defunctum foret, sepeliri desuper, ut, viso busto, barbari retortis velis in Germaniam redirent. Dicebat enim neminem illorum audere propius accedere, si etiam bustum ipsius aspicerent. O maximam viri audaciam, qui eis, quibus vivus terrori fuerat, post obitum etiam ut timeretur optabat. Sed, defuncto illo, aliud egerunt Britones, quia in urbe Trinovantum corpus illius sepelierunt.

[103] Post obitum autem ipsius restitutus est Vortegirnus in regnum, qui, precibus conjugis suae commotus, misit nuntios suos ad Hengistum in Germaniam mandavitque sibi ut iterum in Britanniam rediret, attamen privatim et cum paucis, quia timebat ne, si aliter supervenisset, discordia inter

4 ejus] ipsius *R* — illico *mq*. *P* — Ronwen] Roawen *E* — 6 Quae] q. ergo *EP* — 7 suum] suum secum *G* — 14 esse *mq*. *P* — initurus] iturus *G* — 15 debellationibus] bellationibus *G* — 17 autem] tamen *P* — 18 sibi] *mq*. *E*, *après* fieri *G* — aeriam] atritam *G* — 20 retortis] retorsis *G* — velis retortis *après* redirent *R* — 22 aspicerent] inspicerent *P* — illius] ipsius — 26 sepelierunt] sepelirent *G*

[103] 1 autem] vero *R* — ipsius] ejus *P* — Vortegirnus] vortigernus *P* — 3 Hengistum] engistum *R* (*et partout ensuite*) — 5 supervenisset] veniret *G*

Digitized by Google

barbaros et cives oriretur. Hengistus ergo, audito obitu Vortimerii, trecenta milia armatorum associavit, paratoque navigio in Britanniam reversus est. Sed cum tantae multitudinis adventus Vortegirno et principibus regni nuntiatus esset, indignati sunt valde, initoque consilio constituerunt proeliari cum eis atque ipsos ex litoribus expellere. Quod cum filia sua Hengisto per internuntios indicasset, confestim cogitavit quid potius contra id agendum esset. Diversis igitur machinationibus peragratis, unum ex omnibus elegit, ut gentem regni sub specie pacis adoriretur prodere. Misit itaque legatos suos ad regem jussitque nuntiare quod non conduxerat tantam multitudinem virorum ut vel secum in regno remanerent, vel violentiam aliquam cum eis patriae ingereret. Erat namque causa cur eam conduxisset, quia existimabat Vortimerium adhuc vivere : cui per eos affectabat resistere, si illum expugnare incepisset. Quoniam autem non haesitabat ipsum defunctum esse, committebat sese et populum suum dispositioni Vortegirni, ut quod optaret ex tanto numero in regnum suum retinuisset, et quos refutandos censeret concedebat ut in Germaniam sine dilatione rediissent ; et, si id Vortegirno placuisset, tunc petebat ipse ut diem et locum nominasset Vortegirnus, quo pariter convenirent et omnia ex voluntate sua disposuisset. Talia namque ut regi nuntiata fuerunt, placuerunt ei vehementer, quia invitus sineret Hengistum abire. Postremo jussit et cives et Saxones Kalendis Maii, quae jam instare incipiebant, juxta coenobium Ambrii convenire, ut ibidem praedicta statuerentur.

6 Vortimerii] vortimeri *R* — 7 paratoque] parat *G*, paratque *R* — 9 Vortegirno] vortigerno *P* — esset] fuisset *P* — 10 initoque] et inito *P* — proeliari cum eis] c. e. p. *P* — 11 expellere] propellere *R* — 12 quid] quod *G* — 13 potius] p. sibi *R* — 15 adoriretur] adiret *G* — itaque] igitur *G* — 18 namque] enim *E* — 19 Vortimerium] vortimerum *E* — Vortimerium adhuc] a. v. *E* — 21 incepisset] cepisset — non *mq*. *P* — 24 concedebat] condecebat *E* — in Germaniam *après* dilatione *P* — 25 id *mq*. *R* — Vortegirno] vortigerno *P* — 26 Vortegirnus] vortigernus *P* — 28 ut regi] r. ut *P* — 30 et cives] cives *G* — 31 juxta coenobium] in pago *EP*

Digitized by Google

[104] Quod cum in utraque parte concessum esset, Hengistus, nova proditione usus, praecepit commilitonibus suis ut unusquisque longum cultrum infra caligas absconditum haberet; et, cum colloquium securius tractarent Britones, ipse daret eis hoc signum : « Nimed oure saxes » ; unde quisque paratus astantem Britonem audacter occuparet atque, abstractis cultris, ocius ipsum jugularet. Nec mora, statuta die instante, convenerunt omnes infra nominatam urbem et de pace habenda colloquium inceperunt. Ut igitur horam proditionis suae idoneam inspexisset Hengistus, vociferatus est : « Nimed oure saxes. » Et ilico Vortegirnum accepit et per pallium detinuit. Audito vero ocius signo, abstraxerunt Saxones cultros suos, et astantes principes invaserunt, ipsosque nihil tale praemeditatos jugulaverunt circiter quadringentos sexaginta, inter barones et consules, quorum corpora beatus Eldadus postmodum sepelivit atque christiano more humavit, haud longe a Kaercaraduc, quae nunc Salesberia dicitur, in cimiterio, quod juxta coenobium Ambrii abbatis, qui olim fundator ipsius extiterat. Omnes enim sine armis advenerant, nec aliud nisi de pace tractanda existimabant. Unde ceteri, qui propter proditionem accesserant, levius ipsos inermes interficere potuerunt.

[105] Non impune tamen hoc egerunt pagani, quia multi eorum perempti fuerunt, dum neci ceterorum imminerent :

[104] 1 concessum] statutum *G* — 2 proditione] arte *E* — 3 infra... (absconditum *mq*. *P*) haberet] ad latus more suorum habens voci suae obediret *E* — 5 Nimed] nemet *E*, nimeth *P* — saxes] sexes *G*, saxas *E* — unde quisque] unusquisque *E* — 6 audacter... atque] jugularet atque audacter occuparet et *G* — 7 jugularet] interficeret *G* — 8 nominatam urbem] provinciam nominatam *E*, nominatam provinciam *P* — 9 proditionis suae] proposito suo *E*, proditioni suae *R* — 10 idoneam *mq*. *G* — Nimed] nime *E*, nimeth *P* — 11 saxes] sexes *G*, saxas *E* — Vortegirnum] vortigernum *P* — 12 vero *mq*. *P* — 14 sexaginta inter *mq*. *P* — 15 quorum... extiterat *mq*. *R* — Eldadus] eldatus *G* — postmodum *mq*. *G* — 16 humavit *mq*. *G* — 17 Kaercaraduc] caercaraduch *G* — quod] quodam *P* — 18 ipsius] illius *P* — 19 advenerant] convenerant *P* — nec aliud nisi] quia *P* — 20 proditionem] eorum patriam *E*, seditionem *P*

[105] 1 tamen *mq*. *P* — 2 eorum perempti] p. e. *P*

Digitized by Google

eripiebant enim Britones ex tellure lapides et fustes atque, sese defendere volentes, proditores illidebant. Aderat ibi consul Claudiocestriae vocabulo Eldol, qui, visa proditione, sustulit palum quem forte invenerat et defensioni vacavit : quemcumque attingebat, confringens ei membrum quod percutiebat, dirigebat confestim ad Tartara ; alii caput, alii brachia, ali scapulas, compluribus etiam crura elidens, terrorem non minimum inferebat. Nec prius ex illo loco discessit, donec septuaginta viros consumpto palo interfecit. Nam cum tantae multitudini resistere nequivisset, divertit sese ab illis atque civitatem suam petivit. Multi hinc et inde ceciderunt, sed victoriam habuerunt Saxones. Britones namque nihil tale praemeditati inermes advenerant, unde minime resistere potuerunt. Ut igitur inceptum nefandum peregerunt Saxones, noluerunt interficere Vortegirnum, sed mortem comminantes ligaverunt eum petiveruntque civitates suas atque munitiones pro vita. Quibus illico quicquid affectaverant concessit, ut vivus abscedere sineretur. Cumque id jurejurando confirmatum fuisset, solverunt eum a vinculis atque urbem Londoniae primitus adeuntes ceperunt. Ceperunt deinde Eboracum et Lindocolinum, necnon et Wintoniam, quasque provincias devastantes. Invadebant undique cives, quemadmodum lupi oves, quas pastores deseruerunt. Cum ergo tantam cladem inspexisset Vortegirnus, secessit in partibus Kambriae, inscius quid contra nefandam gentem ageret.

7 attingebat] at. cum illo *EP*— 8 confestim *mq*. *P* — 10 ex] ab *P* — discessit] abscessit *ER*, secessit *P* — 11 palo] illo palo *P* — cum tantae multitudini] t. m. c. *G* — 12 sese] se *G* — 13 petivit] adivit *P* — et inde] multi inde *P* — 15 potuerunt] poterant *P* — 16 inceptum nefandum] n. i. *P* — peregerunt] peragerent *G* — 17 Vortegirnum] vortigernum *P* — 18 petiveruntque] petierunt *P* — 21 eum *mq*. *G* — 22 adeuntes *mq*. *P* — Eboracum et Lindocolinum] E. et Lincolinum *G*, Lincolniam et E. *P* — 23 quasque] quascumque *P* — 24 quemadmodum] quasi *P* — 26 Vortegirnus] vortigernus *P* — partibus] partes *RP* — 27 ageret] faceret *ER*

Digitized by Google

[*3. Histoire et prophéties de Merlin*]

[106] Vocatis denique magis suis, consuluit illos jussitque dicere quid faceret. Qui dixerunt ut aedificaret sibi turrim fortissimam, quae sibi tutamen foret, cum ceteras munitiones amisisset. Peragratis ergo quibusque locis, ut eam in congruo loco statueret, venit tandem ad montem Erir, ubi, coadunatis ex diversis patriis caementariis, jussit turrim construere. Convenientes itaque lapidarii coeperunt eam fundare. Sed quicquid una die operabantur, absorbebat tellus illud in altera, ita ut nescirent quorsum opus suum evanesceret. Cumque id Vortegirno nuntiatum fuisset, consuluit iterum magos suos, ut causam rei indicarent. Qui dixerunt ut juvenem sine patre quaereret quaesitumque interficeret, ut sanguine ipsius caementum et lapides aspergerentur. Id enim prodesse asserebant, ut fundamentum constaret. Nec mora, mittuntur legati per universas provincias, ut talem hominem invenirent. At cum in urbem quae postea Kaermerdin vocata fuit venissent, conspexerunt juvenes ante portam ludentes et ad ludum accesserunt. Fatigati autem itinere sederunt in circo, exploraturi quod quaerebant. Denique, cum multum diei praeterisset, subita lis orta est inter duos juvenes, quorum erant nomina Merlinus atque Dinabutius. Certantibus vero ipsis, dixit Dinabutius ad Merlinum : « Quid mecum contendis, fatue ? Nunquam nobis eadem erit nobilitas. Ego enim ex origine regum editus sum, ex utraque parte generationis meae : de te autem nescitur quis sis, cum patrem non habeas. » Ad verbum istud, erexerunt legati vultus suos atque, intuentes in Merlinum, interrogaverunt circumstantes quis esset. Quibus illi dixerunt quia nesciebatur quis pater

[106] 1 illos] eos *G* — 4 quibusque] quibusdam *E* — 6 diversis patriis] illa patria *G* — 8 tellus illud] i. t. *P* — 9 suum *mq. R* — Cumque] cum *G* — 11 rei] ei hujus rei *P* — juvenem] hominem *R* — 12 sanguine ipsius caementum] c. s. i. *E* — 16 postea *mq. G*, *après* At *E* — Kaermerdin] Karmerdin *G* — 19 in circo] ibi *P* — 23 eadem erit] erit eadem *P* — 24 regum] regis *P* — editus *mq. P*

Digitized by Google

eum progenuerat, mater vero filia fuerat regis Demetiae, quae in ecclesia sancti Petri in eadem urbe inter monachas degebat.

[107] Festinantes itaque nuntii venerunt ad praefectum urbis praeceperuntque ei ex parte regis ut Merlinus cum matre sua ad regem mitteretur. Praefectus illico, cum causam legationis eorum cognovisset, misit Merlinum et matrem suam ad Vortegirnum, ut de eis libitum suum perficeret. Et cum in praesentia ipsius adducti essent, excepit rex diligenter matrem, quia eam sciebat nobilibus natalibus ortam. Deinde inquirere coepit ab illa ex quo viro conceperat. Cui illa dixit : « Vivit anima tua et vivit anima mea, domine mi rex, quia neminem agnovi, qui illum in me generavit. Unum autem scio quod, cum essem inter consocias meas in thalamis nostris, apparebat mihi quidam in specie pulcherrimi juvenis et saepissime, amplectens me strictis brachiis, deosculabatur; et cum aliquantulum mecum moram fecisset, subito evanescebat, ita ut nihil ex eo viderem. Multotiens quoque alloquebatur dum secreto sederem nec usquam comparebat ; cumque me diu in hunc modum frequentasset, coivit mecum in specie hominis saepius atque gravidam in alvo deseruit. Sciat prudentia tua, domine mi, quod aliter virum non agnovi, qui juvenem istum genuerit. » Admirans itaque rex jussit Maugantium ad se vocari, ut sibi manifestaret si id quod dixerat mulier fieri potuisset. Adductus autem Maugantius, auditis

29 progenuerat] genuerat *G* — vero] autem *R* — filia fuerat] fuerat filia *G*, filia erat *P* — 30 eadem *mq*. *P*

[107] 3 ad regem mitteretur] veniret ad regem *P* — causam... cognovisset] cognovisset causam legationis cognovisset *P* — 5 Vortegirnum] vortigernum *P* — 6 ipsius] illius *E*, regis *R* — essent] fuissent *ER* — 7 eam sciebat] s. e. *G* — nobilibus] nobilius *R* — natalibus] *après* ortam *G*, *mq*. *E* — 8 ex *mq*. *P* — conceperat] juvenem juvenem c. *E*, juvenem c. *P* — 9 tua] mea *ER* — mea] tua *ER* — domine mi rex *mq*. *R* — domine *mq*. *P* — 10 generavit] *G* — 11 consocias] socias *G* — 13 strictis brachiis] br. suis *G* — et] ut *P* — 15 quoque *mq*. *P* — alloquebatur] a. me *G* — 16 nec usquam comparebat] usque competebat — 17 diu *mq*. *E* — 18 saepius] ipsius *E* — deseruit] reliquit *G* — 20 Maugantium] Marigancium *P* — 21 vocari] venire *P*

Digitized by Google

omnibus ex ordine, dixit ad Vortegirnum : « In libris philosophorum nostrorum et in pluribus historiis repperi multos homines hujusmodi procreationem habuisse. Nam, ut Apulegius de deo Socratis perhibet, inter lunam et terram habitant spiritus, quos incubos daemones appellamus. Hi partim habent naturam hominis, partim vero angelorum et, cum volunt, assumunt sibi humanas figuras et cum mulieribus coeunt. Forsitan unus ex eis huic mulieri apparuit et juvenem istum in ipsa generavit. »

[108] Cumque omnia auscultasset Merlinus, accessit ad regem et ait : « Utquid ego et mater mea in praesentia tua adducti sumus ? » Cui Vortegirnus : « Magi mei dederunt mihi consilium ut hominem sine patre perquirerem, ut opus meum sanguine ipsius irrigaretur et staret. » Tunc ait Merlinus : « Jube magos tuos venire coram me, et convincam illos mendacium adinvenisse. » Admirans continuo rex super verba illius jussit venire magos et coram Merlino sedere. Quibus ait Merlinus : « Nescientes quid fundamentum inceptae turris impediat, laudavistis ut sanguis meus diffunderetur in caementum et quasi ilico opus constaret. Sed dicite mihi, quid sub fondamento latet ? Nam aliquid sub illo est, quod ipsum stare non permittit. » Expavescentes autem magi conticuerunt. Tunc ait Merlinus, qui et Ambrosius dicebatur : « Domine mi rex, voca operarios tuos, et jube fodere terram, et invenies stagnum sub ea, quod turrim stare non permittit. » Quod cum factum fuisset, repertum est stagnum sub terra, quod eam instabilem fecerat. Accessit iterum Ambrosius Merlinus ad magos et

23 Vortegirnum] vortigernum *P* — in *mq.* *G* — 24 repperi] reperitur *P* — 25 Apulegius] apuleius *R* — 26 lunam et terram] t. et l. *P* — 27 partim] partem *G* — 28 hominis] hominum *ER* — vero *mq.* *P* — et] sed *P* — 31 generavit] genuerat vel generavit *P*

[108] 1 auscultasset] ascultasset *G* — 2 ait] dixit *E* — 3 Vortegirnus] vortigernus *P* — 5 irrigaretur] irroraretur *EP* — 7 verba] verbis *ER* — jussit] j. continuo *R* — 8 Merlino] illo *P* — ait Merlinus] m. a. *G* — 10 laudavistis] laudatis *G* — 11 constaret] staret *G* — sub *mq.* *R* — 16 ea] terra *P* — turrim... terra quod *mq.* *P* — 18 *Après* fecerat : et fecit sic, quod factu sit inventum *P* — Ambrosius Merlinus] m. a. *P*

Digitized by Google

ait : « Dicite mihi, mendaces adulatores, quid sub stagno est. » Nec unum verbum respondentes obmutuerunt. « Praecipe hauriri stagnum per rivulos et videbis in fundo duos concavos lapides et in illis duos dracones dormientes. Credidit rex verbis ejus, quia verum dixerat de stagno, et jussit illud hauriri, et Merlinum super omnia admirabatur. Admirabantur etiam cuncti qui astabant tantam in eo sapientiam, existimantes numen esse in illo.

[109] Nondum autem ad hunc locum historiae perveneram, cum, de Merlino divulgato rumore, compellebant me undique contemporanei mei prophetias ipsius edere, maxime autem Alexander Lincolniensis episcopus, vir summae religionis et prudentiae. Non erat alter in clero sive in populo cui tot nobiles famularentur, quos mansueta pietas ipsius et benigna largitas in obsequium suum alliciebat. Cui cum satisfacere praeelegissem, prophetias transtuli et eidem cum hujus modi litteris direxi.

[110] « Coegit me, Alexander Lincolliensis praesul, nobilitatis tuae dilectio prophetias Merlini de britannico in latinum transferre, antequam historiam perarassem, quam de gestis regum

20 *Après* obmutuerunt : Tunc ait Merlinus regi *P* — 21 hauriri stagnum] s. h. *E*, haurire s. *P* — 23 et jussit] j. *P* — 26 *Après* in illo : Explicit liber sextus, Incipit liber septimus *R*

[109] 1 locum historiae] h. l. *G* — 2 compellebant] appellebant *G* — me *mq. E* — 3 autem] vero *P* — 4 Lincolniensis] Lincolliensis *G*, Linconiensis *ER* — episcopus] praesul *G* — summae religionis et prudentiae] prudens et eruditus *P* — 5 Non erat... alliciebat *mq. P* — alter *mq. E* — 7 Cui....concentum] (chap. 110) Quibus satisfacere volens, ejus prophetias, antequam historiam, quam de gestis Britonum inceperam, perarassem, de britannico in latinum transtuli. Proposueram namque historiam prius perficere istudque opus subsequenter explicare, ne, dum uterque labor incumberet, sensus meus ad singula minus sufficeret. Quoniam igitur sic illis placuit, ut huic vaticinio fistulam meam imponam, si quid vitiose minusve ordinate sonuerit, venia donanda est, quia libens pareo et pudibundus Brito non doctus canere, quod in britannico Merlinus dulciter et metrice cecinit, utcumque potui, licet immoderate, tamen latine persono *P* — 9 direxi] direxit *G*

[110] 1 Coegit] cogit *R* — Lincolliensis] Lincolinensis *E*. Linconiensis *R* — 3 perarassem] parassem *E*

Digitized by Google

Britannicorum inceperam. Proposueram enim illam prius perficere istudque opus subsequenter explicare, ne, dum uterque labor incumberet, sensus meus ad singula minor fieret. Attamen, quoniam securus eram veniae quam discretio subtilis ingenii tui donaret, agrestem calamum meum labellis apposui et plebeia modulatione ignotum tibi interpretatus sum sermonem. Admodum autem admiror quia id pauperi stylo dignatus eras committere, cum tot doctiores, tot ditiores virga potestatis tuae coerceat, qui sublimioris carminis delectamento aures Minervae tuae mulcerent. Et ut omnes philosophos totius Britanniae insulae praeteream, tu solus es, quod non erubesco fateri, qui prae cunctis audaci lyra caneres, nisi te culmen honoris ad cetera negotia vocaret. Quoniam ergo placuit ut Gaufridus Monemutensis fistulam suam in hoc vaticinio sonaret, modulationibus suis favere non diffugias et, si quid inordinate sive vitiose protulerit, ferula Camenarum tuarum in rectum advertas concentum. »

[111] Sedente itaque Vortegirno, rege Britonum, super ripam exhausti stagni, egressi sunt duo dracones, quorum unus erat albus, et alter rubeus. Cumque alter alteri appropinquaset, commiserunt diram pugam et ignem anhelitu procreabant. Praevalebat autem albus draco rubeumque usque ad extremitatem lacus fugabat. At ille, cum se expulsum doluisset, impetum fecit in album ipsumque retroire coegit. Ipsis ergo in hunc modum pugnantibus, praecepit rex Ambrosio Merlino dicere quid proelium draconum portendebat. Mox ille in fletum erumpens spiritum hausit prophetiae et ait :

4 Britannicorum] britannorum *R* — illam *mq. E* — 5 uterque labor] utrumque opus *G* — 8 labellis] labiis *E* — 9 plebeia modulatione] plebeio modulamine *R* — 11 tot ditiores *mq. G* — 13 philosophos *mq. G* — 15 quod] quem *E* — audaci] audacior *G* — 17 Monemutensis] monumetensis *G* — 19 si quid] quicquid *R* — vitiose] otiose *G* — 20 advertas] avertas *E*, convertas *R* — *Après* concentum : Explicit prologus Incipiunt prophetiae *R*

[111] 1 Vortegirno] vortigerno *P* — rege Britonum *mq. P* — Britonum *mq. G* — 2 duo *mq. P* — 3 et alter] et aliuś *ER* , alter vero *P* — 10 ait] dixit *R*

Digitized by Google

[112] « Vae rubeo draconi, nam exterminatio ejus festinat. Cavernas ipsius occupabit albus draco, qui Saxones quos invitasti significat. Rubeus vero gentem designat Britanniae, quae ab albo opprimetur.

Montes itaque ejus ut valles aequabuntur et flumina vallium sanguine manabunt. Cultus religionis delebitur et ruina ecclesiarum patebit.

Praevalebit tandem oppressa et saevitiae exterorum resistet. Aper etenim Cornubiae succursum praestabit et colla eorum sub pedibus suis conculcabit. Insulae oceani potestati ipsius subdentur et gallicanos saltus possidebit. Tremebit romulea domus saevitiam ipsius et exitus ejus dubius erit. In ore populorum celebrabitur et actus ejus cibus erit narrantibus. Sex posteri ejus sequentur sceptrum, sed post ipsos exsurget germanicus vermis.

Sublimabit illum aequoreus lupus, quem affricana nemora comitabuntur. Delebitur iterum religio et transmutatio primarum sedium fiet. Dignitas Londoniae adornabit Doroberniam et pastor Eboracensis septimus in armorico regno frequentabitur. Menevia pallio Urbis Legionum induetur et praedicator Hiberniae propter infantem in utero crescentem obmutescet. Pluet sanguineus imber et dira fames mortales afficiet. His supervenientibus dolebit rubeus, sed emenso labore vigebit.

Tunc infortunium albi festinabit et aedificia hortulorum ejus diruentur. Septem sceptrigeri perimentur et unus eorum sanctificabitur. Ventres matrum secabuntur et infantes abortivi erunt. Erit ingens supplicium hominum, ut indigenae restituantur. Qui faciet haec, aeneum virum induet et per multa tempora super aeneum equum portas Londoniae servabit.

[112] 2 draco *mq*. *P* — 3 designat Britanniae] b. d. *P* — 4 albo] illo *P* 10 suis] *mq*. *E*, ejus *P* — 15 sed] et *P* — ipsos] illos *P* — 17 iterum] igitur it. *P* — transmutatio] transformatio *P* — 18 fiet] erit *G* — Londoniae] Lundoniae *G* — 19 septimus] septimo *E* — 26 perimentur] perimuntur *P* — 27 secabuntur] truncabuntur *P* — 29 Qui] quis *G* — faciet] facit *P*

Digitized by Google

Exin in proprios mores revertetur rubeus draco et in seipsum saevire laborabit. Superveniet itaque ultio Tonantis, quia omnis ager colonos decipiet. Arripiet mortalitas populum cunctasque nationes evacuabit. Residui natale solum deserent et exteras culturas seminabunt. Rex benedictus parabit navigium et in aula duodecimi inter beatos annumerabitur. Erit miseranda regni desolatio et areae messium in fruticosos saltus redibunt. Exsurget iterum albus draco et filiam Germaniae invitabit. Replebuntur iterum hortuli nostri alieno semine et in extremitate stagni languebit rubeus. Exin coronabitur Germaniae vermis et aeneus princeps humiliabitur. Terminus illi positus est, quem transvolare nequibit.

[113] Centum namque quinquaginta annis in inquietudine et subjectione manebit, trecentum vero insidebit.

Tunc exsurget in illum aquilo et flores quos zephirus procreavit eripiet. Erit deauratio in templis nec acumen gladiorum cessabit. Vix obtinebit cavernas suas germanicus draco, quia ultio proditionis ejus superveniet.

Vigebit tandem paulisper, sed decimatio Neustriae nocebit. Populus namque in ligno et ferreis tunicis superveniet, qui vindictam de nequitia ipsius sumet. Restaurabit pristinis incolis mansiones et ruina alienigenarum patebit. Germen albi draconis ex hortulis nostris abradetur et reliquiae generationis ejus decimabuntur. Jugum perpetuae servitutis ferent matremque suam ligonibus et aratris vulnerabunt.

Succedent duo dracones, quorum alter invidiae spiculo suffocabitur, alter vero sub umbra hominis redibit.

Succedet leo justiciae, ad cujus rugitum gallicanae turres et insulani dracones tremebunt. In diebus ejus aurum ex lilio

32 revertetur] revertitur *P* — 35 cunctasque] cunctas *R* — 36 exteras] externas *E* — 37 duodecimi inter beatos] i. b. duodecimus *E* — 38 in fruticosos] infructuosos *GP* — 39 redibunt] reddent *G* — 40 iterum *après* semine *G* — 42 humiliabitur] humabitur *ER*

[113] 1 in *mq. P* — 2 vero] autem *P* — 5 cavernas] catervas *P* — draco] vermis *G* — 7 tandem] tamen *E* — 12 ejus *mq. P* — decimabuntur] declinabuntur *G*

Digitized by Google

et urtica extorquebitur et argentum ex ungulis mugientium manabit. Calamistrati varia vellera vestibunt et exterior habitus interiora signabit. Pedes latrantium truncabuntur, pacem habebunt ferae, humanitas supplicium dolebit. Findetur forma commercii, dimidium rotundum erit. Peribit milvorum rapacitas et dentes luporum hebetabuntur. Catuli leonis in aequoreos pisces transformabuntur et aquila ejus super montem Aravium nidificabit. Venedotia rubebit materno sanguine et domus Corinei sex fratres interficiet. Nocturnis lacrimis madebit insula, unde omnes ad omnia provocabuntur.

[114] Nitentur posteri transvolare superna, sed favor novorum sublimabitur. Nocebit possidenti ex impiis pietas, donec sese genitore induerit. Apri igitur dentibus accinctus, cacumina montium et umbram galeati transcendet. Indignabitur Albania et, convocatis collateralibus, sanguinem effundere vacabit. Dabitur maxillis ejus frenum, quod in armorico sinu fabricabitur. Deaurabit illud aquila rupti foederis et tertia nidificatione gaudebit. Evigilabunt rugientis catuli et, postpositis nemoribus, infra moenia civitatum venabuntur. Stragem non minimam ex obstantibus facient et linguas taurorum abscident. Colla rugientium onerabunt catenis, et avita tempora renovabunt.

Exin de primo in quartum, de quarto in tertium, de tertio in secundum rotabitur pollex in oleo. Sextus Hiberniae moenia subvertet et nemora in planitiem mutabit. Diversas portiones in unum reducet et capite leonis coronabitur. Princi-

19 Calamistrati] calamistrate *P* — 25 Aravium] arabium *G* — 26 Corinei] Corrinei *E*, Chorinei *R* — 27 *Après* provocabuntur : Vae tibi, Neustria, quoniam in te cerebrum leonis effundetur et dissipatis membris a nativo solo eliminabitur *G*

[114] 3 induerit] induet *P* — Apri] aper *P* — 4 transcendet] transcendent *G* — 7 deaurabit] deaurabitur *E* — 8 *Après* gaudebit, *en marge :* filius imperium gens barbara sentiet illum. Roma volet tanto principe digna regi. Conferet hic Rome plus laudis quam sibi Roma, plus dabit hic orbi quam dabit orbis ei *GP*— 8 rugientis] regentis *R* — 10 linguas] linguam *G* — 14 de primo] primo *P*

Digitized by Google

pium ejus vago affectui subjacebit, sed finis ipsius ad superos convolabit. Renovabit namque beatorum sedes per patrios, et pastores in congruis locis locabit. Duas urbes duobus palliis induet et virginea munera virginibus donabit. Promerebitur inde favorem Tonantis et inter beatos collocabitur.

[115] Egredietur ex eo lynx penetrans omnia, quae ruinae propriae gentis imminebit. Per illam enim utramque insulam amittet Neustria et pristina dignitate spoliabitur. Deinde revertentur cives in insulam, nam discidium alienigenarum orietur. Niveus quoque senex in niveo equo fluvium Pironis divertet, et cum candida virga molendinum super ipsum metabitur. Cadvaladrus vocabit Conanum et Albaniam in societatem accipiet. Tunc erit strages alienigenarum, tunc flumina sanguine manabunt, tunc erumpent armorici montes et diademate Bruti coronabuntur. Replebitur Kambria laetitia et robora Cornubiae virescent. Nomine Bruti vocabitur insula et nuncupatio extraneorum peribit.

Ex Conano procedet aper bellicosus, qui infra gallica nemora acumen dentium suorum exercebit. Truncabit namque majora robora, minoribus vero tutelam praestabit. Tremebunt illum Arabes et Affricani, nam impetum cursus sui in ulteriorem Hispaniam protendet.

Succedet hircus Venerii castri, aurea habens cornua et argenteam barbam, qui ex naribus suis tantam efflabit nebulam, quanta tota superficies insulae obumbrabitur. Pax erit in tempore suo et ubertate glebae multiplicabuntur segetes. Mulieres incessu serpentes fient et omnis gressus earum superbia replebitur. Renovabuntur castra Veneris, nec cessabunt sagittae Cupidinis vulnerare. Fons Amne vertetur in sanguinem et

17 affectui] effectui *P* — subjacebit] succumbet *EP* — finis ipsius] i. f. *G* — 18 sedes] sede *G*

[115] 5 Pironis] Perironis *ER*, Perronis *P* — 6 divertet] subvertet vel divertet *R* — 7 Cadvaladrus] Cadwaladrus *G* — vocabit Conanum] c. v. *P* — societatem] societati *E* — 10 coronabuntur] coronabitur *GP* — Kambria] Cambria *G* — 12 extraneorum] exterorum *P* — 13 aper bellicosus] b. a. *G*, a. *P* — gallica] gallicana *R* — 18 venerii] venerei *E* — 22 serpentes fient] f. s. *R* — 24 amne] anme *E*, annae *R*, ampnis *P*

Digitized by Google

duo reges duellum propter leaenam de Vado Baculico mmittent. Omnis humus luxuriabit et humanitas fornicari non desinet.

Omnia haec tria saecula videbunt, donec sepulti reges in urbe Londoniarum propalabuntur. Redibit iterum fames, redibit mortalitas et desolationem urbium dolebunt cives.

Superveniet aper commercii, qui dispersos greges ad amissam pascuam revocabit. Pectus ejus cibus erit egentibus et lingua ejus sedabit sitientes. Ex ore ipsius procedent flumina, quae arentes hominum fauces rigabunt. Exin super turrim Londoniarum procreabitur arbor, quae tribus solummodo ramis contenta super faciem totius insulae latitudine foliorum obumbrabit. Huic adversarius Boreas superveniet atque iniquo flatu suo tertium illi ramum eripiet ; duo vero residui locum extirpati occupabunt, donec alter alterum foliorum multitudine adnihilabit; deinde vero locum duorum obtinebit ipse et volucres exterarum regionum sustentabit; patriis volatilibus nocivus habebitur, nam timore umbrae ejus liberos volatus amittent.

Succedet asinus nequitiae, in fabricatores auri velox, sed in luporum rapacitatem piger.

[116] In diebus illis ardebunt quercus per nemora et in ramis tiliarum nascentur glandes. Sabrinum mare per septem ostia discurret et fluvius Oscae per septem menses fervebit : pisces illius calore morientur et ex eis procreabuntur serpentes. Frigebunt Badonis balnea et salubres aquae eorum mortem generabunt.

Londonia necem viginti millium lugebit et Tamensis in sanguinem mutabitur. Cucullati ad nuptias provocabuntur et clamor eorum in montibus Alpium audietur.

30 desolationem] desolacium *P* — 31 amissam pascuam] amissa pascua *P* — 32 ejus *mq*. *P* — 34 rigabunt] irrigabunt *P* — 36 super] infra *E* — super faciem] superficiem *ER*

[116] 3 Oscae] hosche *P* — 4 illius] ipsius *P* — 7 necem viginti millium] XX necem XX *E* — millium] milia *G*, m. hominum (*au-dessus de la ligne*) *R*, m. virorum *P* — Tamensis] tamisia *G* — 8 sanguinem] sanguine *E* — 9 Alpium] *mq*. *R*, apium *P*

Digitized by Google

Tres fontes in urbe Guintonia erumpent, quorum rivuli insulam in tres portiones secabunt. Qui bibet de uno, diuturniori vita fruetur, nec supervenienti langore gravabitur ; qui bibet de altero, indeficienti fame peribit et in facie ipsius pallor et horror sedebit ; qui bibet de tertio, subita morte periclitabitur, nec corpus ipsius subire poterit sepulchrum. Tantam ingluviem vitare volentes, diversis tegumentis eam occultare nitentur. Quaecumque ergo moles superposita fuerit, formam alterius corporis accipiet. Terra namque in lapides, lapides in lympham, lignum in cineres, cinis in aquam, si superjecta fuerint, vertentur.

Ad haec ex urbe Canuti nemoris eliminabitur puella, ut medelae curam adhibeat. Quae, ut omnes artes inierit, solo anhelitu suo fontes nocivos siccabit. Exin, ut sese salubri liquore refecerit, gestabit in dextera sua nemus Colidonis, in sinistra vero murorum Londoniae propugnacula. Quacumque incedet, passus sulphureos faciet, qui duplici flamma fumabunt. Fumus ille excitabit Rutenos et cibum submarinis conficiet. Lacrimis miserandis manabit ipsa et clamore horrido replebit insulam. Interficiet eam cervus decem ramorum, quorum quatuor aurea diademata gestabunt. Sex vero residui in cornua bubalorum vertentur, quae nefando sonitu tres insulas Britanniae commovebunt.

Excitabitur Daneum nemus et in humanam vocem erumpens clamabit : « Accede, Kambria, et junge lateri tuo Cornubiam, et dic Wintoniae : Absorbebit te tellus ; transfer sedem pastoris ubi naves applicant et cetera membra caput sequantur. Festinat namque dies, qua cives ob scelera perjurii peribunt. Candor lanarum nocuit atque tincturae ipsarum

11 bibet] biberit *G* — 13 ipsius] ejus *G* — 15 subire poterit] p. s. *P* — 16 tegumentis] tormentis *G* — 17 ergo moles] res ergo *R* — 18 accipiet] recipiet *G* — 19 superjecta] projecta *P* — 20 vertentur] mutentur *R* — 23 nocivos *mq*. *P* — 24 Colidonis] calidonis *G* — 26 fumabunt] fumabitur *G* — 28 excitabit Rutenos] r. e. *E* — 29 manabit] mandebit *G* — gestabunt] gestabant *G* — 30 residui *mq*. *P* — 33 Excitabitur] Excitabunt *P* — 36 caput *mq*. *G* — sequantur] sequuntur *GP*

Digitized by Google

diversitas. Vae perjurae genti, quia urbs inclita propter eam ruet. » Gaudebunt naves augmentatione tanta et unum ex duobus fiet. Reaedificabit eam hericius oneratus pomis, ad quorum odorem diversorum nemorum convolabunt volucres. Adjiciet palatium ingens et sexcentis turribus vallabit illud. Invidebit ergo Londonia et muros suos tripliciter augebit. Circuibit eam undique Tamensis fluvius et rumor operis transcendet Alpes. Occultabit infra illam hericius poma sua et subterraneas vias machinabitur. In tempore illo loquentur lapides. et mare quo ad Galliam navigatur infra breve spatium contrahetur. In utraque ripa audietur homo ab homine et solidum insulae dilatabitur. Revelabuntur occulta submarinorum et Gallia prae timore tremebit.

Post haec ex Calaterio nemore procedet ardea, quae insulam per biennium circumvolabit. Nocturno clamore convocabit volatitia et omne genus volucrum associabit sibi. In culturas mortalium irruent et omnia grana messium devorabunt. Sequetur fames populum atque dira mortalitas famem. At, cum calamitas cessaverit, adibit detestabilis ales vallem Galabes atque eam in excelsum montem levabit. In cacumine quoque ipsius plantabit quercum atque infra ramos nidificabit. Tria ova procreabuntur in nido, ex quibus vulpes et lupus et ursus egredientur. Devorabit vulpes matrem et asininum caput gestabit. Monstro igitur assumpto, terrebit fratres suos ipsosque in Neustriam fugabit. At ipsi excitabunt aprum dentosum in illa et, navigio revecti, cum vulpe congredientur. Quae, cum certamen inierit, finget se defunctam et aprum in pietatem movebit. Mox adibit ipse cadaver et, dum superstabit,

43 vallabit illud] i. v. *P* — 44 Londonia] Lundonia *R* — 47 loquentur] sequentur *G* — 48 spatium *mq*. *P* — 50 submarinorum] submaritanorum *P* — 52 Calaterio] galaterio *P* — 53 circumvolabit] convolavit *G* — convocabit] convolabit *P* — 54 associabit] associabitur *G* — 55 omnia grana] genera omnia *G* — 57 calamitas] tanta c. *ER* - Galabes] gallaes *G* — 59 plantabit] plantavit *G* — 60 procreabuntur] nidificabuntur *P* — et lupus] lupus *P* — 61 vulpes] vulpis *R* — 62 igitur] ergo *G* — 63 Neustriam] neustria *G* — ipsi] illi *R* — 64 revecti *mq*. *G* — vulpe] lupo *G* — 66 et dum superstabit] dum frater stabit *G*, d. s. *P*

Digitized by Google

anhelabit in oculos ejus et faciem. At ipsa, non oblita praeteriti doli, mordebit sinistrum pedem ipsius totumque ex corpore evellet. Saltu quoque facto, eripiet ei dextram aurem et caudam et infra cavernas montium delitebit. Aper ergo illusus requiret lupum et ursum, ut ei amissa membra restituant. Qui, ut causam inierint, promittent ei duos pedes, et aures, et caudam, et ex eis porcina membra component. Acquiescet ipse promissamque restaurationem expectabit. Interim descendet vulpes de montibus et sese in lupum mutabit et, quasi colloquium habitura cum apro, adibit illum callide ipsumque totum devorabit. Exin transvertet sese in aprum et quasi sine membris expectabit germanos. Sed et ipsos, postquam advenerint, subito dente interficiet atque capite leonis coronabitur.

In diebus ejus nascetur serpens, qui neci mortalium imminebit. Longitudine sua circuibit Londoniam et quosque praetereuntes devorabit. Bos montanus caput lupi assumet dentesque suos in fabrica Sabrinae dealbabit. Associabit sibi greges Albanorum et Kambriae, quae Tamensem potando siccabunt. Vocabit asinus hircum prolixae barbae et formam ipsius mutuabit. Indignabitur igitur montanus, vocatoque lupo, cornu taurus in ipsos fiet. Ut autem saevitiae indulserit, devorabit carnes eorum et ossa, sed in cacumine Uriani cremabitur. Favillae rogi mutabuntur in cygnos, qui in sicco quasi in flumine natabunt. Devorabunt pisces in piscibus et homines in hominibus deglutient. Superveniente vero senectute, efficientur submarini lynces atque submarinas insidias machinabuntur.

68 doli] mali vel doli *R* — ipsius] ejus *R* — corpore] stirpe vel corpore *R* — 72 inierint] inierunt *G* — 73 et aures] aures *G* — 75 vulpes] vulpis *ER* — 77 ipsumque] et ipsum *ER*, ipsum *P* — transvertet] transvertens *G* — 78 expectabit] expectabat *G* — 81 qui] quae *P* — 82 Londoniam] Lundoniam *R* — 83 Bos... dealbabit *mq. P* — 84 fabrica] fabricam *R* — dealbabit] decurrabit *G* — 85 potando *mq. E* — siccabunt] siccabit *EG* — 86 mutuabit] mutabit *EG* — 87 cornu] cornutus *R* — 88 fiet] figet *GE* — 90 rogi] regis *P* — 92 deglutient] conglutient *P* — vero *mq. G* — 93 lynces] luces *GP*, duces *E*, lupi vel linces *R*

Digitized by Google

Submergent navalia et argentum non minimum congrega-
bunt.

Fluctuabit iterum Tamensis, convocatisque fluminibus ultra metas alvei procedet. Urbes vicinas occultabit oppositosque montes subvertet.

Adhibebit sibi fontes Galaes, dolo et nequitia repletos. Orientur ex eo seditiones provocantes Venedotos ad proelia. Convenient nemorum robora et cum saxis Gewisseorum congredientur. Advolabit corvus cum milvis et corpora peremptorum devorabit. Super muros Claudiocestriae nidificabit bubo et in nido suo procreabitur asinus. Aedificabit illum serpens Malverniae et in plures dolos commovebit. Sumpto diademate, transcendet excelsa et horrido rechanatu populum patriae terrebit. In diebus ejus titubabunt montes Pachaii et provinciae nemoribus suis spoliabuntur. Superveniet namque vermis ignei anhelitus, qui emisso vapore comburet arbores. Egredientur ex eo septem leones, capitibus hircorum turpati. Foetore narium mulieres corrumpent et proprias communes facient. Nesciet pater filium proprium, quia more pecudum lascivient.

Superveniet vero gigas nequitiae, qui oculorum acumine terrebit universos. Exsurget in illum draco Wigorniae et eum exterminare conabitur. Facto autem congressu, superabitur draco et nequitia victoris opprimetur. Ascendet namque draconem et, exuta veste, insidebit nudus. Feret illum ad sublimia draco erectaque cauda verberabit nudatum. Resumpto iterum vigore, gigas fauces illius cum gladio confringet. Implicabitur tandem sub cauda sua draco et venenatus interibit.

Succedet post illum totonesius aper et dira tyrannide op-

94 Submergent] submergentur *P* — 96 iterum] igitur *P* — 97 occultabit] occupabit *E* — 99 Adhibebit] adhibet *P* — Galaes] galahes *ER*, galees *P* — repletos] repleti *GP*, repletus *R* — 101 Gewisseorum] Gewisenorum *P* — 106 transcendet] transcendit *G* — rechanatu] rachanatu *G*, racanatu *P* — patriae] terrae *R* (*en marge* patriae), *mq. P* — 107 ejus] illis P — titubabunt] titillabunt *P* — Pachaii] Pagau *G*, Pacau *E* — 114 vero] ergo *P* — 117 nequitia] nequitiae *R* — 118 exuta] aruta *P* — 119 erectaque] electaque *P* — iterum] ergo *P* — 120 cum *mq. R*

Digitized by Google

primet populum. Eliminabit Claudiocestria leonem, qui diversis proeliis inquietabit saevientem. Conculcabit eum sub pedibus suis apertisque faucibus tenebit. Cum regno tandem litigabit leo et terga nobilium transcendet. Superveniet taurus litigio et leonem dextro pede percutiet. Expellet illum per regni diversoria, sed cornua sua in muros Exoniae confringet. Vindicabit leonem vulpes Kaer Dubali et totum suis dentibus consumet. Circumcinget eam Lindocolinus coluber praesentiamque suam draconibus multis horribili sibilo testabitur. Congredientur deinde dracones et alter alterum dilaniabit. Opprimet alatus carentem alis et ungues in genas venenatas configet. Ad certamen convenient alii et alius alium interficiet. Succedet quintus interfectis, residuos diversis machinationibus confringet. Transcendet dorsum ejus cum gladio et caput a corpore separabit. Exuta veste ascendet alium et dexteram caudae laevamque injiciet. Superabit eum nudus, cum nihil indutus proficiet. Ceteros tormentabit a dorso et in rotunditatem regni compellet. Superveniet leo rugiens, immani feritate timendus. Ter quinque portiones in unum reducet et solus possidebit populum. Splendebit gigas colore niveo, ad candidum populum germinabit. Deliciae principes enervabunt et subditi in beluas mutabuntur. Orietur in illis leo humano cruore turgidus. Supponetur ei in segete falcifer, qui, dum laborabit mente, opprimetur ab illo.

Sedabit illos eboracensis auriga, expulsoque domino in currum quem ducit ascendet. Abstracto gladio, minabitur Orienti et rotarum suarum vestigia replebit sanguine. Fiet deinde

123 Eliminabit] eliminabitur *P* — 124 saevientem] servientem *E*, serpentem *P* — 128 diversoria] diversatoria *E* — 129 vulpes] vulpis *R* — Dubali] dubab *P* — suis dentibus] d. s. *E* — 130 Circumcinget] circumcindet *P* — 132 deinde] demum *P* — dilaniabit] dilaniet *P* — 134 et *mq. G* — 135 interfectis] interfectus *G*, interemptis *R* — 136 confringet] interficiet *G* — ejus] tertius *E*,unius *R* — illius *P* — 137 Exuta] Exusta *P* — 138 laevamque] et laevam *P* — 139 proficiet] proficeret *P* — tormentabit a dorso] a d. t. *P* — 140 Superveniet leo] super leo veniet *G* — immani] in magna *P* — 142 colore] calore *GP* — ad] et ad *R* — 143 principes] principis *GP* — enervabunt] enumerabuntur *G*, *mq. E*, enervabuntur *P* — 148 ducit] ducet *E*

Digitized by Google

piscis in aequore, qui sibilo serpentis revocatus coibit cum illo. Nascentur inde tres tauri fulgurantes, qui, consumptis pascuis, convertentur in arbores. Gestabit primus flagellum vipereum et postgenito dorsum suum subvertet. Nitetur ipse flagellum ei eripere, sed ab ultimo corripietur. Avertent mutuo a sese facies, donec venenatum scyphum projecerint.

Succedet ei colonus Albaniae, cui a dorso imminebit serpens. Vacabit ipse tellurem subvertere, ut patriae segetibus candeant. Laborabit serpens venenum diffundere, ne herbae in messes proveniant. Letali clade deficiet populus et moenia urbium desolabuntur. Dabitur in remedium urbs Claudii, quae alumnam flagellantis interponet. Stateram namque medicinae gestabit et in brevi renovabitur insula. Deinde duo subsequentur sceptrum, quibus cornutus draco ministrabit. Adveniet alter in ferro et volantem equitabit serpentem. Nudato corpore insidebit dorso et dexteram caudae injiciet. Clamore ipsius excitabuntur maria et timorem secundo injicient. Secundus itaque sociabitur leoni; sed, exorta lite, congressum facient. Mutuis cladibus succumbent mutuo, sed feritas beluae praevalebit. Superveniet quidam in tympano et cythara et demulcebit leonis saevitiam. Pacificabuntur ergo nationes regni et leonem ad stateram provocabunt. Locata sede ad pensas studebit, sed palmas in Albaniam extendet. Tristabuntur ergo aquilonares provinciae et ostia templorum reserabunt. Signifer lupus conducet turmas et Cornubiam cauda sua circumcinget. Resistet ei miles in curru, qui populum illum in aprum mutabit. Vastabit igitur aper provincias, sed in profundo Sabrinae occultabit caput. Amplexabitur homo leonem in vino et fulgor auri oculos intuentium excaecabit. Candebit argentum in circuitu et diversa torcularia vexabit.

153 postgenito] postgenitum *G* — subvertet] divertet *ER*, convertet *P* — 156 ei] eis *RP* — 157 subvertere] avertere *G* — 158 candeant] pandeant *P* — 162 subsequentur] sequentur *P* — 163 ministrabit] imministrabit *G* — 164 alter] altera *R* — in ferro] ferro *E* — 165 dextram] dextra *G* — 166 injicient] incutient *E*, injiciet *R* — 168 Mutuis cladibus] mucius claudibus *G* — 171 ad] et *GE* — 173 aquilonares] aquilonis *P*

Digitized by Google

[117] Imposito vino inebriabuntur mortales, postpositoque caelo in terram respicient. Ab eis vultus avertent sidera et solitum cursum confundent. Arebunt segetes his indignantibus et humor convexi negabitur. Radices et rami vices mutabunt novitasque rei erit in miraculum. Splendor Solis electro Mercurii languebit et erit horror inspicientibus. Mutabit clypeum Stilbon Archadiae, vocabit Venerem galea Martis. Galea Martis umbram conficiet, transibit terminos furor Mercurii. Nudabit ensem Orion ferreus. Vexabit nubes Phoebus aequoreus. Exibit Jupiter licitas semitas et Venus deseret statutas lineas. Saturni sideris livido corruet et falce recurva mortales perimet. Bis senus numerus domorum siderum deflebit hospites ita transcurrere. Omittent Gemini complexus solitos et urnam in fontes provocabunt. Pensa Librae oblique pendebunt, donec Aries recurva cornua sua supponat. Cauda Scorpionis procreabit fulgura et Cancer cum Sole litigabit. Ascendet Virgo dorsum Sagittarii et flores virgineos obfuscabit. Currus Lunae turbabit Zodiacum et in fletum prorumpent Pliades. Officio jam nulla redibunt, sed clausa janua in crepidinibus Adrianae delitebit. In ictu radii exsurgent aequora et pulvis veterum renovabitur. Confligent venti diro sufflamine et sonitum inter sidera conficient. »

[118] Cum igitur haec et alia prophetasset Merlinus, ambiguitate verborum suorum astantes in admirationem commovit. Vortegirnus vero prae ceteris admirans et sensum juvenis et vaticinia collaudat. Neminem enim praesens aetas produxerat, qui ora sua in hunc modum coram ipso solvisset. Scire igitur

[117] 4 negabitur] negabit *G* — 7 vocabit Venerem] ven. voc. *G* — 8 conficiet] efficiet *G* — 9 Phoebus *mq. E* — 10 Jupiter] jubiter *G* — Saturni] saturnis *G* — 11 livido] lividum *R* — 12 siderum] et siderum *R* — 13 Omittent] obmutent *E*, obmittent *RP* — solitos] solidos *G* — 15 sua *mq. P* — supponat] supponet *G* — 16 dorsum *mq. G* — 18 Pliades] Pleiades *P* — Officio] Officia *R* — 19 Adrianae] adrianne *E*, adriagne *R* — delitebit] delitebunt *P* — 21 *Après* conficient : Expl. liber septimus Incipit octavus *R*

[118] 3 Vortegirnus] vortigernus *P* — 4 collaudat] collaudabat *P* — 5 ora] omnia *G* — coram ipso *mq. P*

Digitized by Google

volens exitum vitae suae, rogavit juvenem sibi indicare quod sciebat. Ad haec Merlinus : « Ignem filiorum Constantini diffuge, si diffugere valueris. Jam naves parant, jam armoricum litus deserunt, jam vela per aequora pandunt : petent britannicam insulam, invadent saxonicam gentem, subjugabunt nefandum populum; sed prius te infra turrim inclusum comburent. Malo tuo patrem eorum prodidisti et Saxones infra insulam invitasti. Invitasti ipsos tibi in praesidium et supervenerunt in tuum supplicium. Imminent tibi duo funera, nec est promptum quod prius vitabis. Hinc enim regnum tuum devastant Saxones et leto tuo incumbunt ; hinc autem applicant duo fratres, Aurelius et Uther, qui mortem patris sui in te vindicare nitentur. Quaere tibi diffugium si poteris : cras totonesium litus tenebunt. Rubebunt sanguine Saxonum facies et, interfecto Hengisto, Aurelius Ambrosius coronabitur. Pacificabit nationes, restaurabit ecclesias, sed veneno deficiet. Succedet ei germanus suus Utherpendragon, cujus dies anticipabuntur veneno. Aderunt tantae perditioni posteri tui, quos aper Cornubiae devorabit. »

[VI. Les grands jours de l'histoire bretonne]

[*1. Aurelius Ambrosius et Utherpendragon*]

[119] Nec mora, cum crastina dies illuxit, applicuit Aurelius Ambrosius. Rumore itaque adventus ipsius divulgato, convenerunt undique Britones, qui in tanta clade dispersi fuerant, et, societate concivium suorum roborati, hilariores solito effi-

8 naves] arma *P* — armoricum] armoricanum *G* — 9 britannicam] britanniam *P* — 11 prius te] te prius *P* — 13 et] sed *P* — 15 enim... hinc *mq*. *G* — 16 autem] enim *P* — 17 Uther] uter *G* — 18 totonesium] totonensium *P* — 22 dies *mq*. *E* — anticipabuntur] anticipabitur *E* — 23 perditioni] proditioni *P*

[119] 2 adventus] adventu *P* — adventus ipsius divulgato] d. a. i. *G* — 3 in *mq*. *G*

Digitized by Google

ciuntur. Convocato autem clero, inunxerunt Aurelium in regem et sese sibi more suo submiserunt. Cumque impetum in Saxones fieri cohortarentur, dissuasit rex. Nam prius Vortegirnum persequi affectaverat. Adeo enim propter proditionem patri illatam doluerat, quod nil agere videretur, nisi prius ipsum vindicaret. Affectum itaque suum exsequi desiderans, convertit exercitum suum in Kambriam oppidumque Genoreu petivit. Diffugerat enim eo Vortegirnus, ut tutum refugium haberet. Erat autem oppidum illud in natione Herging, super fluvium Guaie, in monte qui Cloartius nuncupatur. Ut igitur ad illud pervenit Ambrosius, proditionis patri ac fratri illatae reminiscens, Eldol, ducem Claudiocestriae, affatur : « Respice, dux nobilis, hujus loci urbes et moenia, utrum poterunt Vortegirnum protegere, quin gladii mei mucronem ipse infra viscera ipsius recondam. Promeruit enim necem, nec tibi ignotum esse existimo ipsum eam promeruisse. O hominem omnium sceleratissimum! o ineffabilibus tormentis perdendum! Primo prodidit patrem meum Constantinum, qui ipsum et patriam a Pictorum irruptione liberaverat; deinde Constantem fratrem meum, quem ut perderet in regem promovit. Denique, cum ipsemet versutia sua insignitus fuisset, intromisit cum concivibus paganos, ut ipsos qui fidelitati meae adhaerebant exterminaret. Sed permittente Deo in laqueum, quem fidelibus suis paraverat, incautus cecidit. Nam, ut nequitiam ipsius compererunt Saxones, ejecerunt illum ex regno. Quod neminem pigere debeat : illud vero dolendum censeo, quod nefandus populus, quem nefandus ille invitavit, nobiles cives exterminavit, fertilem patriam devastavit, sacras ecclesias destruxit,

7 Vortegirnum] vortigernum *P* — 9 prius ipsum] illum (ipsum *P*) p. *RP* — 11 Genoreu] genoevi *P* — 12 Vortegirnus] vortigernus *P* — 13 Herging] Hergigii *G*, Hergign *ER* — fluvium] flumen *E* — 14 monte] montem *G* — Cloartius] Cloearcius *G* — igitur] ergo *G* — — 17 loci urbes] urbis moenia *R*, urbis turres *P* — poterunt] poterint *P* — Vortegirnum] vortigernum *P* — 18 mucronem ipse] i. m. *E* — 19 enim necem] n. e. *G* — tibi] igitur *G* — 24 Denique] Deinde *R* — 25 intromisit] introduxit *R* — 26 ipsos] eos *R* — 28 ipsius] ejus *E* — compererunt] comparuerent *G* — 30 debeat] debebat *GE* - dolendum *mq. G*

Digitized by Google

et christianitatem fere a mari usque ad mare delevit. Nunc igitur, cives, viriliter agite et vindicate vos in istum prius, per quem haec omnia accesserunt. Deinde vertamus arma in hostes imminentes et patriam ab eorum ingluvie liberemus. » Nec mora, diversis machinationibus incumbunt, moenia diruere nituntur. Postremo, cum cetera defecissent, ignem adhibuerunt. Quod cum alimentum reperisset, non adquievit adjunctus, donec turrim et Vortigernum exarsit.

[120] Quod cum Hengisto Saxonibusque suis relatum esset, invasit eum timor, quia probitatem Aurelii timebat. Tanta namque virtus et audacia viro inerat, quod, dum Galliarum partes frequentaret, non erat alter qui cum illo congredi auderet. Nam si congressum fecisset, vel hostem abe quo prosterneret, vel hastam in frusta confringeret. Praeterea largus erat in dandis, sedulus in divinis obsequiis, modestus in cunctis et super omnia mendacium vitans, fortis pede, fortior equo et ad regendum exercitum doctus. Tales probitates ipsius, dum adhuc in Armoricana Britannia moraretur, fama assiduis volatibus in insulam detulerat. Timuerunt igitur eum Saxones et sese trans Humbrum receperunt. In partibus illis munierunt civitates et oppida, nam patria illa semper refugio eis patuerat. Vicinitas etenim Scotiae adhibebat tutelam, quae in omne damnum civium imminere consueverat. Natio namque ad habitandum horribilis, evacuata civibus, tutum receptaculum alienigenis praestaverat. Siquidem Pictis, Scotis, Dacis, Norguegensibus ceterisque qui ad vastandam insulam applicuerant, situ locorum annitente, patuerat. Securi igitur affinitatis patriae, versus illam diffugerant, ut, si opus esset, sese infra

39 adquievit] quievit *P* — 40 Vortigernum] vortegirnum *EP*

[120] 1 Quod... suis] at cum illud Hengisto et Saxonibus suis *G* — Hengisto] Engisto *R* — relatum] nuntiatum *R* — 4 illo] eo *R* — 7 erat *mq*. *E* — 9 ad *mq*. *G* — 10 Armoricana] armonica *E* — assiduis vol. in insulam] in ins. ass. v. *P* — 12 illis] illius *E* — 16 civibus] ovibus *P* — receptaculum] refugium *P* — 17 praestaverat] paraverat *G* — Pictis, Scotis, Dacis, Norguegensibus (norguigensibus *P*)] p. d. n. scothis *R* — 19 annitente] annuente *P* — igitur] ergo *R* — 20 esset] fuisset *RP*

Digitized by Google

eam quasi in propria castra recepissent. Cumque id Aurelio indicatum fuisset, audacior effectus spem victoriae recepit. Ocius ergo convocatis civibus, exercitum suum augmentavit, atque versus aquilonares partes iter arripuit. Et cum nationes praeteriret, inspiciens eas desolatas, condolebat, maxime autem propter ecclesias usque ad solum destructas. Quibus restaurationem promittebat, si triumpho potiretur.

[121] At Hengistus, cum adventum ipsius comperisset, revocata audacia, commilitones suos degit atque, unumquemque inanimans, hortabatur eos viriliter resistere nec congressum Aurelii abhorrere. Dicebat autem ipsum paucos ex Armoricanis Britonibus habere, cum numerus eorum ultra X millia non procederet. Insulanos vero Britones pro nihilo reputabat, cum totiens eos in proeliis devicisset. Proinde promittebat suis victoriam et ob ampliorem numerum securitatem. Aderant enim circiter CC millia armatorum. Et cum omnes hoc modo inanimasset, ivit obviam Aurelio in campo qui dicebatur Maisbeli, quo ipse Aurelius transiturus erat. Affectabat namque et subitum et furtivum impetum facere Britonesque non premeditatos occupare. Quod tamen non latuit Aurelium, nec idcirco distulit campum adire, sed festinantius ingressus est. Ut igitur hostes prospexit, disposuit turmas suas : tria millia ex Armoricanis jussit equis adesse, ceteros cum insulanis mixtim in acies constituit. Demetas in collibus, Venedotos in prope sitis nemoribus locavit. Erat autem causa, ut, si Saxones ad ea diffugerent, adessent qui obviarent.

[122] Interea accessit Eldol, dux Claudiocestriae, ad regem et ait : « Sola dies pro omnibus diebus vitae meae mihi suffi-

23 ergo *mq.* *G* — 24 partes] provincias *P* — 25 inspiciens] inveniens vel i. *G* — 26 usque *mq.* *E* — destructas] destructuras *E*

[121] 1 Hengistus] engistus *R* — 2 inanimans] animas *E* — 3 eos viriliter resistere] v. eis r. *R* — 4 autem] enim *P* — abhorrere] exhorrere *R* — 10 inanimasset] animasset *G* — dicebatur] dicitur *G* — 11 Maisbeli] Maubeti *E* — 16 jussit *après* millia *P* — Armoricanis] a. equitibus *P* — equis *mq.* *E* — 17 acies] aciem *R* — Demetas] demetios *R* — 18 sitis] suis *G* — 19 adessent] essent *P*

[122] 2 et *mq.* *G*

Digitized by Google

ceret, si congredi cum Hengisto Deus concederet : nempe succumberet alter nostrum, dum gladiis insisteremus. Remi-
5 niscor namque diei qua convenimus quasi pacem habituri ; cumque de concordia ageretur, prodidit omnes qui aderant et cum cultris interfecit, praeter me solum, qui reperto palo evasi. Succubuerunt eadem die CCCCLXXX barones ac consules, qui omnes inermes advenerant. In tanto periculo subvectavit mihi
10 Deus palum, quo defensus evasi. » Talia referebat Eldol; sed Aurelius socios hortabatur totam spem suam in filium Dei ponere, hostes deinde suos audacter invadere, pro patria unanimiter pugnare.

[123] At Hengistus e contra turmas suas componebat, componendo proeliari docebat, docendo singulas perambulabat, ut omnibus unam audaciam pugnandi ingereret. Dispositis tandem in utraque parte cuneis, congrediuntur acies, mutuos ictus
5 ingeminant, cruorem non minimum diffundunt. Hinc Britones, hinc Saxones vulnerati moriuntur. Hortatur Aurelius christianos, monet Hengistus paganos; et, dum talem decertationem facerent, nitebatur semper Eldol habere aditum congrediendi cum Hengisto, sed non habuit. Nam Hengistus, ut vidit suos
10 succumbere, Britones vero nutu Dei praevalere, confestim diffugit petivitque oppidum Kaer Conan, quod nunc Cuningeburi appellatur. Insequitur eum Aurelius et quoscumque in itinere repperiebat vel in interitum vel in servitutem compellebat. Cum ergo vidisset Hengistus quia insequeretur eum
15 Aurelius, noluit introire oppidum ; sed, convocato in turmas populo, iterum proeliari disposuit. Quippe sciebat quod oppi-

3 Hengisto] Engisto *R* — 6 prodidit] perdidit *E* — 7 cum *mq. P* — 8 CCCCLXXX] quadringenti sexaginta *R* — 9 subvectavit] subvectabat *G* — mihi *mq. P* — 11 socios hortabatur] hortatur s. *E* — spem suam] suam s. *G* — 12 suos audacter *mq. G*

[123] 1 e *mq. P* — 2 singulas] singulos *P* — 3 audaciam — 6 Aurelius... paganos] hengistus paganos, hortatur Aur. christianos *G* — 8 facerent] faceret *E* — semper Eldol] e. s. *P* — 9 Hengisto] engisto *R* — ut] ubi *E* — suos] socios *P* — 10 vero *mq. P* — 11 diffugit] diffugiit *P* — Cuningeburi] Cunundeburg *E*, Cunegeburg *R*, Cununburgh *P* — 13 vel in int.] in int. *G* — 14 Hengistus] engistus *R* — quia] quod *G*

Digitized by Google

dum nequaquam Aurelio resisteret et quod omne tutamen suum in gladio et hasta consisteret. Denique, cum supervenisset Aurelius, composuit et ipse socios suos in turmas et acerrimam pugnam ingessit. Porro Saxones unanimiter resistunt et invicem letaliter vulnerantur. Diffunditur sanguis utrobique; clamor morientium vivos in iram ducebat. Postremo praevaluissent Saxones, nisi equestris turma Armoricanorum Britonum supervenisset. Constituerat namque eam Aurelius, sicut in primo proelio fecerat. Superveniente ergo illa, cesserunt ei Saxones et, aliquantulum dilapsi, vix iterum sese consociaverunt. Acriores deinde incumbunt Britones et hostes unanimiter infestant. Non cessabat Aurelius socios monere, obviantes vulnerare, fugientes insequi, atque suos hoc modo consolari. Similiter Eldol, nunc hac nunc illac discurrens, infestis vulneribus adversarios suos afficiebat. Quicquid autem ageret, aestuabat semper habere copiam congrediendi cum Hengisto.

[124] Cum itaque diversas irruptiones diversae turmae facerent, convenerunt forte pariter et mutuos ictus ingeminare coeperunt. O viros prae ceteris pugnaces! Qui dum mutuos enses alter in alterum immitterent, prosiliebant ex ictibus ignes, ac si tonitrua coruscationes procrearent. Diu dubium fuit cui praestantior vigor inerat. Quandoque enim praevalebat Eldol et cedebat Hengistus; quandoque cedebat Eldol et praevalebat Hengistus. Dum in hunc modum decertarent, supervenit Gorlois, dux Cornubiae, cum phalange cui praeerat, turmas diversorum infestans. Quem cum aspexisset Eldol, securior effectus, cepit Hengistum per nasale cassidis atque totis viribus utens ipsum infra concives extraxit. Maximo igitur

17 et quod] sed q. *P* — 20 resistunt] insistunt *P* — 22 vivos... ducebat *mq.* *G* — 23 Armoricanorum] armaricanorum *P* — 24 eam Aurelius] a. e. *P* — 26 consociaverunt] sociaverunt *P* — 28 socios *mq.* *P* — 29 suos] socios *P* — 32 aestuabat] estimabat *R* — Hengisto] Engisto *R*

[124] 1 Cum] Dum *ER* — diversae turmae facerent] f. d. t. *P* — 5 coruscationes procrearent] coruscassent *G* — 7 Eldol] Heldol *G* — Hengistus] engistus *R* — quandoque *mq.* *E* — Eldol] Heldol *G* — 8 Hengistus] engistus *R* (*et alias*) — 9 Gorlois] Grelois *G*, Golrois *P* — 12 totis *mq.* *P* — infra] inter *G* — igitur] ergo *E*

Digitized by Google

gaudio fluctuans, excelsa voce dicebat : « Desiderium meum implevit Deus : prosternite, viri, obstantes ambrones, prosternite! Vobis est in manu victoria : vicistis enim, devicto Hengisto. » Inter haec Britones non cessant paganos expugnare, saepius ac saepius invadere et, cum retrocedebant, iterum revocata audacia resistere. Nec in hunc modum quieverunt, donec potiti sunt victoria. Diffugierunt itaque Saxones quo impetus quemque ducebat : alii urbes, alii montana nemorosa, alii naves petebant. At Octa, filius Hengisti, cum majori multitudine Eboracum adivit; Eosa vero, cognatus suus, urbem innumeris armatis munivit.

[125] Ut itaque triumphavit Aurelius, cepit urbem Conani, quam supra memoraveram, et ibidem tribus diebus moratus est. Interea jussit peremptos sepeliri, vulneratos curari, fatigatos requiescere et eosdem diversis levaminibus reficere. Post haec, convocatis ducibus, decernere praecepit quid de Hengisto ageretur. Aderat Eldadus, Claudiocestrensis episcopus, frater Eldol, vir summae prudentiae et religionis. Hic cum Hengistum coram rege stantem aspexit, jussit ceteros tacere et in hunc modum locutus est : « Etsi omnes istum liberare niterentur, ego eum in frusta conscinderem. Insequerer namque prophetam Samuelem, qui, cum Agag, regem Amalech, in potestatem tenuisset, conscidit illum in frusta dicens : *Sicut fecisti matres sine liberis, sic faciam hodie matrem tuam sine liberis inter mulieres.* Sic igitur facite de isto, qui alter Agag existit. » Accepit itaque Eldol gladium et duxit eum extra civitatem et, amputato capite, ad Tartara direxit. At Aurelius, ut erat in cunctis

14 implevit] adimplevit *P* — 16 paganos expugnare] e. p. *P* — 17 cum] dum *P* — 19 Diffugierunt] diffugerunt *G* — 23 armatis] armis *E* — munivit] munierunt *EP*

[125] 1 itaque] ita *E* — 4 requiescere] quiescere *P* — levaminibus] juvaminibus *P* — 6 Eldadus] Eldolus *G*, Eldalus *E* — 8 aspexit] aspiceret *P* — 10 conscinderem] inciderem *G*, consciderem *P* — 11 Agag] Agad *R* — regem *mq. GE* — tenuisset] detinuisset *R* — 13 faciam hodie] h. f. *P* — 14 igitur *mq. P* — Agag] agad *R* — existit] extitit *P* — 15 civitatem] urbem *P*

Digitized by Google

rebus modestus, jussit sepeliri eum et cumulum terrae super corpus pagano more apponi.

[126] Deinde duxit Aurelius exercitum suum ad Eboracum, ut Octam, filium Hengisti, expugnaret. Cumque civitatem possideret, dubitavit Octa resistere et urbem contra tantam multitudinem defendere. Communicato itaque consilio, egressus est cum nobilioribus qui secum aderant, gestans catenam in manu et sablonem in capite, et sese regi in haec verba praesentavit : « Victi sunt dii mei Deumque tuum regnare non haesito, qui tot nobiles ad te venire hoc modo compellit. Accipe ergo nos et catenam istam et, nisi misericordiam adhibueris, habe nos ligatos et ad quodlibet supplicium voluntarie paratos. » Motus igitur Aurelius pietate, jussit adjudicari quid in eos agendum foret. Cum autem diversi diversa proferrent, surrexit Eldadus episcopus et sententiam hoc sermone disseruit : « Gabaonitae voluntarie venerunt ad filios Israel, petentes misericordiam et impetraverunt. Erimus ergo christiani pejores Judaeis, abnegantes misericordiam ? Misericordiam petunt : misericordiam habeant! Ampla est insula Britanniae et in pluribus locis deserta : foederatos itaque illos sinamus saltem deserta inhabitare et nobis in sempiternum serviant. » Acquievit itaque rex Eldadi sententiae et misericordiam de eis habuit. Exemplo etiam Octae venit Eosa ceterique qui diffugerant et misericordiam impetraverunt. Dedit ergo eis nationem juxta Scotiam et foedus cum eis confirmavit.

[127] Triumphatis itaque hostibus, convocavit consules ac principes regni infra Eboracum. Praecepit eis restaurare ecclesias quas gens Saxonum destruxerat; ipse vero metropolitanam sedem illius urbis atque ceteros episcopatus provinciae

[126] 2 Octam] etiam *R* — 3 possideret] expugnaret *E*, expugnaret (vel obsideret) *R* — 6 in haec verba praesentavit] p. in h. v. *E* — 8 haesito] dubito *G* — venire hoc modo] h. m. v. *G* — 9 adhibueris] habueris *R* — 10 voluntarie *mq*. *P* — 11 igitur] ergo *R* — 12 eos] illos *RP* — 13 Eldadus] eldoldus *G* — 15 ergo *mq*. *G* — 20 itaque] autem *G* — Eldadi] eldoldi *G* — 22 impetraverunt] optinuerunt *P* — ergo eis] eis *R* — 23 confirmavit] firmavit *P*

[127[2 praecepit] precepitque *G* — 4 provinciae] insule *P*

Digitized by Google

reaedificare incepit. Emensis deinde XV diebus, cum operarios diversos in diversis locis statuisset, adivit urbem Londoniae, cui hostilis irruptio non pepercerat. Condolens igitur ipsius excidium, revocat undique cives residuos et eam restituere aggreditur. Ibidem disponit de regno suo legesque sopitas renovat, amissas avorum possessiones nepotibus distribuit. Quae autem in tanta calamitate heredes amiserant, largitae sunt commilitonibus suis. Tota intentio ipsius versabatur circa regni restitutionem, ecclesiarum reformationem, pacis ac legis reformationem, justitiae compositionem. Exinde petivit Wintoniam, ut eam sicut ceteras restitueret. Cumque in restauratione ejus quae ponenda erant posuisset, monitu Eldadi episcopi ivit ad monasterium prope Kaercaradoc, quod nunc Salesberia dicitur, ubi consules ac principes jacebant, quos nefandus Hengistus prodiderat. Erat ibi coenobium trecentorum fratrum in monte Ambrii, qui, ut fertur, fundator ejusdem olim extiterat. Ut igitur locum, quo defuncti jacebant, circumspexit, motus pietate, in lacrimas solutus est. Postremo, in diversas meditationes inductus, deliberavit apud se qualiter locum faceret memorabilem : dignam namque memoria censebat cespitem, quae tot nobiles pro patria defunctos protegebat.

[128] Convocatis itaque undique artificibus lignorum et lapidum, praecepit ingeniis uti novamque structuram adinvenire, quae in memoriam tantorum virorum in aevum constaret. Cumque omnes, ingeniis suis diffidentes, repulsam intulis-

6 Londoniae] Lundonie *R* — 9 disponit] disposuit *R* — de regno suo] regnum suum *ER*, regno suo *P* — 11 heredes amiserat] amiserat h. *G* — 13 restitutionem] institutionem *R* — 14 Exinde] Exin *P* — 15 in restauratione] instaurationem *G*, in restaurationem *P* — 16 erant] erat *G* — Eldadi] eldoldi *G* — 17 Kaercaradoc] kaercradoc *G*, kaerradoc *E* — quod nunc] CCC fratrum in monte nunc quod *G* — 18 consules ac principes] p. ac c. *E* — nefandus] bellator *E* — 19 prodiderat] occiderat *E* — trecentorum fratrum in monte *mq*. *G* — 20 ejusdem] illius *P* — olim *mq*. *R* — 23 inductus] indutus *R* — 24 faceret] facerent *E* — 25 quae] qui *G*

[128] 1 itaque] i. universis *G*, *mq*. *P* — 3 constaret] permaneret *R*, staret *P* — 4 omnes *mq*. *G* — diffidentes] diffundentes *GE*

Digitized by Google

sent, accessit Tremorinus, Urbis Legionum archiepiscopus, ad regem et ait : « Si uspiam est qui praeceptum aggredi valuerit, Merlinus, vates Vortegirni, aggredietur. Quippe non existimo alterum esse in regno tuo, cui sit clarius ingenium, sive in futuris dicendis sive in operationibus machinandis. Jube eum venire atque ingenio suo uti, ut opus quod affectas constet. » Cum itaque de eo multa interrogasset Aurelius, misit diversos nuntios per diversas nationes patriae, ut inventum illum adducerent. Qui, peragratis provinciis, invenerunt eum in natione Gewisseorum, ad fontem Galabes, quem fuerat solitus frequentare. Indicato autem quid vellent, duxerunt illum ad regem. Excepit illum rex cum gaudio, jussitque futura dicere, cupiens miranda audire. Cui Merlinus : « Non sunt revelanda hujusmodi mysteria, nisi cum summa necessitas incubuerit. Nam si ea in derisionem sive vanitatem proferrem, taceret spiritus qui me docet et, cum opus superveniret, recederet. » Denique, cum omnibus repulsam intulisset, noluit infestare eum de futuris, sed de operatione praemeditata allocutus est. Cui Merlinus : « Si perpetuo opere sepulturam virorum decorare volueris, mitte pro chorea gigantum, quae est in Killarao monte Hyberniae. Est etenim ibi structura lapidum, quam nemo hujus aetatis construeret, nisi ingenium artem subvectaret. Grandes sunt lapides, nec est aliquis cujus virtuti cedant. Qui si eo modo, quo ibidem positi sunt, circa plateam locabuntur, stabunt in aeternum. »

[129] Ad verba ipsius solutus est Aurelius in risum, dicens : « Qualiter id fieri posset, ut tanti lapides ex tam longinquo regno adveherentur, ac si Britannia lapidibus careret, qui ad

5 Tremorinus] kemorinus *G* — 6 praeceptum] p. tuum *P* — 7 Vortegirni] vortegerni *P* — existimo] estimo *G* — 8 alterum] alium *G* — 11 Cum itaque] cumque ita *E* — 12 nationes] provincias *P* — 13 invenerunt eum] *après* Gewisseorum *E*, e. i. *R* — natione] nationem *G* — 14 Gewisseorum] gewisenorum *P* — Galabes] Gallahes *G* — solitus] suetus *E* — 16 illum] ipsum *P* — 19 vanitatem] in v. *R* — 20 opus *mq. G* — recederet] taceret *E* — 21 eum] ipsum *P* — 24 quae] qui *G* — Killarao] killario *G* — 25 Hyberniae] hybernio *R*, ibi *mq. G* — 28 Qui si] si quis *G* — ibidem] ibi *P* — locabuntur] locaverit

[129] 3 adveherentur] advectarentur *P*

Digitized by Google

operationem sufficerent ? » Ad haec Merlinus : « Ne moveas, rex, vanum risum, quia haec absque vanitate profero. Mystici sunt lapides et ad diversa medicamenta salubres. Gigantes olim asportaverunt eos ex ultimis finibus Affricae et posuerunt in Hibernia, dum eam inhabitarent. Erat autem causa ut balnea infra ipsos conficerent, cum infirmitate gravarentur. Lavabant namque lapides et infra balnea diffundebant, unde aegroti curabantur. Miscebant etiam cum herbarum confectionibus, unde vulnerati sanabantur. Non est ibi lapis qui medicamento careat. » Cumque haec audissent Britones, censuerunt pro lapidibus mittere populumque Hiberniae proelio infestare, si ipsos detinere niterentur. Postremo eligitur Utherpendragon, frater regis, et XV milia armatorum, ut huic negotio pareant. Eligitur et ipse Merlinus, ut ipsius ingenio et consilio agenda tractentur. Paratis deinde navibus, mare ingrediuntur, prosperis ventis Hiberniam adeunt.

[130] Ea tempestate regnabat in Hybernia Gillomanius, juvenis mirae probitatis. Hic cum audisset quia in Hibernia applicuissent Britones, collegit exercitum grandem et eis obviam perrexit. Cumque didicisset causam adventus eorum, astantibus irrisit et ait : « Non miror, si ignava gens insulam Britonum devastare potuit, cum Britones bruti sunt et stulti. Quis etenim hujusmodi stultitiam audivit? Numquid meliora sunt saxa Hiberniae quam Britanniae, ut regnum nostrum pro ipsis provocetur? Armate vos, viri, et defendite patriam vestram, quia, dum mihi vita inerit, non auferent etiam nobis minimum lapillum choreae. » Uther igitur, ut vidit ipsos ad proeliandum paratos, festinato agmine in eos irruit. Nec mora, praevaluerunt Britones, Hyberniensibusque laceratis ac interfectis, Gillomanium in fugam propulerunt.

8 Hibernia] hyberniam *P* — 11 etiam] enim *G* — 14 infestare] manifestare *P* — 17 ipse Merlinus] m. i. *P* — 19 tractentur] tractarentur *G*

[130] 1 Gillomanius] Guillomanius *R* — 6 sunt] sint *P* — 7 Numquid] n. enim *P* — 8 provocetur] ad proeliandum p. *RP* — 9 viri] o viri *ER* — 10 auferent] auferetur *P* — nobis] a nobis *G* — minimum lapillum] minimus lapillus *P* — 11 igitur] ergo *P* — ipsos] illos *R*

Digitized by Google

Potiti autem victoria, exegerunt Killaraum montem, lapidumque structuram adepti, gavisi sunt et admirati. Circumstantibus itaque cunctis, accessit Merlinus et ait : « Utimini viribus vestris, juvenes, ut in deponendo lapides istos sciatis utrum ingenium virtuti an virtus ingenio cedat. » Ad imperium igitur ejus indulserunt unanimiter multimodis machinationibus et aggressi sunt choream deponere. Alii funes, alii restes, alii scalas paraverunt, ut quod affectabant perficerent, nec ullatenus perficere valuerunt. Deficientibus itaque cunctis, solutus est Merlinus in risum suasque machinationes confecit. Denique, cum quaeque necessaria apposuisset, levius quam credi potest lapides deposuit; depositos autem fecit deferri ad naves et introponi ; et sic cum gaudio in Britanniam reverti coeperunt, et prosperantibus ventis applicant, sepulturasque virorum cum lapidibus adeunt. Quod cum indicatum fuisset Aurelio, diversos nuntios per diversas partes Britanniae direxit jussitque clerum ac populum submonere, submonitos vero in monte Ambrii convenire, ut cum gaudio et honore praedictam sepulturam repararent. Ad edictum ergo illius, venerunt pontifices et abbates et ex unoquoque ordine qui ei subditi fuerant. Et cum omnes convenissent, instante die quae praedestinata fuerat, imposuit Aurelius diadema capiti suo, festumque Penthecostes regaliter celebravit, tribusque sequentibus diebus continuae celebrationi vacavit. Interea honores qui possessoribus carebant domesticis suis largitur, ut eis obsequii sui laborem remuneraret. Evacuatae erant duae metropolitanae sedes, Eboraci videlicet atque Urbis Legionum, a pastoribus suis : quibus communi populorum consilio consulere volens, concessit

15 Killaraum] killarum *G* — 18 deponendo] ponendo *G* — 19 an] aut *G* — 20 multimodis] et m. *G* — 21 et *mq.* *G* — 27 introponi] interponi *G* — cum *mq.* *P* — 29 adeunt] aproperant *R*, petunt *P* — 31 submonere] submoneri *E*, s. *corrigé en* submoneri *R* — monte] montem *E* — 33 illius] illud *R* — 34 ei] eis *P* — 35 convenissent] advenissent *G* — fuerat] erat *R* — 36 Penthecostes] penthecosten *R*, pentecostes *P* — 38 qui] que *E* — possessoribus *corrigé en* possessionibus *R* — 39 obsequii sui laborem] l. o. s. *P* — 42 concessit] concessi *E*

Digitized by Google

Eboracum Sansoni, illustri viro summaque religione famoso; Urbem vero Legionum Dubritio, quem divina prudentia in eodem loco profuturum elegerat. Cumque haec et cetera in regno suo statuisset, praecepit Merlino lapides circa sepulturas erigere, quos ex Hybernia asportaverat. At ille, praeceptis ejus obediens, eodem modo quo in Killarao monte Hyberniae positi fuerant erexit illos circa sepulturas ingeniumque virtuti praevalere comprobavit.

[131] Eodem tempore, Pascentius, filius Vortegirni, qui in Germaniam diffugerat, commonebat omnem armatum militem illius regni in Aurelium Ambrosium, patremque suum vindicare volebat. Promittebat autem infinitam copiam auri et argenti, si auxilio eorum Britanniam sibi subdidisset. Denique, cum promissis suis universam juventutem corrupisset, paravit maximum navigium, applicuitque in aquilonaribus insulae partibus, ac eas vastare incepit. Cumque id regi nuntiatum fuisset, collegit exercitum suum, obviamque perrexit, atque saevientes hostes ad proelium provocavit. Qui ultro ad proelium venientes commiserunt pugnam cum civibus, sed volente Deo devicti fuerunt et in fugam compulsi.

[132] Pascentius ergo, in fugam propulsus, non ausus est redire in Germaniam, sed, retortis velis, adivit Gillomanium in Hyberniam et ab illo receptus est. Et cum infortunium suum notificasset, miseratus Gillomanius pactus est ei auxilium, conquerens de injuria quam Uther, frater Aurelii, sibi intulerat, dum choream gigantum perquireret. Confirmato tandem inter ipsos foedere, paraverunt sibi naves, et ingressi sunt eas,

43 Sansoni] sanxoni *G*, sampsoni *P* — 44 Legionum] legionis *G* — 45 in regno] ingenio *G* — 48 Killarao] killario *G* — 49 sepulturas] sepulturam *P*

[131] 1 Pascentius] pacentius *E* — Vortegirni] vortigerni *P* — 3 illius regni] r. it. *R* — 4 autem] enim *E* — copiam auri] a. c. *P* — 5 Britanniam sibi] s. b. *E* — subdisset] subjugasset *G* — 6 suis *mq*. *G* — 7 insulae partibus] p. i. *E*, p. *P* — 8 Cumque] cum *E* — 9 obviamque perrexit] o. eis ivit *R* — 10 proelium] bellum *P* — 11 volente] favente *P* — 12 et] atque *P*

[132] 1 Pascentius] pacentius *E* — 5 conquerens] et querens *G* — Uther] uter *G* — sibi] ei *R* — 7 eas] in eas *G*

Digitized by Google

et in Meneviam urbem applicuerunt. Quo divulgato, Utherpendragon, excita armatorum copia, ivit in Kambriam, ut cum eis pugnaret. Frater etenim suus Aurelius in Gwintonia urbe morbo gravatus jacebat, nec poterat ipse adire. Cumque id Pascentio et Gillomanio Saxonibusque qui aderant compertum fuisset, gavisi sunt valde, quia aestimabant propter infirmitatem ejus regnum leviter subdendum. Et dum murmuratio inde per populos fieret, accessit unus ex Saxonibus vocabulo Eapa ad Pascentium et ait : « Quibus donariis ditabis hominem, qui Aurelium Ambrosium tibi interficiet? » Cui Pascentius : « O si quempiam repperirem cui hoc in animo staret, darem ei mille libras argenti familiaritatemque meam, dum viverem. Et si fortuna permiserit ut diademate regni potiar, faciam illum centurionem atque juramento confirmabo. » Ad haec Eopa : « Didici linguam britannicam, moresque hominum scio, in medicina arte peritus. Si ergo ea quae promittis executus mihi fueris, fingam me christianum et britannum et, quasi medicus praesentiam regis nactus, ei potionem qua obibit conficiam. Et ut citius aditum repperiam, faciam me monachum religiosissimum et omni dogmate eruditum. » Cumque haec promisisset, pepigit Pascentius foedus cum illo et ea quae spoponderat juramento confirmavit. Rasit ergo Eopa barbam suam, capiteque tonso monachalem cepit habitum, et vasis medicamentorum suorum oneratus, iter versus Wintoniam arripuit. Urbem postremo ingressus, obtulit obsequium suum clientibus regis et gratiam in oculis eorum invenit : nihil enim desiderabilius exspectabant quam medicum. Exceptus itaque et in praesentia

9 pendragon *mq.* *G* — armatorum] armorum *E* — Kambriam] Kambria *G* — 10 Gwintonia urbe] Guintonia u. *ER* , u. Wintonia *P* — 11 ipse] ipsemet *P* — id *mq.* *E* — 12 Pascentio] pacentio *E* — et Gillomanio... aderant *après* fuisset *G* — compertum] nuntiatum *G* — 14 ejus] Aurelii *G* — 15 ex Saxonibus] *mq.* *E*, de s. *P* — Eapa] Eopa *G* — 16 Pascentium] pacentium *E* — donariis] donis *G* — ditabis] donabis *E* — 17 Pascentius] pacentius *E* — 18 in *mq.* *G* — 19 familiaritatemque] familiaritatem *E* — 23 medicina] medicine *G* — mihi fueris] f. m. *E* — 25 qua] quam *P* — obibit] obiet *G*, obbibet *P* — 26 faciam] fingam *P* — 28 pepigit] petiit *P* — 29 ergo] igitur *RP* — 30 monachalem] monachilem *R* — cepit] recepit *G* — 32 obtulit *après* regis *P* — 34 praesentia] praesentiam *R*

Digitized by Google

regis ductus, promisit se redditurum ei sanitatem, si potionibus suis frueretur. Nec mora, potionem conficere jussus, submiscuit venenum et regi porrexit. Quod cum cepisset Aurelius et hausisset, jussus est confestim a nefando ambrone sub coopertorio suo delitere atque obdormire, ut magis potio detestanda proficeret. Paruit illico rex monitis proditoris illius et quasi sanitatem recepturus obdormivit. Nec mora, illabente veneno per poros corporis et venas, consecuta est mors soporem, quae nemini parcere consuevit. Interea nefandus proditor ille, inter unum et alium elapsus, in curia nusquam comparuit.

[133] Haec dum Wintoniae agerentur, apparuit stella mirae magnitudinis et claritatis, uno radio contenta. Ad radium vero erat globus igneus, in similitudinem draconis extensus, et ex ore ejus procedebant duo radii, quorum unus longitudinem suam ultra gallicana climata videbatur extendere, alter vero versus Hybernicum mare vergens in septem minores radios terminabatur. Apparente itaque praefato sidere, percussi sunt omnes metu et admiratione, qui istud inspiciebant. Uther etiam, frater regis, hostilem exercitum in Kambria petens, non minimo timore percussus, quosque sapientes adibat, ut quid portenderet stella notificarent. Inter ceteros jussit vocari Merlinum ; nam et ipse in exercitu venerat, ut consilio ipsius res proeliorum tractarent. Qui ut in praesentia ducis astitisset, jussus est significationem sideris enucleare. Mox ille, in fletum erumpens, revocato spiritu exclamavit et ait : « O damnum irrecuperabile! O orbatum populum Britanniae ! Defunctus est inclytus rex Britonum, Aurelius Ambrosius, cujus obitu obibi-

35 redditurum ei sanitatem] s. reddituram ei *G* — 40 proficeret] profecisset *R* — 41 recepturus] accepturus *R* — 43 consuevit] suevit *EP* — nefandus *mq. P* — ille *mq. G* — 44 nusquam] nunquam *E*

[133] 1 Haec dum] Et d. haec *P* — Wintoniae] Guintonie *E* — 2 claritatis] clarius *G*, claritudinis *E* — 4 duo *mq. G* — 8 istud] illud *R* — 9 etiam frater] confrater *G* — Kambria] partibus kambrie *P* — 10 percussus] perculsus *P* — 11 portenderet] protenderet *P* — 11 notificarent] signarent *G* — vocari] vocare *G* — 13 tractarent] tractarentur *P* — ducis] ejus *E*, regis *R* — 17 inclytus rex] r. i. *G* — obibimus omnes] obimus *G*

Digitized by Google

mus omnes, nisi Deus auxilium subvectet. Festina ergo, dux nobilissime, Uther, festina et conflictum cum hostibus ne differas : victoria tibi in manu erit et rex eris totius Britanniae. Te etenim sidus istud significat et igneus draco sub sidere. Radius autem, qui versus gallicanam plagam porrigitur, portendit tibi filium futurum potentissimum, cujus potestas omnia regna quae proteget habebit. Alter vero radius significat filiam, cujus filii et nepotes regnum Britanniae succedenter habebunt.

[134] At Uther, in dubio tamen extans an verum protulisset Merlinus, in hostes, ut coeperat, progreditur. Advenerat namque prope Meneviam, ita ut iter medietatis diei restaret. Cumque adventus ejus Gillomanio, Pascentio Saxonibusque qui aderant relatus fuisset, egressi sunt ei obviam, ut cum ipso congrederentur. Porro, ut sese ad invicem conspexerunt, statuerunt agmina sua in utraque parte cominusque accedentes pugnaverunt ; pugnantes autem interficiuntur hinc et inde milites, ut in tali eventu fieri solet. Denique, cum multum diei praeterisset, praevaluit Uther, interfectisque Gillomanio et Pascentio, triumpho potitus est. Fugientes itaque barbari festinaverunt ad naves suas, sed in fugiendo a prosequentibus civibus trucidabantur. Cessit prorsus victoria duci, favente Christo, qui post tantum laborem quam citius potuit progressus est Wintoniam. Praevenerant namque nuntii, qui casum regis indicaverant ipsumque jam ab episcopis patriae sepultum fore prope coenobium Ambri, infra choream Gigantum, quam vivens fieri praeceperat. Audito etenim ipsius obitu, convenerant in urbe Wintoniae pontifices et abbates atque totus clerus ejusdem provinciae et, ut tantum decebat regem, funus ipsius procuraverunt ; et, quia vivens adhuc praeceperat ut in cimiterio quod

18 subvectet] subvectaret *P* — 19 conflictum] c. facere *P* — 21 significat] signat *G* — 23 filium futurum] fut. fil. *E* — potentissimum] et p. *EP* [134] 1 extans] existens *R* — 6 sese] se *G* — 12 proseq.] persequentibus *E* — in fugiendo] infugientes *R* — 13 Christo] deo *P* — 14 Wintoniam *mq.* *G* — 17 choream gigantum] g. c. *P* — 19 urbe] urbem *P* — Wint.] Guintonie *ER* — totus] omnis *R* — 20 tantum] tanti *R* — decebat regem] r. d. *EP*, regis *R*

Digitized by Google

ipse paraverat sepeliretur, tulerunt eum ibidem atque cum regiis exequiis humaverunt.

[135] At Uther, frater ejus, convocato regni clero et populo, cepit diadema insulae, annuentibus quoque cunctis sublimatus est in regem. Reminiscens autem expositionis quam Merlinus de supradicto sidere fecerat, jussit fabricari duos dracones ex auro ad similitudinem draconis quem ad radium stellae inspexerat. Qui ut mira arte fabricati fuerunt, obtulit unum in ecclesia primae sedis ecclesiae Wintoniae, alterum vero sibi ad ferendum in proelia retinuit. Ab illo itaque tempore vocatus fuit Utherpendragon, quod britannica lingua caput draconis sonamus. Iccirco hanc appellationem acceperat, quia Merlinus eum per draconem in regem prophetaverat.

[136] Interea Octa, filius Hengisti, atque Eosa, cognatus suus, cum soluti essent a foedere quod Aurelio Ambrosio pepigerant, moliti sunt inferre inquietudinem regi atque nationes suas dilatare. Associabant namque sibi Saxones, quos Pascentius conduxerat, nuntiosque suos propter ceteros in Germaniam dirigebant. Maxima itaque multitudine stipatus aquilonares provincias invasit, nec saevitiae indulgere quievit, donec urbes et promontoria ab Albania usque ad Eboracum destruxit. Postremo, cum urbem obsidere incepisset, supervenit Utherpendragon cum tota fortitudine regni et cum illo proeliatus est. Restiterunt viriliter Saxones et irruptiones Britonum tolerantes ipsos in fugam propulerunt.

Victoria autem potiti, insecuti sunt eos cedentes usque ad montem Damen, dum sol stare permittebat diem. Erat autem mons ille arduus, in cacumine coriletum habens, in medio vero saxa praerupta, latebris ferarum habilia. Occupa-

22 eum] corpus ejus *RP*, exequiis *mq*. *P*

[135] 1 regni clero] c. r. *G* — 2 quoque] que *P* — 7 ecclesiae *mq*. *RP* — 8 ferendum] deferendum *G* — tempore] ipse *G* — 19 acceperat] inceperat *G*, receperat *ER* — Merlinus eum] e. m. *G*

[136] 4 sibi *mq*. *E* — quos] quos quod *G* — 6 itaque] autem *G* — 9 provincias] partes *R* — saevitiae] s. sue *P* — 8 ad *mq*. *ER* — 9 incepisset] cepisset *E* — 11 viriliter] fortiter *E* — et irruptiones] irruptionesque *P* — 13 potiti *mq*. *E* — 14 diem *après* sol *RP*

Digitized by Google

verunt eum Britones totaque nocte infra saxa et corileta commanserunt. At, ubi Artos temonem vertere coepit, praecepit Uther consules suos atque principes ad se vocari, ut consilio eorum tractaret qualiter in hostes irruptionem facerent. Convenerunt citius cuncti in praesentia regis, jussique dicere quid consiliarentur, Gorloi, duci Cornubiae, prius sententiam suam proferre praeceperunt. Erat enim consilii magni atque aetatis maturae : « Non est opus, inquit, ambagibus vanis aut sermonibus, dum adhuc noctem restare conspicimus. Utendum nobis est audacia et fortitudine, si vita et libertate frui diutius volueris. Magna est paganorum multitudo et pugnandi avida; nos vero rariores existimus. Si autem diem supervenire expectaverimus, non censeo nobis utile ut cum eis congrediamur. Eia ! ergo, dum tenebrae durant, densatis turmis descendamus ipsosque infra castra sua subito impetu invadamus. Nam, dum nihil haesitaverint nec nos hoc modo venturos existimaverint, si unanimiter irruentes usi fuerimus audacia, triumpho sine dubio potiemur. » Placuit regi omnibusque sententia illius monitisque suis paruerunt. Statuti namque per turmas et armati, castra hostium petunt et unanimi affectu in ipsos irruere proponunt. At, dum prope incederent, compererunt vigiles adventum eorum, qui soporatos socios sonitu lituorum evigilaverunt. Turbati itaque hostes et stupefacti partim armare sese festinant, partim formidine praeoccupati quo impetus ducebat discurrebant. At Britones, densatis incedentes turmis, ocius adeunt castra et invadunt, repertoque aditu nudatis ensibus in hostes concurrunt. Qui, ita ex improviso occupati, non utiliter reddiderunt proelium, cum ceteri audaciam cum prae-

17 eum Britones] b. e. *G* — totaque] tota *G* — 18 ubi] cum *R* — Artos] arctos *EP* — 20 irruptionem] irruptiones *G* — 21 jussique] jussitque *ER* — 22 Gorloi] Golloi *R* — 23 enim] e. ipse *P* — atque aetatis] etatisque *R* — 24 est opus] opus est *RP* — inquit *mq*. *G* — aut] ac *G* — 25 restare] stare *P* — 26 nobis *mq*. *G* — frui diutius] d. f. *R* — 27 volueris] volueritis *RP* — 29 nobis] vobis *G* — 32 nos hoc modo] h. m. n. *P* — 33 irruentes *mq*. *P* — audacia] a. irruentes in eos *P* — 36 unanimi] unanimo *E* — 39 et] atque *P* — 43 concurrunt] unanimiter c. *R* — ita] itaque *G*

Digitized by Google

meditatione recepissent. Porro Britones acriter irruere intendunt, trucidare conantur, et paganos ad milia interficiunt. Denique capti sunt Octa et Eosa et Saxones penitus dissipati.

[137] Post illam vero victoriam petunt urbem Alclud, provinciaeque illi disposuit, pacemque ubique renovavit. Circuivit etiam omnes Scotorum nationes rebellemque populum a feritate sua deposuit. Tantam namque justitiam exercebat per patrias quantam alter antecessorum suorum non fecerat. Tremebant ergo in diebus ejus quicumque perverse agebant, cum sine misericordia plecterentur. Denique, pacificatis aquilonaribus provinciis, ivit Londoniam jussitque ibidem Octam et Eosam in carcere servari. Festo etiam paschali superveniente, praecepit proceribus regni in eadem urbe convenire, ut, sumpto diademate, tantum diem cum honore celebraret. Paruerunt ergo cuncti et diversi, ex diversis civitatibus venientes, instante festivitate convenerunt. Celebravit itaque solemnitatem rex ut proposuerat et gaudio cum proceribus suis indulsit. Laetitiam agebant cuncti, quia ipsos laeto animo receperat. Advenerant namque tot nobiles cum conjugibus suis et filiabus, laeto convivio digni.

Aderat inter ceteros Gorlois, dux Cornubiae, cum Ingerna, conjuge sua, cujus pulchritudo mulieres omnes Britanniae superabat. Cumque inter alias inspexisset eam rex, subito incaluit amore illius, ita ut, pospositis ceteris, totam intentionem suam circa eam verteret. Haec sola erat cui fercula incessanter dirigebat, cui aurea pocula familiaribus internuntiis mittebat. Arridebat ei multotiens, jocosa verba interserebat. Quod cum comperisset maritus, confestim iratus ex curia sine

[137] 1 petunt] petivit *R* — Alclud] aldelud *P* — 3 Scotorum] scottorum *G* — 4 deposuit] disposuit *G* — Tantam namque] Tantamque *P* — per patrias] per p. suas *G*, *mq*. *P* — 6 agebant] aiebant *G* — 8 et] atque *P* — 9 etiam] igitur *E* — 10 eadem urbe] eandem urbem *P* — 11 celebraret] celebrare *G* — 13 convenerunt] cognoverunt *P* — itaque] ita rex *P* — rex ut] ut *P* — 15 ipsos] i. rex *P* — 16 suis *après* filiabus *ER* — 18 Ingerna] Igerna *R* — 19 mulieres omnes] o. m. *E* — omnes] totius *P* — 20 alias] ceteras *R* — inspexisset] conspexisset *G* — 21 incaluit] concaluit *G* — ita ut] ut ita *G* — 24 jocosa] joculosa *G*, et jocosa *RP*

Digitized by Google

licentia recessit. Non affuit qui eum revocare quivisset, cum id solum amittere timeret, quod super omnia diligebat. Iratus itaque Uther praecepit ei redire in curiam suam, ut de illata injuria rectitudinem ab eo sumeret. Cui cum parere refugisset Gorlois, admodum indignatus est juravitque jure jurando se vastaturum nationem ipsius, nisi ad satisfactionem festinasset.

Nec mora, praedicta ira inter eos manente, collegit exercitum magnum petivitque provincias Cornubiae atque ignem in urbes et oppida accumulavit. At Gorlois non ausus est congredi cum eo, quia ejus minor erat armatorum copia. Unde praeelegit munire oppida sua, donec auxilium ab Hibernia impetrasset, et, cum magis pro uxore sua quam pro semet ipso anxiaretur, posuit eam in oppido Tintagol, in litore maris, quod pro tutiori refugio habebat. Ipse vero ingressus est castellum Dimilioc, ne, si infortunium supervenisset, ambo insimul periclitarentur. Cumque id regi nuntiatum fuisset, ivit ad oppidum quo inerat Gorlois, et obsedit illud, omnemque aditum ipsius praeclusit.

Emensa tandem hebdomada, reminiscens amore Ingernae, vocavit Ulfin de Ridcaradoch, familiarem sibi commilitonem, indicavitque in haec verba quod affectaverat : « Uror amore Ingernae, nec periculum corporis mei evadere existimo, nisi ea potitus fuero. Tu igitur, adhibe consilium quo voluntatem meam expleam ; aut aliter internis anxietatibus interibo. » Ad haec Ulfin : « Et quis tibi consiliari valuerit, cum nulla vis accedere queat, qua eam infra oppidum Tintagol adeamus? Etenim situm est in mari et undique circumclausum ab ipso,

26 affuit] fuit *G* — 27 timeret] timet *G* — Iratus itaque] it. ir. *G* — 29 parere] parcere *G* — diffugisset] refugisset *G* — 30 indignatus] iratus *R* — est] est rex *G* — 31 ipsius] illius *E* — festinasset] venisset *E* — 32 manente *avant* praedicta *P* — collegit] c. rex *P* — 33 magnum *mq*. *G* — provincias] provinciam *P* — ignem *après* oppida *R* — 34 est *mq*. *P* — 35 minor] timor *G* — 36 auxilium] a. suum *R* — 37 sua *mq*. *G* — semet] se *R* — 38 Tintagol] tintagos *E* — tutiori] tutiore *E* — 39 castellum] catellum *E* — 40 si] si forte *G* — 41 quo inerat] in quo erat *E* — 42 ipsius] illius *EP* — 43 hebdomada] hebdoma *G* — amore] amoris *ER* — Ingernae] Igerne *R* — 44 Ulfin] ulfra *P* — de Ridcaradoch] caradoc *G* — 46 Ingernae] Igerne *R* — 49 valuerit] valuit *P* — 50 oppidum *mq*. *P* — 51 ipso] eo *P*

Digitized by Google

nec est alter introitus nisi quem augusta rupes praebeat. Ipsum tres armati milites prohibere queunt, licet cum toto regno Britanniae astitisses. Attamen, si Merlinus vates operam insisteret dare, arbitror te posse consilio ipsius desiderio tuo potiri. Credulus itaque rex jussit vocari Merlinum ; nam et ipse ad obsidionem venerat. Vocatus confestim Merlinus cum in praesentia regis astitisset, jussus est consilium dare quo rex desiderium suum in Ingerna expleret. Qui, comperta anxietate qua rex patiebatur pro ea, commotus est super tanto amore ipsius et ait : « Ut voto tuo potiaris, utendum est tibi novis artibus et tempore tuo inauditis. Scio medicaminibus meis dare tibi figuram Gorlois, ita ut per omnia ipse videaris. Si itaque parueris, faciam te prorsus simulare eum, Ulfin vero Jordanum de Tintagol, familiarem suum. Alia autem specie sumpta adero tertius, poterisque tuto adire oppidum ad Ingernam atque aditum habere. »

Paruit itaque rex diligentemque animum adhibuit. Postremo, commissa familiaribus suis obsidione, commisit se medicaminibus Merlini et in speciem Gorlois transmutatus est. Mutatur etiam Ulfin in Jordanum, Merlinus in Brithaelem, ita ut nemini quod fuerant comparerent. Deinde aggressi sunt viam versus Tintagol et cum crepusculo ad oppidum venerunt. Indicato ocius janitori quod consul adveniret, apertae sunt januae et intromissi sunt viri. Quid enim aliud accessisset, cum prorsus ipse Gorlois reputaretur adesse? Commansit itaque rex ea nocte cum Ingerna et sese desiderata venere refecit. Deceperat namque illam falsa specie quam

52 rupes praebeat] p. r. *E* — 53 toto] tot *G* — 54 At] Et *G* — 55 ipsius] illius *G* — 56 vocari Merlinum] m. v. *R* — 57 ad] in *E* — 58 quo] quod *G* — 59 Ingerna] Igerna *RP* — 60 qua] quam *RP* — 61 tibi *mq. ER* — 63 omnia] o. esse *G* — 66 Ingernam] Igernam *R* — 68 rex *mq. G* — diligentemque] exigentemque *G* — 69 commissa] commisso *G*, commisso commissis *E*, *corrigé en* commissa *P* — 70 speciem] specie *G* — mutatur] mutatus est *E* — 71 etiam] et *P* — Jordanum] jordanem *G* — Brithaelem] Britahelem *ER* — 72 fuerant] fuerat *G* — 75 enim] etiam *G* — accessisset] accedisset *G* — 76 prorsus *après* Gorlois *G* — reputaretur] putaretur *G* — 77 cum] qua *G* — Ingerna] Igerna *RP* — 78 illam] eam *E* — specie] species *RP*

Digitized by Google

assumpserat, deceperat etiam ficticiis sermonibus, quos ornate componebat. Dicebat enim se egressum esse furtim ab obsesso oppido, ut sibi, tam dilectae rei, atque oppido suo disponeret. Unde ipsa credula nihil quod poscebatur abnegavit. Concepit quoque eadem nocte celeberrimum illum Arturum, qui postmodum ut celebris esset mira probitate promeruit.

[138] Interea, cum compertum esset per obsidionem regem non adesse, exercitus inconsulte agens muros diruere conatur et obsessum comitem ad proelium provocare. Qui etiam inconsulte faciens egressus est cum commilitonibus suis, arbitrans parva manu tot armatis se posse resistere. Pugnantes ergo hinc et inde inter primos interfectus est Gorlois et socii sui dissipati. Captum est oppidum quod obsederant et opes interpositae non aequa sorte divisae. Nam, ut cuique administrabat fortuna et fortitudo, capaci ungue rapiebat. Peracta tandem hujus ausi audacia, venerunt nuntii ad Igernam, qui et necem ducis et obsidionis eventum indicarent. Sed, cum regem in specie consulis juxta eam residere inspexissent, erubescentes admirabantur ipsum, quem in obsidione interfectum deseruerant, ita incolumem pervenisse. Nesciebant enim quae medicamenta Merlinus confecerat. Ad tales ergo rumores arridebat rex atque cum his verbis comitissam amplexabatur : « Non equidem interfectus sum, sed, ut vides, vivo. Doleo tamen oppidi mei destructionem sociorumque meorum necem. Unde nobis timendum est ne superveniat rex et nos in oppido isto intercipiat. Ibo igitur prius in obviam et me pacificabo cum ipso, ne nobis

79 deceperat etiam] deceperatque *G* — 80 se] sese *P* — 81 obsesso oppido] op. ob. *R* — ut] ubi *G* — suo *mq*. *P* — 83 quoque] ergo *G* — 83 celeberrimum illum] i. c. *P* — illum] virum illum *E* — Arturum] arcturum *G* (*et généralement ailleurs*) — 84 esset] foret *EP*

[138] 2 exercitus] exercitum *G* — 3 provocare] convocare *G* — 4 commilitonibus] comitibus *G* — 5 se *mq*. *G* — ergo] vero *H* — 6 interfectus] peremptus *E* — sui *mq*. *G* — 7 Captum] c. vero *G* — interpositae] intus posite *P* — 10 audacia] sevicia *EP* — qui et] et qui *P* — Igernam] ingernam *G* — 13 obsidione] obsidionem *G* — 14 Merlinus] mellinus *E* — 17 sum *mq*. *P* — vides] ipse vides *E* — 18 necem] cedem *EP* — 20 igitur] ergo *G* — pacificabo] pacifico *G*

Digitized by Google

deterius contingat. » Egressus itaque petivit exercitum suum et, exuta specie Gorlois, in Utherpendragon redivit. Cumque omnem eventum didicisset, ob caedem Gorlois doluit, sed ob Igernam a maritali copula solutam gavisus est. Reversus itaque ad oppidum Tintagol, cepit illud, cepitque Igernam, et voto suo potitus est. Commanserunt deinde pariter non minimo amore ligati progenueruntque filium et filiam. Fuit autem nomen filii Arturus, filiae vero Anna.

[139] Cumque dies et tempora praeterissent, occupavit infirmitas regem eumque multis diebus vexavit. Interim vero custodes carceris, quo Octa atque Eosa, quos supra memoravi, taediosam vitam ducebant, diffugerunt cum eis in Germaniam terroremque per regnum intulerant. Asserebat namque rumor ipsos jam commovisse Germaniam classemque maximam paravisse, in exitium insulae redituri. Quod et factum est. Redierunt enim cum maxima classe sociisque innumerabilibus et, partes Albaniae ingressi, civitates atque cives igne accendere afficiunt. Committitur itaque exercitus Britanniae Loth de Lodonesia, ut hostes longius arceret. Erat autem ille consul Leil, miles strenuissimus, sapientia et aetate maturus. Probitate ergo ipsius acclamante, dederat ei rex Annam, filiam suam, regnique sui curam, dum infirmitati subjaceret. Hic cum in hostes progressus esset, multotiens repulsus est ab eis, ita ut sese infra civitates reciperet; saepius vero fugabat illos atque dissipabat et nunc ad nemora, nunc ad naves diffugere cogebat. Fuit inter eos dubia proeliorum decertatio, ita ut nesciretur cui victoria proveniret. Superbia enim civibus nocebat, quia dedignabantur praeceptis consulis obedire. Unde debiliores insistentes nequibant imminentes hostes triumphare.

22 Uther] uter *G* — 23 caedem] necem *G* — sed] et *P* — 24 Igernam] ingernam *G* — copula] lege *E* — 25 Igernam] ingernam *G* — 26 non] cum *E* — 28 Anna] anne *G*

[139] 3 quo] qui *G* — memoravi] commemoravi *R* — 4 diffugerunt] diffugierunt *RP* — 5 intulerant] intulerunt *R* — 6 commovisse] commisisse *G* — maximam] jam m. *R* — redituri] redituros *P* — 8 enim] etenim *E* — 12 Leil] leis *E* — 16 sese] se *P* — illos] eos *E* — 21 insistentes] existentes *E*

Digitized by Google

[140] Vastata itaque fere insula, cum id regi nuntiaretur, ultra quam infirmitas expetebat iratus est jussitque cunctos proceres convenire, ut ipsos de superbia et debilitate sua corriperet ; et cum omnes in praesentia sua inspexisset, convicia cum castigantibus verbis intulit juravitque quod ipsemet eos in hostes conduceret. Praecepit itaque fieri sibi feretrum quo asportaretur, cum gressum alterius modi abnegaret infirmitas. Praecepit etiam cunctos paratos esse ut, cum opportunitas accederet, in inimicos progrederentur. Nec mora, paratum est feretrum, parati sunt omnes, diesque opportunus instabat.

[141] Intropositо itaque rege, Verolamium perrexerunt, ubi praedicti Saxones universum populum affligebant. Cumque edocti essent Octa et Eosa adventum Britonum regemque in feretro advectum, dedignati sunt cum eo proeliari, quia in vehiculo advenerat. Aiebant enim ipsum semimortuum esse, nec tantos viros cum hujus modi homine pugnare decere. Receperunt itaque sese infra urbem et valvas, quasi nihil timerent, deseruerunt apertas. At Uther, cum id sibi relatum fuisset, jussit ocius obsidere civitatem atque moenia undique invadere. Paruerunt ergo cives, et urbem obsederunt, et moenia invaserunt. Stragem autem Saxonibus dantes, fere dirutis muris, ingressi sunt, nisi Saxones ad ultimum resistere incepissent. Praevalentibus namque civibus, piguerat eos inceptae superbiae : unde se defendere instituerunt. Scandentes itaque muros omnimodis telis Britones repellebant. Denique, cum utrimque decertarent, supervenit nox, quae singulos ab armis ad quietem invitavit. Quietem desiderabant multi, plures vero consilium quo adversarios suos perderent. At Saxones, cum in-

[140] 1 fere] pene *E* — 3 et debilitate] *mq G*, ac d. *P* — 4 praesentia sua] presentiam suam *R* — inspexisset] conspexisset *G* — 6 in hostes *mq. G* — fieri sibi] sibi fieri *ER* — 10 diesque] dies *P*

[141] 3 edocti essent] nossent *E* — et] atque *P* — in *mq. E* — 4 advectum] adventum *P* — dedignati] indignati *E* — 8 deseruerunt apertas] a. d. *R* — id *mq. G* — relatum] nuntiatum *P* — 11 dirutis] diruptis *G* — 13 Praevalentibus...instituerunt *mq. E* — namque] autem *P* — 14 instituerunt] institerunt *R*, insteterunt *P* — 17 plures] multi *P* — 18 inspexissent] inspicerent *G*

Digitized by Google

spexissent superbiam suam sibi nocuisse, Britones autem fere triumphasse, proposuerunt cum diliculo egredi inimicosque suos ad campestre proelium provocare. Quod factum est. Nam, ut diem protulit Titan, egressi sunt dispositis catervis, ut propositum suum exequerentur. Quod videntes Britones diviserunt milites suos per turmas atque, in obviam venientes, prius invadere coeperunt. Resistunt illico Saxones, invadunt Britones, et mutuam necem utrobique conficiunt. Postremo, cum multum diei praeterisset, cessit victoria regi Britonum, interfectisque Octa atque Eosa, terga dederunt Saxones. Coepit inde tanta laetitia regem, ita ut, cum prius sine juvamine alterius sese erigere nequiret, levi conamine erectus resedit in feretro, ac si subitam sanitatem recepisset. Solutus etiam in risum, hilari voce in hunc sermonem prorumpebat : « Vocabant me ambrones regem semimortuum, quia infirmitate gravatus in feretro jacebam. Sic equidem eram. Malo tamen semimortuus ipsos superare quam sanus et incolumis superari, sequenti vita perfuncturus. Praestantius enim est mori cum honore quam cum pudore vivere. »

[142] Devicti autem Saxones non idcirco a malitia sua destiterunt, sed, aquilonares provincias ingressi, populos incessanter infestabant. Quos Uther rex, ut proposuerat, affectabat insequi, sed dissuaserunt principes, quia eum gravior infirmitas post victoriam occupaverat. Unde audaciores insistentes, hostes omnibus modis regnum subdere nituntur. Proditioni enim solitae indulgentes, machinantur qualiter regem dolo interficiant ; et, cum alter aditus defecisset, statuerunt illum veneno perdere. Quod factum est. Nam, cum in urbe Verolamii jaceret, direxerunt in paupere cultu legatos, qui statum

20 proposuerunt] posuerunt *G* — 21 proelium] bellum *G* — 22 catervis] turmis *E* — 24 atque] et *G* — 28 dederunt] verterunt *E* — inde] deinde *G* — 30 sese erigere nequiret] n. s. e. *R* — 32 me ambrones] a. me *E* — 35 ipsos *mq*. *G* — superari] ab ipsis s. *R* — 36 enim est] est *G*, est e. *P*

[142] 1 Devicti] Defuncti *E* — autem] a. ut dictum est *E* — 2 provincias] p. partes *G* — 3 proposuerat affectabat] a. p. *P* — 5 insistentes] effecti insistunt *P* — 6 Proditioni... indulgentes *mq*. *E* — 7 enim] etiam *P* — 9 veneno perdere] p. v. *G*

Digitized by Google

curiae addiscerent. Qui cum totum esse didicissent, inter cetera compererunt unum, quod proditioni ipsius praeelegerunt. Erat namque prope aulam fons nitidissimae aquae, quam solitus fuerat potare, cum ceteros liquores propter infirmitatem abhorreret. Fontem namque agressi sunt nefandi proditores ipsumque undique affecerunt veneno, ita ut manans aqua tota corrumperetur. Ut igitur potavit ex ea rex, festinae morti succubuit. Succubuerunt et centum homines post illum donec, comperta fraude, cumulum terrae super opposuerunt. Cum autem obitus regis divulgatus fuisset, advenerunt pontifices cum clero regni, tuleruntque corpus ejus ad coenobium Ambrii, et infra Choream Gigantum juxta Aurelium Ambrosium regio more humaverunt.

[2. *Arthur*]

[143] Defuncto igitur Utherpendragon, convenerunt ex diversis provinciis proceres Britonum in civitatem Silecestriae, Dubricio, Urbis Legionum archiepiscopo, suggerentes ut Arturum, filium ejus, in regem consecraret. Arguebat enim eos necessitas, quia, audito praedicti regis obitu, Saxones concives suos ex Germania invitaverant et, duce Colgrimo, ipsos exterminare nitebantur. Subjugaverant etiam sibi totam partem insulae quae a flumine Humbri usque ad Katanensium mare extenditur. Dubricius ergo, calamitatem patriae dolens, associatis sibi episcopis, Arturum regni diademate insignivit.

12 compererunt] comperierunt *G* — quod] qui *G* — proditioni] perditioni *R* — praeelegerunt] pereleg. *E* — 14 quam] qua *R* — fuerat] erat *EP* — 15 agressi] egressi *G* — nefandi *mq*. *P* — 16 proditores] homines *E* — affecerunt veneno] v. a. *G* — 17 tota *mq*. *G* — ex ea rex] rex ex ea *E* — 18 et] etiam *ER* — centum] centeni *E* — 22 Ambrii] ambri *P* — 23 *Après* humaverunt : Expl. lib. VIII^us^ Incip. IX^us^ *R*

[143] 1 convenerunt] venerunt *G* — 2 proceres] britones et principes *P* — civitatem] civitate *G* — Silecestriae] Silcestrie *E*, cilcestrie *RP* — 6 invitaverant] incitaverant *G* — Colgrimo] Colgrino *ER* — 7 etiam] enim *G* — partem insulae] i. p. *E* — 8 Katanensium] Cathanensium *E*, Catanesium *R*, cathanesium *P* — 10 regni diademate] d. r. *E*

Digitized by Google

Erat autem Arturus XV annorum juvenis, inauditae virtutis atque largitatis. In quo tantam gratiam innata bonitas praestiterat, ut a cunctis fere populis amaretur. Insignibus itaque regiis initiatus, solitum morem servans, largitati indulsit. Confluebat ad eum tanta multitudo militum, ut ei quod dispensaret deficeret. Sic cui naturalis inest largitio cum probitate, licet ad tempus indigeat, nullatenus tamen continua paupertas ei nocebit.

Arturus ergo, quia in illo probitas largitionem comitabatur, statuit Saxones inquietare, ut eorum opibus, quae ei famulabatur ditaret familiam. Commonebat etiam id rectitudo, cum totius insulae monarchiam debuerat hereditario jure obtinere. Collecta deinde sibi subdita juventute, Eboracum petivit. Cumque id Colgrimo compertum esset, collegit Saxones, Scottos, Pictos, venitque ei obvius cum multitudine maxima juxta flumen Duglas, ubi, facto congressu, utrorumque exercitus in majori parte periclitatus fuit. Victoria tamen potitus Arturus Colgrimum fugientem insecutus est ingressumque infra Eboracum obsedit. Audita itaque fratris sui fuga, Baldulfus cum sex milibus virorum obsidionem petivit, ut ipsum inclusum liberaret. Erat autem tunc ipse, quando frater pugnaverat, expectans adventum Chedrici ducis juxta maritima, qui eis ex Germania in auxilium venturus erat. Cum itaque esset spatio decem milliariorum ab urbe, statuit nocturnum iter arripere, ut furtivam irruptionem faceret. Quod edoctus Arturus jusserat Cadorem, ducem Cornubiae, cum sexcentis militibus et tribus milibus peditum eadem nocte illi obviare. Qui, viam qua hostes praeteribant nactus, inopinum impetum fecit, dila-

12 innata] inaudita (vel innata) *R* — 13 a cunctis] c. a. *G* — itaque *mq*. *G* — 16 Confluebat] confluebant *G* — quod] quod illis *R* — 17 nullatenus] ullatenus *P* — 19 Arturus] Arthurus *P* — largitionem] largitatem *P* — 20 ei *mq*. *P* — famulabatur] famulabantur *GE* — 21 id *mq*. *P* — 22 obtinere] possidere *P* — 24 Colgrimo] Colgrino *R* — Scottos, Pictos] scotos et p. *EP*, p. et scothos *R* — 25 obvius] obviam *G* — 27 fuit] est *G* — Arturus] arthurus *P* — 28 Colgrimum] colgrinum *R* — 29 Baldulfus] baldufus *G* — 32 Chedrici] cheldrici *EP* — eis] ei *G* — 33 ex G. in auxilium] in a. ex G. *R* — itaque *mq*. *E* — 37 illi] ei *G*

Digitized by Google

ceratisque ac interfectis Saxonibus, fugam facere coegit. Qui ultra modum anxius, quoniam fratri suo auxilium subvectare nequiret, deliberavit apud se qualiter colloquio ipsius frueretur. Existimabat enim aditum salutis utrorumque consilio machinari posse, si illius praesentiam adire quivisset. Cum igitur alterius modi aditum non haberet, rasit capillos suos et barbam cultumque joculatoris cum cithara cepit. Deinde infra castra deambulans modulis quos in lyra componebat sese citharistam exhibebat. Cumque nulli suspectus esset, accessit ad moenia urbis paulatim, coeptam simultatem faciens. Postremo, cum inclusis compertus esset, tractus est funiculis intra muros et ad fratrem conductus est. Ex tunc, viso germano, osculis et amplexibus desideratis sese refecit. Denique, cum post multimodas deliberationes in desperationem egrediendi incidissent, remeabant jam legati ex Germania, qui, duce Cheldrico, sexcentas naves milite forti oneratas in Albaniam conduxerant. Quo audito, dissuaserunt consiliarii sui Arturo obsidionem diutius tenere, ne, si tanta multitudo hostium supervenisset, dubium certamen commisissent.

[144] Paruit igitur Arturus domesticorum suorum consilio recepitque sese infra urbem Londoniarum. Ibi, convocato clero et primatibus totius potestatis suae, quaerit consilium quid optimum quidve saluberrimum contra paganorum irruptionem faceret. Communi tandem assensu illato, mittuntur Armoricam nuntii ad regem Hoelum, qui ei calamitatem Britanniae notificarent. Erat autem Hoelus filius sororis Arturi ex Budicio, rege Armoricanorum Britonum, generatus. Unde, audita

40 quoniam] quia *G* — 41 colloquio ipsius] ejus c. *G* — 42 enim] etenim *P* — 44 rasit]. rasitque *G* — 45 Deinde] denique *G* — 46 modulis] per modulos *G* — 48 simultatem] simulationem *G* — 49 inclusis] ab inclusis *E* — esset] e. sibi *G* — 50 conductus] c. est *G* — 51 desideratis *mq*. *E* — 52 in *mq*. *GR* — 53 jam] jam tunc *G* — Cheldrico] cleerlico *G* — 54 milite] militia *G* — 55 Arturo] arthuro *P* — 56 dubium] dubii *P*

[144] 1 Arturus] arthurus *P* — 2 Londoniarum] Lundoniarum *R* — 4 optimum] oportunum *P* — 5 tandem] tamen t. *P* — assensu] sensu *G* — Armoricam] armonicam *P* — 7 Arturi] arthuri *P* — Budicio] budocio *E*

Digitized by Google

inquietatione quae avunculo ingerebatur, jussit navigium suum parari, collectisque XV millibus armatorum, proximo ventorum flatu in Portum Hamonis applicuit. Excepit illum Arturus quo honore decebat, mutuos amplexus saepissime innectens.

[145] Emensis postmodum paucis diebus, urbem Kaerliudcoit petivit, a paganis quos supra memoravi obsessam : haec autem, in Lindeseiensi provincia inter duo flumina super montem locata, alio nomine Lindicolinum nuncupatur. Ut igitur cum omni multitudine sua eo venerunt, proeliati sunt cum Saxonibus, inauditam caedem inferentes. Ceciderunt namque ex illis ea die sex millia, qui, partim fluminibus submersi, partim telis percussi, vitam amiserunt. Unde ceteri stupefacti, relicta obsidione, fugam inierunt. Quos Arturus insequi non cessavit, donec in nemore Colidonis venerunt. Ibi, ex fuga undique confluentes, conati sunt Arturo resistere. Conserto itaque proelio, stragem Britonibus faciunt, sese viriliter defendentes. Usi etenim arborum auxilio tela Britonum vitabant. Quod Arturus intuens jussit arbores circa illam partem nemoris incidi et truncos ita in circuitu locari, ut egressus eis abnegaretur. Volebat namque ipsos inclusos tamdiu obsidere donec fame interirent. Quo facto, jussit turmas suas ambire nemus mansitque tribus diebus ibi. Cum igitur Saxones quo vescerentur indigerent, ne subita fame perirent, petierunt eo pacto egressum, ut, relicto omni auro et argento, cum solis navibus Germaniam redire sinerentur. Promiserunt quoque se daturos ei tributum ex Germania obsidesque inde mansuros. Tunc Arturus, quaesito consilio, petitioni eorum acquievit. Retinuit nam-

11 in Portum] portum *G*, in portu *E* — 12 mutuos amplexus] mutuis amplexibus *G*

[145] 1 urbem *mq*. *G* — Kaerliudcoit] kaerluidcoit *E* — 2 memoravi] commemoravi *R* — 3 Lindeseiensi] lindiseiensi *ER* — 4 locata] locatam *G* — Lindicolinum] Lindocolinum *E* — 5 eo venerunt] eo veniunt *G*, convenerunt *R* — proeliati sunt] preliaturi *GE* — 9 fugam inierunt] f. fecerunt *EP*, fugerunt *R* — 10 Colidonis] calidonis *P* — ex fuga undique] u. ex f. *RP* — 13 arborum] amborum *E* — 14 nemoris *mq*. *G* — 18 ibi] *mq*. *R*, ibidem *P* — 19 fame] fama *G* — 21 redire] adire *P* — Promiserunt quoque] promiseruntque *P* — se] sese *G* — 22 mansuros] missuros *P*

Digitized by Google

que ipsorum opes reddendique vectigatis obsides solumque abscessum largitus est.

[146] Cumque illi in redeundo domum aequora sulcarent, piguit peractae pactionis, retortisque velis redierunt Britanniam et Totonesium litus adiverunt. Nacti deinde tellurem, patriam usque ad Sabrinum mare depopulant, colonos letiferis vulneribus afficientes. Inde, arrepto itinere versus pagum Badonis, urbem obsident. Idque cum regi nuntiatum esset, admirans ultra modum ipsorum facinus, judicium fieri jussit de illorum obsidibus brevi mora suspendendis. Praetermissa etiam inquietatione qua Scottos et Pictos opprimere inceperat, obsidionem dispergere festinavit, maximis vero angustiis cruciatus, quoniam Hoelum, nepotem suum, gravatum morbo in civitate Alclud deserebat. Postremo, Sumersetensem provinciam ingressus, visa cominus obsidione, in haec verba locutus est : « Quoniam impiissimi atque invisi nominis Saxones fidem mihi dedignati sunt tenere, ego, fidem domino meo conservans, sanguinem concivium meorum in ipsos hodie vindicare conabor. Armate vos, viri, armate, et proditores istos viriliter invadite, quos proculdubio auxiliante Christo triumphabimus. »

[147] Haec eo dicente, sanctus Dubricius, Urbis Legionum archiepiscopus, ascenso cujusdam montis cacumine, in hunc modum celsa voce exclamavit : « Viri christiana professione insigniti, maneat in vobis concivium vestrorum pietas et patriae, qui, proditione paganorum exterminati, vobis sempiternum erunt opprobrium, nisi ipsos defendere institeritis. Pugnate pro patria vestra et mortem, si supervenerit, ultro

24 vectigalis] vectigales *P* — 25 est *mq*. *G*

[146] 2 retortisque] retortis *P* — redierunt] ambierunt *E*, abierunt *P* — Britanniam] in b. *R* — 3 Totonesium] totonensium *G* — 4 ad *mq*. *P* — depopulant] depopulantur *R* — colonos] colonosque *P* — 8 mora] hora *E* — 9 Scottos] Scotos *EP*, Scothos *R* — 10 cruciatus] est c. *G* — 12 civitate] civitatem *EP*, civitatem *corrigé en* civitate *R* — Alclud] aldclud *E* — Sumersetensem] sumersetentem *E* — 13 visa *mq*. *E* — 16 hodie *mq*. *E* — 18 Christo] deo *E*

[147] 3 celsa] excelsa *R* — exclamavit] clamavit *G* — 6 erunt] erit *GP*

Digitized by Google

pro eadem patimini. Ipsa enim victoria est et animae remedium. Quicumque enim pro fratribus suis mortem inierit, vivam hostiam se praestat Deo Christumque insequi non ambigitur, qui pro fratribus suis animam suam dignatus est ponere. Si aliquis igitur vestrum in hoc bello mortem subierit, sit ei mors illa omnium delictorum suorum poenitentia et absolutio, dum eam hoc modo recipere non diffugerit. »

Nec mora, beati viri benedictione hilarati, festinavit quisque armare se et praeceptis ejus parere. Ipse vero Arturus, lorica tanto rege digna indutus, auream galeam simulacro draconis insculptam capiti adaptat, humeris quoque suis clypeum vocabulo Pridwen, in quo imago sanctae Mariae Dei genitricis inpicta ipsam in memoriam ipsius saepissime revocabat. Accinctus etiam Caliburno, gladio optimo et in insula Avallonis fabricato, lancea dexteram suam decorat, quae nomine Ron vocabatur : haec erat ardua lataque lancea, cladibus apta.

Deinde, dispositis catervis, Saxones suo more in cuneos dispositos audacter invasit. Ipsi tota die viriliter resistebant, Britones usque insequentes. Vergente tandem ad occasum sole, proximum occupant montem, pro castro eum habituri. Multitudine etenim sociorum confisis solus mons sufficere videbatur. At, ut posterus sol diem reduxit, ascendit Arturus cum exercitu suo cacumen, sed in ascendendo multos suorum amisit. Saxones namque, ex summitate occurrentes, facilius ingerebant vulnera, dum ipsos citior cursus in descensu ageret quam eos in ascensu. Britones tamen, cacumen maxima vi adepti, dextris

8 enim] etenim *RP* — 9 fratribus] confratribus *ER* — inierit] inquit *G* — 10 praestat] parat *G*, praestet *E* — non *mq*. *G* — 12 aliquis igitur] quis *G* — mortem subierit] s. m. *E* — 13 poenitentia] venia *R* — 14 absolutio] ablutio *E* — eam hoc modo] h. m eam *E* — recipere *mq*. *P* — 15 hilarati] hilares *E* — festinavit] festinavitque *G* — 16 armare] armari *R* — 19 quo] qua *G* — imago] erat i. *R* — sanctae] beate *P* — 20 ipsam] ipsum *E* — 21 etiam] ergo *E* — in insula Avallonis] in valle avallonis in insula *P* — 22 decorat] ornavit *P* — 23 lataque] lateque *G* — lancea *mq*. *G* — 24 suo more in cuneos] in c. more suo *R* — 25 viriliter *mq*. *P* — 26 usque] quoque *P* — insequentes] prosternentes *EP* — tandem] tamen *G* — 27 proximum] saxones p. *G* — 28 confisis] confisi *G* — 32 eos] ipsos *P* — 33 adepti] adepta *G*

Digitized by Google

hostium dextras suas confestim conserunt. Quibus Saxones pectora praetendentes omni nisu resistere nituntur. Cumque multum diei in hunc modum praeterissent, indignatus est Arturus ipsis ita successisse nec sibi victoriam advenire. Abstracto ergo Caliburno gladio, nomen sanctae Mariae proclamat et sese cito impetu infra densas hostium acies immisit. Quemcumque attingebat, Deum invocando, solo ictu perimebat. Nec requievit impetum suum facere donec CCCCLXX viros solo Caliburno gladio peremit. Quod videntes Britones densatis turmis illum sequuntur, stragem undique facientes. Ceciderunt ilico Colgrimus et Baldulfus, ejus frater, et multa millia aliorum. At Cheldricus, viso sociorum periculo, continuo in fugam cum ceteris versus est.

[148] Rex igitur potitus victoria Cadorem, ducem Cornubiae, jussit persequi illos, dum ipse Albaniam petere festinaret. Nuntiatum namque illi fuerat Scottos atque Pictos obsedisse Hoelum in urbe Alclud, qua ipsum supra dixi infirmitate gravatum. Quocirca properabat ei in auxilium, ne a barbaris occuparetur. Dux itaque Cornubiae, X millibus comitatus, fugientes Saxones nondum insequi voluit, immo naves eorum festinanter exigere, ut ipsis ingressum prohiberet. Mox, ut ipsis potitus est, munivit eas militibus optimis, qui introitum abnegarent paganis, si ad easdem confugerent. Deinde festinat hostes sequi, sectatos sine pietate trucidare, praeceptum Arturi facturus. Qui modo genuina feritate fulminabant, nunc timido corde fugientes aliquando occulta nemorum, aliquando montes et cavernas mon-

35 nituntur] renituntur *G* — 36 multum diei] d. m. *E* — praeterissent] praeterisset *EP* — 37 ita] tam *P* — 38 Caliburno gladio] g. c. *G* — 39 infra] in *G* — 40 attingebat] invadebat *G* — 41 CCCCLXX] quadrigentos sexaginta *P* — 42 gladio *mq*. *G* — 44 Colgrimus] colgrinus *R*, colegrimus *P* — ejus frater] f. e. *P'* — 46 cum ceteris *mq*. *R*

[148] 1 potitus] p. est *G* — 2 dum] duos *G* — 3 namque illi] i. n. *P* — Scottos] Scotos *EP*, scothos *R* — 4 Alclud] Aldclud *P* — qua ipsum supra dixi] supra dicta re *G* — 7 festinanter] festinantes *G* — 8 ipsis *mq*. *E* — 9 eas] ipsas eas *P* — 10 ad *mq*. *G* — hostes *mq*. *G* — 12 genuina] gemina *G*, leonina *corrigé en* genuina *E* — fulm.] fluminabant *G* — 13 aliquando.. nemorum *mq*. *E*

Digitized by Google

tium petebant, ut spatium vivendi haberent. Postremo, cum nihil eis tutamini accessisset, insulam Thaned lacero agmine ingrediuntur. Insequitur eos ibidem dux Cornubiae, solitam caedem inferens, nec requievit donec, perempto Cheldrico, cunctos deditioni compulit, receptis obsidibus.

[149] Pace itaque firmata, profectus est Alclut, quam Arturus jam a barbarica oppressione liberaverat. Deinde duxit exercitum suum Mureis, ubi obsidebantur Scotti et Picti, qui, tertio contra regem nepotemque suum dimicati, ipsos usque ad eamdem provinciam diffugerant. Ingressi autem stagnum Lumonoi, occupaverunt insulas quae infra erant, securum refugium quaerentes. Hoc autem stagnum, LX insulas continens, LX flumina recipit, nec ex eo nisi unum solum ad mare decurrit. Insulis vero LX rupes manifestum est esse, totidem aquilarum nidos sustentantes, quae, singulis annis convenientes, prodigium quod in regno venturum esset celso clamore communiter edito notificabant. Ad has itaque insulas confugerant praedicti hostes, ut praesidio stagni fruerentur ; sed parum illis profuit : nam Arturus, collecto navigio, flumina circuivit ipsosque per XV dies obsidendo tanta afflixit fame, ut ad millia morerentur. Dumque illos in hunc modum opprimeret, Gillomaurius, rex Hiberniae, cum maxima barbarorum copia, classe supervenit, ut ipsis oppressis auxilium subvectaret. Praetermissa ista obsidione, coepit Arturus arma vertere in Hibernenses, quos sine pietate laceratos coegit domum refretare. Potitus igitur victoria vacavit iterum delere gentem Scottorum atque Pictorum, incommutabili saevitiae indulgens. Cumque nulli, prout repe-

15 Thaned] Teneth *E*, Tanet *R*, Thaneth *P*

[149] 1 Alclut] Alchud *E*, Alclud *RP* — 2 jam *mq*. *P* — 3 Mureis] mureif *R* — 3 obsidebantur] obsedebantur *G*, obsedebantur *corrigé en* obsidebantur *E* — Scòtti] scoti *RP*, scothi *R* — 5 Lumonoi] lumonei *G* — 7 LX insulas] quadraginta i. *E* — continens] tenens *G* — 8 solum] nec s. *E* — 9 Insulis] In i. *EP* — aquilarum nidos] n. a. *G* — 10 singulis] in s. *G* — 12 praedicti] picti *E* — 15 fame] fames *G* — 16 Gillomaurius] Gillamurius *ER* — 17 copia *ajouté E* — 18 oppressis] obsessis *E* — ista] itaque *ER*, igitur *P* — 20 domum *mq*. *G* — refretare] refrenare *G*, repedare *R* — igitur] ilico *EP* — 21 iterum *mq*. *G* — delere] vastare *E* — Scottorum] scotorum *EP*, scothorum *R*

Digitized by Google

riebatur, parceret, convenerunt omnes episcopi miserandae patriae, cum omni clero sibi subdito, reliquias sanctorum et ecclesiastica sacra nudis ferentes pedibus, misericordiam regis pro salute populi sui imploraturi. Mox, ut praesentiam ipsius habuerunt, flexis genibus deprecati sunt ut pietatem super contrita gente haberet. Satis etenim periculi intulerat, nec erat opus perpaucos, qui remanserant, usque ad unum delere: sineret illos portiunculam patriae habere, perpetuae servitutis jugum ultro gestaturos. Cumque regem in hunc modum rogassent, commovit eum pietas in lacrimas sanctorumque virorum petitioni acquiescens veniam donavit.

[150] His itaque gestis, explorat Hoelus situm praedicti stagni admiraturque tot flumina, tot insulas, tot rupes, tot nidos aquilarum numero adesse. Cumque id in mirum contulisset, accessit Arturus dixitque illi aliud stagnum magis esse mirandum in eadem provincia. Erat quippe haud longe illinc, latitudinem habens XX pedum eademque mensura longitudinem, cum V pedum altitudine. In quadrum vero sive hominum arte sive natura constitutum quatuor genera piscium infra quatuor angulos procreabat, nec in aliqua partium pisces alterius partis reperiebantur.

Adjecit etiam aliud stagnum in partibus Gualliarum prope Sabrinam esse, quod pagenses Linligwan appellant. Quod cum in ipsum mare fluctuat, recipitur in modum voraginis sorbendoque fluctus nullatenus repletur, ut riparum marginem operiat. At, dum mare decrescit, eructat ad instar montis absorptas aquas, quibus demum ripas tegit et aspergit. Interim, si gens totius patriae illius facie versa prope astaret, recepta infra vestes undarum aspergine, vel vix vel nunquam elabi valeret

23 parceret] parceretur *P* — 26 ipsius] regis *E* — 27 super] supra *E* — 30 illos] eos *P* — patriae] patriam *G* — patriae habere] h. p. *E*

[150] 2 tot insulas *mq*. *G* — 3 numero] eodem numero *E* — 5 illinc] illud *G* — 6 latitudinem habens] h. l. *G* — 10 partis *mq*. *G* — 12 Linligwan] linliwan *G*, linligwam *E* — Quod] qui *G* — 15 At] Et *E* — 17 patriae] regionis *RP* — illius] illis *G* — prope astaret] prostaret *P*

Digitized by Google

quin a stagno voraretur : tergo autem verso, non est irroratio timenda, etiam si in ripis astaret.

[151] Data venia Scottorum populo, petivit rex Eboracum, instantis natalis Domini festum celebraturus. Cumque urbem intrasset, visa sacrarum ecclesiarum desolatione, condoluit. Expulso namque beato Samsone archiepiscopo ceterisque sanctae religionis viris, templa semiusta ab officio Dei cessabant : tanta etenim paganorum insania praevaluerat. Exin, convocato clero et populo, Piramum, capellanum suum, metropolitanae sedi destinavit. Ecclesias usque ad solum destructas renovat atque religiosis coetibus virorum ac mulierum exornat. Proceres autem inquietudine Saxonum expulsos patriis honoribus restituit.

[152] Erant ibi tres fratres regali prosapia orti, Loth videlicet atque Urianus, necnon et Anguselus, qui, antequam Saxones praevaluissent, principatum illarum partium habuerant. Hos igitur ut ceteros paterno jure donare volens, reddidit Anguselo regiam potestatem Scottorum fratremque suum Urianum sceptro Murefensium insignivit; Loth autem, qui tempore Aurelii Ambrosii sororem ipsius duxerat, ex qua Walguanum et Modredum genuerat, ad consulatum Lodonesiae ceterarumque provinciarum quae ei pertinebant reduxit. Denique, cum totius patriae statum in pristinam dignitatem reduxisset, duxit uxorem Guennueram, ex nobili genere Romanorum editam, quae, in thalamo Cadoris ducis educata, totius insulae mulieres pulchritudine superabat.

20 ripis] arripis *G*

[151] 1 Data] Data igitur *E* — Scottorum] scotorum *P*, scothorum *R* — 3 intrasset] introisset *E*, venisset *P* — visa] in *G* — desolatione] desolationem *G* — 4 Samsone] Sanxone *G*, Sansone *E*, sampone *P* — 6 Exin] exinde *G* — 7 metr.] metropolitani *G* — 8 destinavit] destinat *E* — renovat] reparat *G* — 10 inquietudine] inquietatione *EP*

[152] 1 Erant] Erant autem *E* — Loth] lot *G* — 2 Anguselus] auguselius *P* — 4 ut] inter *P* — Anguselo] auguselo *RP* — 5 Scottorum] scotorum *EP*, scothorum *R* — 6 Loth] lot *G* — 7 Walguanum] Gwalguanum *E*, Gualuuanum *P* — 8 consulatum] consultum *G*, consolatum *P* — Lodonesiae] londonesie *R* — 9 provinciarum] comprovinciarum *ER* — 10 uxorem] u. nomine *E* — 11 Guennueram] Guenhuuaram *E*, Guennuaram *R*, Guenwaram *P*

Digitized by Google

[153] Adveniente deinde sequenti aestate, paravit classem suam adivitque Hiberniae insulam, quam sibi subdere desiderabat. Applicanti autem sibi praedictus rex Gillomanius cum innumerabili gente obvius venit, contra illum dimicaturus. Cumque proelium incepisset, confestim gens ejus, nuda et inermis mire, lacerata confugit quo ei locus refugii patebat. Nec mora, captus est etiam Gillomaurus et deditioni coactus. Unde ceteri principes patriae stupefacti exemplo regis deditionem fecerunt. Subjugatis itaque totius Hiberniae partibus, classem suam direxit in Islandiam eamque, debellato populo, subjugavit. Exin, divulgato per ceteras insulas rumore quod ei nulla provincia resistere poterat, Doldavius, rex Godlandiae, et Gunvasius, rex Orcadum, ultro venerunt, promissoque vectigali subjectionem fecerunt. Emensa deinde hieme, reversus est in Britanniam, statumque regni in firmam pacem renovans moram XII annis ibidem fecit.

[154] Tunc, invitatis probissimis quibusque ex longe positis regnis, coepit familiam suam augmentare tantamque facetiam in domo sua habere, ita ut aemulationem longe manentibus populis ingereret. Unde nobilissimus quisque incitatus nihili pendebat se, nisi sese sive induendo sive in arma ferendo ad modum militum Arturi haberet. Denique, fama largitatis atque probitatis illius per extremos mundi cardines divulgata, reges transmarinorum regnorum nimius invadebat timor, ne, inquietatione ejus oppressi, nationes sibi subditas amitterent. Mordacibus ergo curis anxiati, urbes atque urbium turres renovabant,

[153] 3 Gillomanius] Gillamuri *E*, Gillamurius *R*, Gillamaurius *P* — 5 ejus *mq*. *G* — 6 mire] misere *EP* — refugii] refrigerii *G* — 7 Gillomaurus] Gillamuri *E*, Gillamurius *R*, Gillamaurius *P* — et *mq*. *P* — 8 ceteri] et c. *P* — 9 itaque] etiam *P* — 11 Exin] exinde *G* — insulas] nationes et i *P* — ei *après* provincia *E* — 12 Godlandiae] Goulandie *G* — 13 Orcadum] orcaddum *G*, occadum *R* — 15 statumque] statutumque *G* — regni] r. sui *E* — firmam pacem] firma pace *P* — 16 ibidem *mq*. *P*

[154] 3 ita *mq*. *G* — aemulationem] emulationes *G* — manentibus] positis *G* — 4 nichili] nihil *G* — 5 sese *mq*. *P* — 6 atque] ac *E*, et *P*

Digitized by Google

oppida in congruis locis aedificabant, ut, si impetus Arturum in illos duceret, refugium, si opus fuisset, haberent.

Cumque id Arturo notificatum esset, extollens se, quia cunctis timori erat, totam Europam sibi subdere affectat. Paratis deinde navigiis, Norguegiam prius adivit, ut illius diademate Loth, sororium suum, insigniret. Erat autem Loth nepos Sichelini, regis Norguegensium, qui ea tempestate defunctus regnum suum eidem destinaverat. At Norguegenses, indignati illum recipere, erexerant jam quemdam Riculfum in regiam potestatem munitisque urbibus Arturo se posse resistere existimabant. Erat tunc Walwanius, filius praedicti Loth, XII annorum juvenis, obsequio Sulpicii papae ab avunculo traditus, a quo arma recepit. Ut igitur Arturus, sicut dicere inceperam, in Norguegensi litore applicuit, obviavit rex Riculfus cum universo patriae populo, proeliumque commisit et, cum multum cruoris in utraque parte diffusum esset, praevaluerunt tandem Britones, factoque impetu Riculfum cum multis peremerunt. Victoria igitur potiti civitates accumulata flamma invaserunt, dispersisque pagensibus saevitiae indulgere non cessavere, donec totam Norguegiam necnon et Daciam dominio Arturi submiserunt.

[155] Quibus subactis, cum Loth in regem Norguegiae promovisset, navigavit Arturus ad Gallias, factisque turmis patriam undique vastare incepit. Erat tunc Gallia provincia Romae Flolloni tribuno commissa, qui eam sub Leone imperatore gerebat. Qui, cum adventum Arturi comperisset, collegit

12 refugium *après* fuisset *G* — 14 timori] timor *G* — 15 Norguegiam prius] p. n. *R* — 16 Loth *mq. P* — Sichelini] Chelini *G* — 18 indignati] indig *P* — 19 Riculfum] raculfum *G* — 20 urbibus] civitatibus *R* — existimabant] estimabant *P* — 21 Walwanius] Gwalgwanus *E*, Gualuuanus *P* — 22 Sulpicii] suplicii *P* — 23 recepit] accepit *G* — 24 obviavit] obviam venit *G*, o. ei *RP* — Riculfus] raculfus *G* — 27 Riculfum] raculfum *G* — peremerunt] perimerunt *R* — 28 igitur] ergo *G* — 30 Norguegiam] Norguesiam *E*

[155] 1 Norguegiae] Norguesie *E* — 2 Arturus] arthurus *P* — factisque] et factis *G* — 3 undique *mq. G* — provincia *mq. P* — 4 Flolloni] falloni *G*, Frolloni *EP*

Digitized by Google

omnem armatum militem qui potestati suae parebat ét cum Arturo proeliatus est, sed minime resistere quivit. Nam Arturum juventus omnium insularum quas subjugaverat comitabatur. Unde tantum perhibebatur habere exercitum, quantus erat difficilis ab ullo posse superari. Famulabatur quoque ei melior pars gallicanae militiae, quam sua largitate sibi obnoxiam fecerat. Flollo igitur, cum sese in deteriorem proelii partem incidere vidisset, relicto confestim campo, Parisius cum paucis diffugit. Ibi resociato dilapso populo, munivit urbem iterumque affectavit cum Arturo dimicare. At, dum exercitum suum vicinorum auxilio roborare intenderet, venit ex improviso Arturus ipsumque intra civitatem obsedit.

Emenso deinde mense, cum Flollo gentem suam fame perire doluisset, mandavit Arturo ut ipsi soli duellum inissent et, cui victoria proveniret, alterius regnum obtineret. Erat enim ipse magnae staturae et audaciae et fortitudinis, quibus ultra modum confisus ista mandaverat, ut hoc modo aditum salutis haberet. Quod cum Arturo nuntiatum fuisset, placuit ei vehementer affectus Flollonis renuntiavitque sese paratum fore praedictam conventionem tenere. Dato igitur in amba parte foedere, conveniunt uterque in insulam. quae erat extra civitatem, populo expectante quod de eis futurum erat. Ambo erant decenter armati, super equos etiam mirae velocitatis residentes, nec erat promptum dinoscere cui triumphus proveniret. Ut itaque erectis lanceis in adversis partibus steterunt, confestim subdentes equis calcaria sese maximis ictibus percusserunt. At Arturus, gestans cautius lanceam, Flollonem in summitate pectoris infi-

6 et cum] cum *R* — 7 resistere quivit] quievit *G* — 8 omnium] omnis viri *G* — quas] quos *G* — 9 habere exercitum] e. h. *R* — 12 Flollo] Fallo *G*, Frollo *EP* — igitur] autem *P* — proelii *mq*. *P* — 13 diffugit] fugit *G* — 17 intra] infra *P* — 18 Flollo] Fallo *G*, Frollo *EP* — 19 doluisset] debuisset *G* — soli] duo *P* — 20 ipse *mq*. *G* — 21 magnae *après* fortitudinis *R* — et fortit.] atque f. *E* — 24 Flollonis] Fallonis *G*, Frollonis *EP* — fore] esse *E* — 25 Dato] data *P* — 26 uterque *mq*. *E* — insulam] insula *G* — 27 quod] quid *G* — de *mq*. *G* — erant decenter armati] d. a. e. *P* — 30 adversis] diversis *P* — 32 gestans] gestando *EP* — Flollonem] fallonem *G*, Frollonem *EP*

Digitized by Google

xit, ejusque telo vitato, quantum vigor sinebat, illum in terram prostravit. Evaginato quoque ense, festinabat eum ferire, cum Flollo velocius erectus praetensa lancea occurrit, illatoque infra pectus equi Arturi letifero vulnere, utrumque concidere coegit. Britones, ut regem prostratum viderunt, timentes eum peremptum esse, vix potuerunt retineri quin, foedere rupto, in Gallos unanimiter irruerent. At, dum metam pacis jam egredi meditarentur, erectus est ocius Arturus, praetensoque clypeo imminentem sibi Flollonem cito cursu petivit. Instantes ergo cominus, mutuos ictus ingeminant, alter neci alterius insistens. Denique Flollo, invento aditu, percussit Arturum in frontem et nisi collisione cassidis mucronem habetasset, mortiferum vulnus forsitan intulisset. Manante igitur sanguine, cum Arturus loricam et clypeum rubere vidisset, ardentiori ira succensus est atque, erecto totis viribus Caliburno, impressit eum per galeam in caput Flollonis, quod in duas partes dissecuit. Quo vulnere cecidit Flollo, tellurem calcaneis pulsans, et spiritum in auras emisit.

Cumque id per exercitum divulgatum fuisset, concurrerunt cives, apertisque valvis civitatem Arturo tradiderunt. Qui deinde, victoria potitus, divisit exercitum suum in duo et unam partem Hoelo duci commisit praecepitque illi ut ad expugnandum Guitardum, Pictavensium ducem, iret. Ipse vero cum reliqua parte ceteras provincias sibi subjugare vacavit. Mox Hoelus, Equitaniam ingressus, urbes patriae invasit Guitardumque, pluribus proeliis anxiatum, deditioni coegit. Guasconiam quoque ferro et flamma depopulans principes ejusdem subjugavit.

34 Evaginato quoque] Evaginatoque *P* — cum] sed *G* — 35 Flollo] fallo *G*, Frollo *EP* — 39 irruerent] ruerent *P* — jam *mq*. *G* — 41 Flollonem] fallonem *G*, Frollonem *EP*, *mq*. *R* — 42 neci alterius] a. n. *E* — 43 Flollo] fullo *G*, Frollo *EP* — 45 intulisset] induxisset *EP*, indulsisset *R* — 47 erecto] erectis *P* — Caliburno] caliburnio *P* — 48 in caput] infra c. *EP* — Flollonis] fullonis *G*, Frollonis *EP* — 49 Flollo] fullo *G*, Frollo *EP* — tellurem] et t. *R* — et *mq*. *R* — 54 duci *mq*. *E* — illi] ei *G* — ad *mq*. *R* — 55 Pictavensium] pictaviensem *G* — reliqua] cetera (*et, au-dessus*, reliqua *E*) *ER* — 56 sibi] s rebelles *E* — parte] multitudine *G* — 57 Equitaniam] aquitaniam *G*, Equitanniam *E*, equitaneam *P* — 58 Guasconiam] Gasconiam *G*

Digitized by Google

Emensis interim IX annis, cum totius Galliae partes potestati suae submisisset, venit iterum Arturus Parisius tenuitque ibidem curiam, ubi, convocato clero et populo, statum regni pace et lege confirmavit. Tunc largitus est Beduero, pincernae suo, Estrusiam, quae nunc Normannia dicitur, Kaioque dapifero Andegavensium provinciam, plures quoque alias provincias nobilibus viris, qui in obsequio ejus fuerant. Deinde, pacificatis quibusque civitatibus et populis, incipiente vere in Britanniam reversus est.

[156] Cum igitur solemnitas Pentecostes advenire inciperet, post tantum triumphum maxima laetitia fluctuans, Arturus affectavit curiam ilico tenere, regnique diadema capiti suo imponere, reges etiam et duces sibi subditos ad ipsam festivitatem convocare, ut et illam venerabiliter celebraret et inter proceres suos firmissimam pacem renovaret.

Indicato autem familiaribus suis quod affectaverat, consilium cepit ut in Urbe Legionum suum exequeretur propositum. In Glamorgantia etenim super Oscam fluvium, non longe a Sabrino mari, amoeno situ locata, prae ceteris civitatibus divitiarum copiis abundans, tantae solemnitati apta erat. Ex una namque parte praedictum nobile flumen juxta eam fluebat, per quod transmarini reges et principes qui venturi erant navigio advehi poterant. Ex alia vero parte pratis atque nemoribus valata, regalibus praepollebat palatiis, ita ut aureis tectorum fastigiis Romam imitaretur. Duabus autem eminebat ecclesiis, quarum una, in honore Julii martyris erecta, virgineo dicatarum choro perpulchre ornabatur, alia quidem, in beati Aaron, ejusdem socii, nomine fundata, canonicorum conventu subnixa, ter-

61 submisisset] subdisset *P* — ibidem] ibi *P* — 62 pace et lege] l. et p. *P* — 64 Estrusiam] Etrusiam *E*, estusiam *P* — Kaioque] Kaio quoque *P* [156] 1 inciperet] incepisset *P* — 3 curiam ilico] i. c. *E* — regnique] regni *G* — 8 cepit] recepit *P* — ut *après* suum *G* — In *mq*. *G* — 10 divitiarum copiis] divitiis *R* — 12 parte *mq*. *E* — nobile flumen] fl. nomine bile *P* — 14 atque] et *E* — imitaretur] imiteretur *G* — autem] enim *G* — 17 virgineo] virgine *P* — dicatarum] Deo d. *R* — honore *mq*. *R*, *biffé dans E* — 18 in] in honore *G* (honore *biffé E*) — 19 socii *mq*. *G* — nomine *mq*. *G* — canonicorum] canonicarum *G*

Digitized by Google

tiam metropolitanam sedem Britanniae habebat. Praeterea gymnasium ducentorum philosophorum habebat, qui, astronomia atque ceteris artibus eruditi, cursus stellarum diligenter observabant et prodigia eo tempore ventura regi Arturo veris argumentis praedicebant.

Tot igitur deliciarum copiis praeclara festivitati edictae disponitur. Missis deinde in universa regna legatis, invitantur tam ex Galliis quam ex collateralibus insulis Oceani, qui ad curiam venire deberent.

Venerunt ergo Anguselus, rex Albaniae, quae nunc Scotia dicitur; Urianus, rex Murefensium; Cadwallo Lauirh, rex Venedotorum, qui nunc Norwallenses dicuntur; Stater, rex Demetorum, id est Suthwallensium; Cador, rex Cornubiae; trium etiam metropolitanarum sedium archipraesules, Londoniensis videlicet, atque Eboracensis, necnon ex Urbe Legionum Dubricius. Hic, Britanniae primus et apostolicae sedis legatus, tanta religione clarebat, ut quemque langore gravatum orationibus suis sanaret.

Venerunt nobilium civitatum consules: Morvid, consul Claudiocestriae; Mauron Wigorniensis; Anaraut Salesberiensis; Arthgal Cargueirensis, quae nunc Warewic appellatur; Jugein ex Legecestria; Cursalem ex Caicestria; Kimmarc, dux Doroberniae; Galluc Salesberiensis; Urbgennius ex Badone; Jona-

20 Praeterea.. habebat *mq. GR (bourdon)* — 22 atque] et *G* — 24 argumentis praedicebant] p. a. *R* — 26 universa regna] diversa r. *R*, diversis provinciis *P* — 27 Galliis] Gallia *G* — collateralibus] aliis c. *P* — 29 Ang.] Angl' *G*, Aguselus *E*, Angelus *R*, Auguelus *P* — Anguselus rex Alb.] r. A. Ang. *G* — 30 Cadwallo] Cadvanus *E*, Cavallo *R*, Cadvallo *P* — Lauirh] Lauirch *G*, *mq. E*, laurth *P* — 31 Ven.] Venedorum *G* — Norw.] Norgualenses *P* — Stater] Eddelin *E* — 32 Demetorum] demetarum *EP* — Suthw.] suthgualensium *P* — 35 Hic *mq. G* — primus et] et primus *G* — 36 quemque] quemquam *E* — 38 Morvid] moriud *P* — 39 Wigorniensis] Guigornensis *E*, guigorensis *P* — Salesberiensis] Salopeberiensis *R*, salisbiriensis *P* — 40 Cargueirensis] Cargueitensis *R* — Warewic] Warguit *R*, Warwich *P* — Jugein] Jugin *E* — 41 Legecestria] lerecestria *P* — Cursalem] carsalem *G* — Kimmarc] Kimarc *G*, Kinmarc *P* — 42 Galluc Salesberiensis *mq. G*, Galluc Guintoniensis *E* — Urbg.] Urgennius *E*

Digitized by Google

thal Dorchecestrensis; Boso Ridocensis, id est Oxenefordiae.

Praeter consules venerunt non minoris dignitatis heroes : Donaut map Papo; Cheneus map Coil; Peredur map Eridur; Grifuz map Nogoid; Regin map Claud; Eddelein map Cledauc; Kincar map Bangan; Kimmarc; Gorbonian map Goit; Clofaut; Run map Neton; Kimbelin map Trunat; Cathleus map Catel; Kinlith map Neton; plures quoque alii, quorum nomina longum est enumerare.

Ex collateralibus etiam insulis Gillamuir, rex Hiberniae; Malvasius, rex Islandiae; Doldavius, rex Goldlandiae; Gunvasius, rex Orcadum; Loth, rex Norguegiae; Aschillus, rex Dacorum.

Ex transmarinis quoque partibus : Holdinus, dux Ruthenorum; Leodegarius, consul Boloniae; Beduerus pincerna, dux Normanniae; Borellus Cenomanensis; Kaius dapifer, dux Andegavensium; Guitardus Pictavensis; duodecim quoque pares Galliarum, quos Gerinus Karnotensis conducebat; Hoelus, dux Armoricanorum Britonum, cum proceribus sibi subditis, qui tanto apparatu ornamentorum, mularum et equorum incedebant, quantum difficile est describere. Praeter hos non remansit princeps alicujus pretii citra Hispaniam, quin ad istud edictum veniret. Nec mirum : largitas namque Arturi per totum mundum divulgata cunctos in amorem ipsius illexerat.

43 Dorchecestrensis] Dorecestrensis *E*, Dorocestrensis *RP* — ridocensis] ridochensis *P* — 44 consules] praedictos c. *EP* — 45 Cheneus] chineus *P* — mab Eridur] mah e. *E* — 46 Grifuz] Girfur *G*, Grifud *EP* — Nogoid] Nagoit *G*, Nogoit *R* — Regin] Kegon *G* — Claud] Claut *R* — 47 Kincar... Neton *mq*. *G* — Kincar] Kingar *E* — Kimmarc] Kinmarc *P* — map Goit] malgoit *R*, Masgoit *EP* — Clofaut] cloflaut *P* — 48 Run] Rump *R* — Cathleus] Cathelus *G* — 49 Kinl.] Kinlinth *G* — map N.] mapathon E, mab neton *P* — 50 enumerare] enarrare *P* — 51 collateralibus] lateribus *G* — Gillamuir] Girlamuri *E*, Gillamurius *R*, Gillmauri *P* — 52 Malvasius] Mausalius *G* — Doldavius] Doldovius *G* — rex Goldlandiae] r. godlandiae (*mq*. rex *P*) *EP* — Gunvasius] gunnasi *G* — 53 Orcadum] ordadum *G* — Aschillus] anschillus *G* — 55 quoque] autem *P* — dux] rex *G* — 56 Leodegarius] loedegarius *P* — 58 andegavensium] Andegavensis *R* — Pictavensis] pictaviensis *R* — 59 Gerinus] cherinus *P* — Hoelus] H. etiam *E* — 60 dux] rex *G* — 63 non remansit princeps] principes non r. *G* — 64 istud] istum *G* — 65 illexerat] allexerat *P*

Digitized by Google

[157] Omnibus denique in urbe congregatis, solemnitate instante, archipraesules ad palatium ducuntur, ut regem diademate regali coronent. Dubricius ergo, quoniam in sua diocesi curia tenebatur, paratus ad celebrandum obsequium, hujus rei curam suscepit. Rege tandem insignito, ad templum metropolitanae sedis ornate conducitur. A dextro enim et a laevo latere duo archipraesules ipsum tenebant. Quatuor autem reges, Albaniae videlicet atque Cornubiae, Demetiae et Venedotiae, quorum jus id fuerat, quatuor aureos gladios ferentes, ante illum praeibant. Conventus quoque multimodorum ordinatorum miris modulationibus praecinebat. Ex alia autem parte reginam suis insignibus laureatam archipraesules atque pontifices ad templum dicatarum puellarum conducebant. Quatuor quoque praedictorum regum reginae quatuor albas columbas more praeferebant. Mulieres autem quae aderant illam cum maximo gaudio sequebantur. Postremo, peracta processione, tot organa, tot cantus in utrisque fiunt templis, ita ut prae nimia dulcedine milites qui aderant nescirent quod templorum prius peterent. Catervatim ergo nunc ad hoc, nunc ad illud ruebant; nec, si totus dies celebrationi vacaret, taedium aliquod ipsis generaret.

Divinis tandem obsequiis in utroque celebratis, rex et regina diademata sua deponunt, assumptisque levioribus ornamentis, ipse ad suum palatium cum viris, ipsa ad aliud cum mulieribus epulatum incedunt. Antiquam namque consuetudinem Trojae servantes, Britones consueverant mares cum maribus, mulieres cum mulieribus festivos dies separatim celebrare. Collocatis postmodum cunctis ut dignitas singulorum expetebat, Kaius dapifer, herminio ornatus, mille vero nobilibus comitatus, qui omnes herminio induti fercula cum ipso minis-

[157] 1 denique] igitur *E* — 2 ad palatium ducuntur] d. ad p. *P* — 3 ergo] igitur *G* — 6 ornate] ordinate *EP* — 7 archipraesules] archipontifices *P* — autem] vero *P* — 9 jus id] id jus *R* — 10 illum] ipsum *E* — ordinatorum] coronatorum *E* — 11 praecinebat] precinebant *E* — autem] vero *G* — 13 dicatarum] dedicatarum *E* — 14 quoque] vero *G* — 15 autem] omnes *EP* — 20 vacaret] *mq. EP*, adesset *R* — 28 ut dignitas *mq. E* — singulorum] seculorum *R* — 29 Kaius] Gaius *E*

Digitized by Google

trabant. Ex alia vero parte Beduerum pincernam totidem amicti vario sequuntur, qui in scyphis diversorum generum multimoda pocula cum ipso distribuebant. In palatio quoque reginae innumerabiles ministri, diversis ornamentis induti, obsequium suum praestabant, morem suum exercentes. Quem si omnino describere pergerem, nimiam prolixitatem historiae generarem. Ad tantum etenim statum dignitatis Britannia tunc reducta erat, quod copia divitiarum, luxu ornamentorum, facetia incolarum cetera regna excellebat. Quicumque vero famosus probitate miles in eadem erat, unius coloris vestibus atque armis utebatur. Facetae etiam mulieres, consimilia indumenta habentes, nullius amorem habere dignabantur, nisi tertio in militia probatus esset. Efficiebantur ergo castae quaeque mulieres et milites pro amore illarum nobiliores.

Refecti tandem epulis, diversi diversos ludos composituri campos extra civitatem adeunt. Mox milites, simulacrum proelii facientes, equestrem ludum componunt; mulieres in edito murorum aspicientes in furiales amoris flammas more joci irritant. Alii cum celtibus, alii cum hasta, alii ponderosorum lapidum jactu, alii cum scaccis, alii cum aleis ceterorumque jocorum diversitate contendentes quod diei restabat, postposita lite, praetereunt. Quicumque ergo victoriam ludi sui adeptus erat, ab Arturo largis muneribus ditabatur. Consumptis autem primis in hunc modum diebus tribus, instante quarta, vocantur cuncti qui ei propter honores obsequium praestabant et singuli singulis possessionibus, civitatibus videlicet atque cas-

31 totidem amicti vario] v. t. a. *E*, v. a. t. *P* — 32 generum] operum *G* — 33 distribuebant] distribuunt *G* — 35 exercentes] servantes et e. *P* — Quem] quae *G* — 38 reducta] redacto *G* — copia] coma *E* — copia divitiarum] d. c. *P* — 39 vero] ergo *R* — 40 in eadem erat] e. in eadem *G* — vestibus] vestimentis *R* — 43 quaeque mulieres] et meliores *ER*, et mulieres *P* — 44 nobiliores] probiores *EP*, meliores *R* — 45 Refecti tandem epulis] Ut tandem epulis peractis *E* — 46 simulacrum] simulachorum *G* — 47 facientes] faciendo *EP*, sciendo *R* — edito] editu *G* — 48 amoris] amores *E*, amores *corrigé en* amoris *R* — more] amore *R* — 49 celtibus] cestibus *G* — 50 scaccis] saxis *RP* — 52 lite] lute *G* — victoriam ludi sui] l. s. v. *R* — 53 Arturo] a. rege *G* — autem] ergo *E* — 54 diebus tribus] t. d. *ER* — 55 ei *mq*. *G*

Digitized by Google

tellis, archiepiscopatibus, episcopatibus, abbatiis ceterisque honoribus, donantur.

Beatus igitur Dubricius, in heremeticam vitam hanelans, sese ab archiepiscopali sede deposuit. In cujus loco sacratur David, avunculus regis, cujus vita exemplum totius bonitatis erat his quos doctrina imbuebat. In loco Samsonis vero, Dolensis archipraesulis, destinatur Teliaus, presbyter illustris Landaviae, annuente Hoelo, rege Armoricanorum Britonum, cui vita et boni mores virum commendaverant. Episcopatus quoque Silcestriae Maugannio et Wintoniae Duviano decernitur. Decernitur ergo pontificalis infula Alclud Eledenio.

[158] Dum haec inter eos distribueret, ecce duodecim viri maturae aetatis, reverendi vultus, ramos olivae in signum legationis in dextris ferentes, moderatis passibus ingrediuntur et, salutato rege, litteras ei ex parte Lucii Hiberii in haec verba obtulerunt:

« Lucius, reipublicae procurator, Arturo, regi Britanniae, quod meruit. Admirans vehementer admiror super tuae tyrannidis protervia. Admiror, inquam, et injuriam quam Romae intulisti. Recolligens indignor quod, extra te egressus, eam cognoscere diffugias nec animadvertere festines quid sit injustis actibus senatum offendisse, cui totum orbem famulatum debere non ignoras. Etenim tributum Britanniae, quod tibi senatus praeceperat, quia Gaius Julius ceterique romanae dignatis viri illud multis temporibus habuerunt, neglecto tanti ordinis imperio,

58 donantur] ditantur *R* — 59 heremiticam] heremitam *E* — 60 sacratur] sacratus *P* — 62 imbuebat] imbuerat *ER* — Samsonis vero] Sanxonis v. *G*, sancti sansonis *E*, vero sancti s. *R*, vero beati sampsonis *P* — Dolensis] dalenchi *G*, dalensis *E*, dalensis *corrigé en* dolensis *R*, dilensis *P* — 63 Teliaus] Thelias *G*, Theliaus *R* — presbyter illustris] i. p. *EP*, p. *R* — 64 annuente] annitente *RP* — armaricanorum *corrigé en* armoricanorum *P* — 65 commendaverant] commendaverunt *G* — quoque] vero *G* — 66 Maugannio et] Maugeramo *G* — Duviano] Dumiano *R* — 67 ergo] quoque *EP*, namque *R* — Alclud] Alsclud *E* — Eledenio] Eledemio *E*

[158] 2 reverendi] verendi *G* — 3 in *mq*. *P* — 4 et salutato rege *mq*. *G* — Hiberii] hiberi *E*, tyberii *P* — 7 meruit] promeruit *G* — 12 praeceperat] reddere p. *EP*

Digitized by Google

detinere praesumpsisti. Eripuisti quoque Galliam, eripuisti Allogobrum provinciam, eripuisti omnes Oceani insulas, quarum reges, dum romana potestas illis partibus praevaluit, vectigal veteribus meis reddiderunt. Quia ergo de tantis injuriarum tuarum cumulis senatus rectitudinem petere decrevit, mediantem augustum proximi anni terminum praefigens, Romam tibi venire jubeo, ut, dominis tuis satisfaciens, sententiae quam eorum dictaverit justitia adquiescas. Sin autem, ego ipse partes tuas adibo et, quicquid vesania tua reipublicae eripuit, eidem mediantibus gladiis restituere conabor. »

Quae ut in praesentia regum et consulum recitatae fuerunt, secessit Arturus cum eis in giganteam turrim, quae in introitu erat, tractaturus quae contra talia mandata disponi deberent. At, dum gradus ascendere incepissent, Cador, dux Cornubiae, ut erat laeti animi, in hunc sermonem cum risu coram rege solutus est : « Hucusque in timore fueram ne Britones longa pace quietos otium quod ducunt ignavos faceret famamque militiae, qua ceteris gentibus clariores censentur, in eis omnino deleret Quippe, ubi usus armorum videtur abesse, alearum vero et mulierum inflammationes ceteraque oblectamenta adesse, dubitandum non est ne id quod erat virtutis, quod honoris, quod audaciae, quod famae ignavia commaculet. Fere namque transacti sunt quinque anni ex quo, praedictis deliciis dediti, exercitio Martis caruimus. Deus igitur, ut nos liberaret segnitia, Romanos in hunc affectum induxit, ut ad pristinum statum nostram probitatem reducerent. »

[159] Haec et his similia illo cum ceteris dicente, venerunt

15 quoque] q. illi *EP* — 16 Allogobrum] alobrogum *GP*, Allobrogum *R* — 18 ergo] igitur *G* — 19 tuarum] suarum *G* — 20 tibi venire] v. t. *E*, te v. *R* — 22 dictaverit] dictavit *E* — 23 eidem *mq. P* — 26 quae in introitu erat tractaturus] quam (quasi *P*) in int. tr. *EP* — 27 tractaturus] tracturus *G* — At] ac *E* — 32 qua] que *E* — omnino] omni modo *E* — 33 ubi usus] virtuosus *G* — alearum] alie *G*, et alee *E*, aleo autem *P* — vero *mq. E* — 37 quinque anni] a. q. *R* — praedictis] praedicti *G* — 38 igitur] qui *G* — ut] ne *GEP*, ne *corrigé en* ut *R* — liberaret] deliberaret *EP* — 39 ad] *mq. E*, in *RP*

[159] 1 illo *mq. E*

Digitized by Google

tandem ad sedilia, ubi, collocatis singulis, Arturus illos in hunc modum affatus est :

« Consocii, inquit, prosperitatis et adversitatis, quorum probitates hactenus et in dandis consiliis et in militiis agendis expertus sum, adhibete nunc unanimiter sensus vestros et sapienter providete quae super talibus mandatis nobis agenda esse noveritis. Quicquid enim a sapiente diligenter providetur, cum ad actum accedit, facilius toleratur. Facilius ergo inquietationem Lucii tolerare poterimus, si communi studio praemeditati fuerimus quibus modis eam debilitare institerimus. Quam non multum nobis timendam aestimo esse, cum irrationabili causa exigat tributum quod ex Britannia habere desiderat. Dicit enim ipsum sibi dari debere, quia Julio Caesari ceterisque successoribus suis redditum fuerit, qui, discidio veterum nostrorum invitati, cum armata manu applicuerunt atque patriam domesticis motibus vacillantem suae potestati vi et violentia sumpserunt. Quia igitur eam hoc modo adepti fuerunt, vectigal ex ea injuste ceperunt. Nihil enim, quod vi et violentia adquiritur, juste ab ullo possidetur, qui violentiam intulit. Irrationabilem ergo causam praetendit qua nos jure sibi tributarios esse arbitratur. Quoniam autem id quod injustum est a nobis praesumpsit exigere, consimili ratione petamus ab illo tributum Romae, et qui fortior supervenerit ferat quod habere exoptavit. Nam si, quia Julius Caesar ceterique romani reges Britanniam olim subjugaverunt, vectigal nunc sibi ex illa reddi decernunt, similiter ego censeo quod Roma mihi tributum dare debet, quia antecessores mei eam antiquitus obtinuerunt.

7 providete] pervidete *E*, providete *R* — agenda] agendum *E* — 8 sapiente] sapientia *E* — 9 actum] aditum *G* — inquietationem] inquietationi *G* — 11 instit.] instet. *G* — 12 timendam aestimo esse] t. esse existimo *EP*, esse t. existimo *R* — 14 Julio *mq.* *P* — fuerit] fuit *G* — 17 suae potestati] p. s. *E* — 18 sumpserunt] submiserunt *P* — 19 ea] illa *EP* — 20 intulit *G* — 21 ergo *mq.* *G* — jure sibi] s. j. *G* — 22 autem] vero *G* —25 exoptavit] exoptaverit *G* — 26 nunc *mq.* *P* — sibi] sibi a nobis *G*, debere sibi *ER* — 27 decernunt] decernit *R*, decrevit *P* — Roma mihi] Romani *R* — mihi tributum] t. m. *R* — 28 dare] dare dare *E*, reddere *R* — debet] debent *E*

Digitized by Google

Belinus etenim, serenissimus ille rex Britonum, auxilio fratris sui usus, Brennii videlicet, ducis Allobrogum, suspensis in medio foro XX nobilioribus Romanis, urbem ceperunt captamque multis temporibus possederunt. Constantinus etiam, Helenae filius, necnon Maximianus, uterque mihi cognatione propinquus, alter post alterum diademate Britanniae insignitus, thronum romani imperii adeptus est. Censetisne ergo vectigal a Romanis petendum? De Gallia autem sive collateralibus insulis non est respondendum, cum illas diffugeret defendere, quando easdem potestati eorum subtrahebamus. »

[160] Haec et his similia eo dicente, Hoelus, rex Armoricanorum Britonum, ceteros praecedere jussus, in haec verba respondit :

« Licet unusquisque nostrum totus in se reversus omnia et de omnibus animo retractare valeret, non existimo eum praestantius consilium posse invenire quam istud quod modo discretio solertis prudentiae tuae redoluit. Provide etenim providit nobis tua deliberatio Tulliano liquore lita : unde constantis viri affectum, sapientis animi effectum, optimi consilii profectum laudare indesinenter debemus. Nam, si juxta praedictam rationem Romam adire volueris, non dubito quin triumpho potiamur, dum libertatem nostram tueamur, dum juste ab inimicis nostris exigamus quod a nobis injuste petere inceperunt. Quicumque enim sua alteri eripere conatur, merito quae sua sunt per eum quem impetit amittit. Quia ergo Romani nobis nostra

29 serenissimus ille] i. s. *P* — 30 Allobrogum] Allogobrum *E* — 31 XX] XXV *G* — 32 etiam] etenim *G* — 33 necnon] necnon et *G* — Maximianus] Maximus *R* — mihi *mq*. *G* — cognatione] consanguine et c. *P* — 36 vectigal ex Romanis] a r. v. *G* — sive] et de *E*, sive de *P* — 37 diffugeret defendere] d. dif. *EP* — 38 quando] quoniam *G*

[160] 1 eo dicente] dicente Arturo *E* — Armoricanorum] armaricanorum *corrigé en* armoricanorum *R* — 2 jussus] exorsus *R* — 4 nostrum] vestrum *G* — 5 animo] omni animo *E* — retractare] tractare *R* — existimo] aestimo *G* — 7 prudentiae] providentie *P* — redoluit] recoluit *G* — 9 animi] viri *G* — optimi] optimum *P* — 10 laudare indesinenter] l. i. l. (*bis*) *G* — 11 Romam *mq*. *G* — 13 exigamus] exigemur *G* — inceperunt] inceperint *G* — 14 sua alteri] a. s. *E* — eripere conatur] c. e. *G* — sua *mq*. *E* — 15 amittit] amittat *G*

Digitized by Google

demere affectant, sua illis proculdubio auferemus, si licentia nobis congrediendi praestabitur. En congressus cunctis Britonibus desiderandus. En vaticinia Sibillae, quae veris testantur, ex britannico genere tertio nasciturum qui romanum obtinebit imperium. De duobus autem adimpleta sunt oracula, cum manifestum sit praeclaros, ut dixisti, principes Belinum atque Constantinum imperii romani gessisse insignia. Nunc vero te tertium habemus, cui culmen honoris promittitur. Festina ergo recipere quod Deus non differt largiri ; festina subjugare quod ultio vult subjugari ; festina nos omnes exaltare, qui, ut exalteris, nec vulnera recipere nec vitam amittere diffugiam, ut autem hoc proficias, X milibus armatorum praesentiam tuam comitabor. »

[161] Anguselus etiam, rex Albaniae, ut Hoelus finem dicendi fecerat, quod super hac re affectabat in hunc modum manifestare perrexit :

« Ex quo dominum meum ea quae dixit affectare conjeci, tanta laetitia animo illapsa est, quantam nequeo in praesenti exprimere. Nihil enim in transactis debellationibus, quas tot et tantis regibus intulimus egisse videmur, dum Romani et Germani illaesi permaneant nec in illos clades quas olim ingesserunt viriliter vindicemus. At nunc, quoniam nobis licentia congrediendi permittitur, gaudens admodum gaudeo et, desiderio diei quo conveniemus exaestuans, sitio cruorem illorum, quemadmodum fontem si triduo prohiberer ne biberem. O si illam lucem videbo, quam dulcia erunt vulnera quae vel recipiam vel inferam, quando dextras conseremus ! Ipsa

16 auferemus] auferamus *G* — si *mq.* *G* — 18 veris] v. argumentis *R* — 20 ad impleta] impleta *G* — sunt] s. opsius *E*, s. ipsius *P* — 21 manifestum] manifeste *E* — Belinum] beli *P* — atque] et *ER* — 23 culmen] tantum c. *EP* — promittitur] accedit (vel promittitur) *R*, permittitur *P* — 26 vitam] hujus corporis v. *P*

[161] 1 Anguselus] Auguselus *ER* — 2 hac re] hanc rem *G* — 5 presenti] presentiarum *GR*, presentia *E* — 6 quas] quos *G* — 7 tantis] tantos *G* — 8 olim] oculi *G*, o. nostratibus *ER*, o. timentibus *P* — 10 congrediendi permittitur] c. (agrediendi *E*) promittitur *EP* — 11 quo] qua *G* — conveniemus] conveniamus *R* — 12 si triduo *mq.* *G* — 14 conseramus] conferemus *G*

Digitized by Google

etiam mors dulcis erit, dum eam in vindicando patres nostros, in tuendo libertatem nostram, in exaltando regem nostrum perpessus fuero. Aggrediamur igitur semiviros illos et aggrediendo perstemus ut, devictis ipsis, eorum honoribus cum laeta potiamur victoria. Exercitum autem nostrum, duobus millibus armatorum militum, exceptis pedibus, augebo. »

[162] Postquam autem ceteri ad hoc, quae dicenda erant, dixerunt, promiserunt ei singuli quot in obsequium suum debebant, ita ut, praeter eos quos promiserat rex Armoriae, ex sola insula Britanniae LX millia omnibus armis armatorum computarentur. At reges ceterarum insularum, quoniam non duxerant in morem milites habere pedites, quot quisque debebat promittunt, ita ut ex VI insulis, videlicet Hiberniae, Islandiae, Godlandiae, Orchadum, Norguegiae atque Daciae, sexies XX millia essent annumerata. Ex Gallicarum autem ducatibus, Rutenorum, Portivensium, Estrusiensium, Cenomanorum, Andegavensium, Pictavensium, LXXX millia. Ex XII autem consulatibus illorum, qui cum Gerino Carnotensi aderant, duodecies centum : quod inter totum fuit CLXXX millia et III millia et ducenti, praeter pedites, qui sub numero leviter non cadebant.

Rex igitur Arturus, videns omnes in obsequium suum unanimiter paratos, praecepit eis celeriter repatriare et exercitum promissum disponere, et in Kalendis Augusti ad portum Barbae Fluvii festinare, ut illinc Allobrogum fines cum ipso adituri Romanis in obviam venirent. Imperatoribus autem per

15 in *mq.* *G* — 16 in exalt.] seu exalt. *G*

[162] 1 autem] etiam *E* — hoc] haec *G* — 2 ei] eis *G* — suum *mq.* *G* — 3 rex] dux *R* — Armoriae] armorice *R* — 6 quot] quos *EP* — debebat] debebant *R* — 7 promittunt] promittitur *G* — VI] IX *G* — Islandiae] Hislandie *ER* — 8 Orchadum] orcadum *RP* — Norguegiae] norguesie *R* — sexies] trecies *G* — 9 Gallicarum] galliarum *P* — 10 Rutenorum] Ruthenorum *E* — Portivensium] portuensium *EP* — Estrusiensium Cenomanorum *mq.* *E* — 12 illorum] eorum *P* — Carnotensi] karnotensi *R* — duodecies centum] *E* — 14 millia et ducenti *G* — sub numero leviter non] l. s. n. non *P*, s. n. non l. *P* — 16 videns] exceptus *GEP* — 17 unanimiter paratos] p. u. *G* — 18 ad *mq.* *E*

Digitized by Google

eorumdem legatos mandavit se nequaquam eis redditurum tributum nec ob id ut sententiae eorum acquiesceret Romam aditurum, immo ut ex illis appeteret quod ab illo judicio suo appetere decreverant. Digrediuntur ergo legati; digrediuntur reges, digrediuntur proceres; et quod eis praeceptum fuerat perficere non differunt.

[163] Lucius igitur Hiberius, agnito hujus responsi edicto, jussu senatus orientalibus edixit regibus ut parato exercitu secum ad subjugandum Britanniam venirent. Convenerunt ocius Epistrophus, rex Graecorum; Mustensar, rex Africanorum; Aliphatima, rex Hispaniae; Hirtacius, rex Parthorum; Boccus, rex Medorum; Sertorius, rex Libiae; Serses, rex Itureorum; Pandrasus, rex Egipti; Micipsa, rex Babiloniae; Politetes, dux Bithiniae; Teucer, dux Frigiae; Evander, Siriae; Echion, Boetiae; Ypolitus, Cretae; cum ducibus et proceribus sibi subditis. Ex senatorio quoque ordine Lucius Catellus, Marius Lepidus, Gaius Metellus Cotta, Quintus Milvius Catulus, Quintus Carucius, tot etiam alii, quod inter totum XL millia et LX et C computati fuerunt.

[164] Dispositis itaque quibusque necessariis, incipientibus Kalendis Augusti, iter versus Britanniam arripiunt. Comperto ergo adventu ipsorum, Arturus Modredo, nepoti suo, atque Guenuuerae reginae Britanniam ad conservandum permittens cum exercitu suo Portum Hamonis adivit, ubi tempestivo ven-

21 eorumdem] eosdem *P* — eis redditurum eis] r. eis *G* — 23 suo *mq. G* — 24 decreverant] decreverat *E* — 26 Expl. lib. IXus Incipit Xus *R*

[163] 1 Hiberius] Hiberus *R*, tyberius *P* — agnito... edicto] agnita sententia hujus responsi *E*, agnita hujus responsi certificatione *P* — 5 Aliphatima] aliphantima *P* — Parthorum] paganorum *G* — 6 Boccus] Bolcus *E* — rex Medorum] m. *P* — rex Libiae] libie *RP* — Serses] xerxes *R* — 8 Politetes] Polithetes *RP* — Teucer] Theucher *R* — dux F.] rex *corrigé en* dux *E* — 9 Siriae] dux s. *G* — Cretae] grece *G* — 11 Cotta] Cocta *R* — Milvius... Quintus *mq. G* — 13 XL (quadringenta *R*) millia et LX et C] XL milia et c. *P*

[164] 3 ergo] itaque *E*, igitur *RP* — Modredo] modreno *E*, medredo *P* — 4 Guenuuerae] Guenhumare *E*, ganhumare *R*, guanhumare *P* — Britanniam ad conservandum] ad conservandam Britanniam *après* nepoti suo *R* — conservandum] considerandum *E* — permittens] committens *R*

Digitized by Google

torum afflatu mare ingressus est. Dum autem innumeris navibus circumseptus prospero cursu et cum gaudio altum secaret, quasi media hora noctis instante, gravissimus somnus eum intercepit. Sopitus etiam per somnum vidit ursum quemdam in aere volantem, cujus murmure tota litora intremebant; terribilem quoque draconem ab occidente advolare, qui splendore oculorum suorum patriam illuminabat; alterum vero alteri occurrentem miram pugnam committere; sed praefatum draconem, ursum saepius irruentem, ignito anhelitu comburere combustumque in terram prosternere. Expergefactus ergo Arturus astantibus quod somniaverat indicavit. Qui exponentes dicebant draconem significare eum, ursum vero aliquem gigantem qui cum ipso congrederetur; pugnam autem eorum portendere bellum, quod inter ipsos futurum erat; victoriam vero draconis illam quae ei proveniret. At Arturus aliud conjectabat, existimans ob se et imperatorem talem visionem contigisse. Rubente tandem post cursum noctis aurora, in portu Barbae Fluvii applicuerunt. Mox tentoria sua figentes expectaverunt ibidem insulanos reges et comprovincialium provinciarum duces venturos.

[165] Interea nuntiatur Arturo quemdam mirae magnitudinis gigantem ex partibus Hispaniarum advenisse, et Helenam, neptim ducis Hoeli, custodibus ejusdem eripuisse, et in cacumine montis qui nunc Michaelis dicitur cum illa diffugisse, milites autem patriae insecutos nihil adversus eum proficere: nam sive mari sive terra illum invadebant, aut naves eorum ingentibus saxis obruebat, aut diversorum generum telis interimebat, sed plures capiebat quos semivivos devorabat.

Nocte ergo sequenti, in secunda hora, assumpto Kaio dapi-

6 a flatu] flatu *P* — autem *mq*. *R* — 9 somnum] somnium *ER* — 11 occidente] occidenti *E* — 12 patriam] totam p. *R* — 14 ursum] in ursum *G* — 18 ipso] eo *G* — congrederetur] congrediretur *E* — pugnam] pugna *G* — eorum *mq*. *P* — portendere] congrederetur pretendere *G* — 24 comprovincialium] provincialium *G*

[165] 3 neptim] neptem *R* — 4 Michaelis] Michael *G* — diffugisse] fugisse *G* — 6 aut] at *G* — 8 semivivos devorabat] d. s. *E* — 9 hora] h. noctis *P* — Kaio] gaio *P*

Digitized by Google

fero et Beduero pincerna, clam ceteris tentoria egressus viam versus montem arripuit. Tanta namque virtute praevalendo, negligebat contra talia monstra exercitum ducere. cum et suos hoc modo inanimaret et solus ad illa destruenda sufficeret. Ut igitur prope montem venerunt, aspexerunt quemdam rogum super eum ardere, alium vero minorem, qui non longe ab altero distabat. Dubitantes ergo super quem eorum habitaret gigas, Beduerum dirigunt, ut certitudinem rei exploraret. At ille, inventa quadam navicula, prius ad minorem navigavit, quem aliter nequibat adire, quoniam infra mare situs erat. Cujus dum cacumen incepisset ascendere, audito desuper femineo ululatu, primo inhorruit, quia dubitabat monstrum illud adesse. Revocata ocius audacia, gladium evaginavit et, ascenso culmine, nihil aliud repperit praeter rogum, quem prospexerat. Inspexit quoque tumulum recenter factum et juxta eum quamdam anum flentem et ejulantem. Quae, ut eum aspexit, confestim fletu impediente in hunc modum profata est : « O infelix homo, quod infortunium te in hunc locum subvectat? O inenarrabiles mortis poenas passure, miseret me tui, miseret, quia tam detestabile monstrum florem juventutis tuae in hac nocte consumet. Aderit enim ille sceleratissimus gigas invisi nominis gigas, qui neptim ducis, quam modo hic intumulavi, et me, illius altricem, in hunc montem advexit. Qui inaudito mortis genere te absque cunctamine afficiet. Proh! tristia fata! Serenissima alumna, recepto infra tenerrimum pectus timore, dum eam nefandus ille amplecteretur, vitam diuturniori luce dignam finivit. Ut igitur illam, quae erat mihi alter spiritus, altera vita, altera dulcedo jocunditatis, foedo coitu suo deturpare nequivit, detestanda venere succensus mihi invitae (Deum et senectutem meam testor) vim et violen-

10 tentoria] victoria *G*, *mq*. *R* — viam] inviam *E* — 15 minorem] super minorem *RP* — 16 ergo] ilico *Elt* — 19 exploraret] exploret *EP* — erat] fuerat *E* — 20 incepisset] cepisset *E* — 21 dubitabat] dubitavit *G* — 23 praeter] nisi *R* — 26 profata] prefata *G* — 30 enim] *mq*. *E*, namque *P* — ille sceleratissimus] s. i. *RP* — 31 invisi nominis gigas] g. i. n. *G* — 34 tristia] tristicia *P* — Serenissima *mq*. *P* — recepto] namque recepto *R* — 36 quae] qua *G*

Digitized by Google

tiam ingessit. Fuge, dilecte mi, fuge, nẽ, si more suo mecum coiturus advenerit, te hoc modo repertum miserabili caede dilaniet. » At ille, quantum humanae naturae possibile est, commotus eam amicis sedavit verbis et, promisso festinati auxilii solamine, ad Arturum reversus est et omnia quae invenerat indicavit.

Arturus igitur, casum ingemiscens puellae, praecepit eis ut sibi soli illum invadere permitterent, sed, si necessitas accideret, in auxilium procedentes viriliter aggrederentur. Direxerunt inde gressus ad majorem montem, et equos suos armigeris commiserunt, et eum Arturo praecedente ascenderunt. Aderat autem inhumanus ille ad ignem illitus ora tabo semesorum porcorum quos partim devoraverat, partim vero verubus infixos subterpositis prunis torrebat. Mox illos ut nihil tale praemeditatus aspexit, festinavit clavam suam sumere, quam duo juvenes vix a terra erigerent. Evaginavit ergo rex gladium suum et, praetenso clypeo, quantum velocitas sinebat, properabat eum pracedere, antequam clavam cepisset. At ille, non ignarus meditationis, jam ceperat eam, regemque super interpositum clypeum tanto conamine percussit, quod sonitu ictus et tota litora replevit et aures ejusdem ultra modum hebetavit. Arturus vero, acri ignescens ira, erecto in frontem ipsius ense, vulnus intulit, tametsi non mortale, unde tamen sanguis in faciem et oculos ejus profluens eorumdem excaecavit aciem. Interposuerat namque clavam ictui et frontem suam a letali vulnere muniverat. Excaecatus autem, profluente sanguine, acrior insurgit et velut aper per venabulum in venatorem, ita irruit per gladium in regem et, complectendo eum per medium, coegit eum genua humi flectere. Arturus itaque, revocata vir-

40 ingessit] intulit *R* — mecum] mihi *P* — 46 eis] ei *G*, illi *R* — 47 illum] eum *R*, *mq*. *P* — 49 gressus *mq*. *GP* (*ajouté R*) — 50 eum] cum *GE* — 51 illitus] illinitus *G* — 52 porcorum] pecorum *R* — vero] in *P* — 53 subterpositis] superpositis *GR* — illos ut] ut i. *EP* — 56 sinebat] sineret *P* — properabat] properavit *E* — 58 meditationis] male m. *EP* — super interpositum] interpositum *G*, interposito *P* — 59 clypeum] clipeo *P* — et tota] tota *R* — 60 et aures] aures *G* — 61 ipsius *mq*. *E* — 62 tamen] tunc *G* — 65 autem namque *P* — 68 humi] humo *G* — virtute] audacia *G*

Digitized by Google

tute, ocius elabitur et celeriter nunc hinc nunc illinc nefandum gladio diverberabat, nec requievit donec, letali vulnere illato, totum mucronem capiti impressit, qua cerebrum testa protegebatur. Exclamavit vero invisus ille et, velut quercus ventorum viribus eradicata, cum maximo sonitu corruit.

Rex ilico in risum solutus praecepit Beduero amputare ei caput et dare uni armigerorum ad deferendum ad castra, ut spectaculum intuentibus fieret. Dicebat autem se non invenisse alium tantae virtutis, postquam Rithonem gigantem in Aravio monte interfecit, qui ipsum ad proelium invitaverat. Hic namque ex barbis regum quos peremerat fecerat sibi pelles et mandaverat Arturo ut suam barbam diligenter excoriaret, atque excoriatam sibi dirigeret, et, quemadmodum ipse ceteris praeerat regibus, ita in honore ejus ceteris barbis superponeret. Sin autem, provocabat eum ad proelium et, qui fortior supervenisset, pelles et barbam devicti tulisset. Inito itaque certamine, triumphavit Arturus, et barbam alterius cepit et spolium, et postea nulli fortiori obviaverat, ut superius asserebat. Victoria igitur, ut praedictum est, potiti in secundo noctis diluculo ad tentoria sua cum capite remeaverunt, ad quod admirandum catervatim concurrebant, ei ascribentes laudes, qui patriam a tanta ingluvie liberaverat.

At Hoelus, ob casum neptis suae tristis, praecepit aedificari basilicam super corpus ipsius in monte quo jacebat, qui, nomen ex tumulo puellae nactus, Tomba Helenae usque in hodiernum diem vocatur.

[166] Conjugatis tandem cunctis quos expectaverat, Arturus

71 qua] contra *G* — cerebrum testa] t. c. *E* — 75 dare uni armigerorum] uni a. d. *P* — deferendum] ferendum *E* — 77 alium] alterum *G* — Rithonem] ritonem *P* — 78 proelium] proeliandum *EP* — 79 ex] de *E* — peremerat] perimerat *GR* — 80 mandaverat] mandavit *P* — suam barbam diligenter] d. s. b. *E*, b. s. d. *P* — 81 ipse ceteris] c. i. *G* — ceteris] eam c. *R* — 83 proelium] bellum *G* — 84 devicti] devicto *G* — 85 spolium] spoliavit *E* — 86 fortiori] f. illo *E*, f. isto *RP* — Victoria] victoriam *EP* — 87 potiti] potitus *G*, adepti *EP* — secundo] secunde *EP* — 88 admirandum] mirandum *G* — 89 ascribentes] solventes *G* — patriam] eos *G* — 91 tristis *mq. G* — 93 Tomba] tombam *G* — in] ad *G*

[166] 1 tandem] tamen *E*

Digitized by Google

illinc Augustudunum progreditur quo imperatorem adesse existimabat. Ut autem ad Albam fluvium venit, nuntiatum est ei illum castra sua non longe posuisse et tanto incedere exercitu quanto, ut aiebant, resistere nequiret. Nec idcirco perterritus coeptis suis desistere voluit; sed super ripam fluminis castra sua metatus est, unde posset exercitum suum libere conducere et, si opus esset, sese infra ea recipere. Duos etiam consules, Bosonem de Vado Boum et Gerinum Carnotensem, Walwanium etiam, nepotem suum, Lucio Hyberio direxit, ut suggererent ei quatinus recederet a finibus Galliae aut in postero die ad experiendum veniret quis eorum majus jus in Galliam haberet. Juventus ergo curiae, maximo gaudio fluctuans, coepit instimulare Walwanium ut infra castra imperatoris inciperet, quo occasionem haberent congregiendi cum Romanis.

Perrexerunt illi ad Lucium et praeceperunt ei a Gallia recedere aut in postero die ad pugnandum venire. At, dum responderet eis quod non deberet recedere, immo ad regendum illam accedere, interfuit Gaius Quintillanus, ejusdem nepos, qui dicebat Britones magis jactantia atque minis abundare quam audacia et probitate valere. Iratus ilico Walwanius, evaginato ense quo accinctus erat, irruit in eum et, ejusdem capite amputato, ad equos cum sociis digreditur. Insequuntur itaque Romani partim pede, partim equis, ut concivem suum in legatos omni nisu diffugientes vindicent. At Gerinus Carnotensis, dum quidam eorum ipsum attingere inciperet, ex improviso

2 Augustudunum] Augustudinum *G* — 3 existimabat] existimaverat *P* — autem] demum *G* — nuntiatum] annunciatum *R* — 4 incedere] accedere *G* — 8 esset] accidisset *EP* — ea] eam *G* — Duos] duo *E* — 9 Carnotensem] Karnotensem *R* — 10 Walwanium] Galgwainum *E*, Walganium *R*, Walwainum *P* — Hyberio] tyberio *P* — 11 suggererent] suggeret *E* — 13 maximo] magno *G* — 14 cepit instimulare] instimulaverunt *G* — Walwanium] galgwainum *E*, walgainum *R* — imperatoris *mq. E* — 18 aut in postero... deberet recedere *mq. E* (*bourdon*) — At] Ac *R* — 20 interfuit] intus fuit *G* — Quintillanus] quintillianus *EP*, quintilianus *R* — 21 minis] nimis *G* — 22 Walwanius] Galwainus *E*, Walgainus *R*, Walwainus *P* — 26 Carnotensis] Karnotensis *R*

Digitized by Google

reversus direxit lanceam suam atque ipsum per arma et medium corpus foratum humi, quantum potuit, prostravit. Invidit ergo Boso de Vado Boum, quoniam tantam probitatem fecisset Carnotensis et, retorquens equum suum, cui primo obviavit ingessit lanceam sibi infra gulam et letaliter vulneratum coegit caballum deserere, quo eum insequebatur. Interea Marcellus Mucius, maximo affectu volens Quintillianum vindicare, Walwanio jam imminebat a tergo atque coeperat retinere, cum ipse continuo reversus galeam cum capite usque ad pectus gladio quem tenebat abscidit. Praecepit etiam ei Quintiliano, quem infra castra trucidaverat, in infernum renunciare Britones minis et jactantia hoc modo abundare. Sociis deinde resociatis, hortatur ut pari impetu reversi quisque suum prosternere laboraret. Adquiescentes igitur ei revertuntur et quisque unum prosternit.

At Romani usque insequentes quandoque cum gladiis, quandoque cum lanceis percutiebant eos, sed nec retinere nec prosternere praevalebant. Dum autem prope quamdam silvam, ut dictum est, insequerentur, confestim egrediuntur ex illa circiter VI millia Britonum, qui, fugam consulum comperti, infra eam delituerant, ut eis auxilium subvectarent. Egressi autem subduxerunt calcaria equis suis et, aera clamore complentes et clypeos pectoribus praetendentes, Romanos ex improviso invadunt et confestim in fugam propellunt. Sed et unanimiter insequentes quosdam eorum ab equis suis cum lanceis sejungunt, quosdam autem retinent, quosdam interficiunt. Quod

28 et *mq*. *G* — 31 fecisset] fecerat *R* — et *mq*. *P* — 32 sibi *mq*. *E* — 33 caballum] c. suum *G* — 34 Mucius] mutuus *G* — Quintillianum] quintilianum *R*, quintillanum *P* — 35 Walwanio] walwanus *G*, galwaino *E*, walganio *R*, walwaino *P* — 38 Quintiliano] quintilliano *E*, quintillano *P* — infra] in *G* — 39 et] ac *E* — abundare] valere (vel habundare) *R* — hoc modo *mq*. *G* — 43 quandoque cum gladiis *mq*. *R* — 44 eos *mq*. *G* — sed *avant* percutiebant *G* — 45 praevalebant] valebant *P* — 47 VI] III G — 48 delituerant] delituerunt *P* — 49 complentes] replentes *EP* — 50 Romanos ex improviso] ex i. r. *P* — 51 confestim] continuo *E* — et *mq*. *G* — insequentes] exsequentes *G* — 52 ab equis suis cum lanceis] ab e. s. cum l. suis *E*, et cum l. suis ab equis *R* — 53 quosdam] q. autem *R*

Digitized by Google

cum Petreio senatori nunciatum est, X millibus comitatus subvenire sociis suis festinavit. Coegit Britones ad silvam ex qua egressi fuerant recurrere, nec sine detrimento suorum : diffugiendo etenim Britones revertebantur in strictis locis atque insequentibus stragem ingerebant maximam.

Quibus hoc modo cedentibus, Hiderus, filius Nun, cum V millibus accelerabat, ut eisdem subveniret. Resistunt ergo ipsi et, quibus terga paulo ante dederunt, nunc pectora opponentes validos ictus viriliter inferre elaborabant. Resistunt ergo ipsi etiam Romani et quandoque eos prosternunt, quandoque ab illis prosternuntur. At Britones toto affectu desiderabant militiam, sed nec multum curabant in quem eventum inciderent, dum eam incipiebant. Romani autem sapientius agebant, quos Petreius Cotta more boni ducis nunc ad invadendum, nunc ad diffugiendum sapienter docebat, et ita maximum damnum ceteris impendebat.

Quod cum Bosoni compertum esset, plures eorum, quos audaciores noverat, sejunxit a ceteris et eos hoc modo affatus est : « Quoniam nesciente Arturo istud proelium incepimus, cavendum nobis est ne in pejorem partem incepti nostri decidamus. Nam si in illam deciderimus, et maximum damnum militum nostrorum incurremus et regem nostrum ad execrandum nos commovebimus. Resumite audaciam et sequimini me per catervas Romanorum, ut, si fortuna faverit, Petreium interficiamus sive capiamus. Subduxerunt itaque calcaria equis suis et cuneos hostium pari impetu penetrantes ad locum quo

54 Petreio] peteio *G* — senatori *mq. P* — est] esset *G* — 55 festinavit] estinat *G* — Coegit] coegitque *R* — 57 strictis] stricti *R* — 59 cedentibus] videntibus *P* — Nun] nucii *E*, nu *RP* — cum *mq. E* — 60 accelerabat] incedebat et a. *E* — 62 validos ictus] i. v. *E* — elaborabant] elaborant *R* — ergo ipsi *mq. R*, ipsi etiam *mq. E*, ergo *mq. P* — 63 et *mq. P* — ab] vero ab *ER* — 64 toto] tanto *E* — 67 Petreius *mq. G* — Cotta] cocta *ER* — 68 docebat] docebant *R*, edocebat *P* — 69 impendebat] impendebant *R* — 70 eorum] suorum *P* — 72 istud] hoc *P* — istud proelium] p. i. *R* — 73 decidamus] incidamus *EP* — 74 deciderimus] inciderimus *E* — 75 ad execrandum nos] in iracundiam *P* — 78 sive] vel *G* — itaque *mq. G*

Digitized by Google

Petreius socios suos commonebat venerunt. In quem ocius Boso irruens eumdem per collum amplectitur et, sicut praemeditatus fuerat, cum illo in terram corruit. Concurrunt ergo Romani ut eum hostibus eripiant ; concurrunt autem Britones ut Bosoni auxilientur. Fit itaque inter eos maxima caedes, fit clamor, fit turbatio, dum hi ducem suum liberare, illi eumdem retinere conarentur. Invicem ergo vulnerabant et vulnerabantur, prosternebant et prosternebantur. Illic itaque videri poterat quis hasta, quis gladio, quis telo praevaleret. Denique Britones densata caterva incedentes impetumque Romanorum ferentes sese infra fortitudinem proelii sui cum Petreio recipiunt. Sed confestim impetum fecerunt in illos, jam rectore suo orbatos, jam in majori parte debilitatos, jam etiam dilapsos atque terga eisdem ostendentes. Incumbentes igitur ipsos a tergo caedunt, caesos prosternunt, prostratos despoliant, dispoliatos praetereunt, ut ceteros insequantur. Sed et plures capiunt, quos regi praesentare affectant.

Postremo, postquam satis periculi ipsis ingesserunt, remeaverunt cum spoliis et captivis ad castra et, indicantes quod sibi contigerat, Petreium Cottam et ceteros captivos Arturo cum laetitia victoriae obtulerunt. Quibus ille congratulans et honores et honorum augmentationes promisit, quoniam eo absente tantam probitatem egerant. Captivos autem in carceribus trudere volens, ad se vocavit quosdam qui eos in crastinum Parisius ducerent et custodibus oppidi servandum traderent, donec ex illis aliud fieri praecepisset. Jussit etiam Cadorem ducem Beduerumque pincernam, necnon et duos consules, Borellum et Richerium, cum famulis suis ipsos conducere, donec venirent eo quo minime disturbationem Romanorum timuissent.

80 Petreius] petrecius *G* — 82 Concurrunt] corruunt *G* — 83 hostibus] ab h. *E* — autem *mq. E* — 86 retinere] tenere *G* — conarentur] conantur *G* — 87 densata] densa *G* — impetumque] impetum *G* — 92 suo *mq. G* — dilapsos] dilapso *G* — 93 tergo] terga *G* — 94 despoliant] dispoliant *G* — dispoliatos] despoliatos *EP* — 99 Cottam] captum *G* — 102 autem *mq. P* — carceribus] carcerem *G* — 103 ad se vocavit] revocavit *EP* — 104 servandum] servandos *P* — 107 Borellum] Borrellum *E*

Digitized by Google

[167] At Romani forte comperientes apparatum istum, imperatore jubente, elegerunt XV millia suorum, qui nocte illa iter eorum praecederent atque cum ipsis congressuri suos liberare praestarent. Ipsis quoque praefecerunt Vulteium Catellum et Quintum Carucium senatores, Evandrum etiam, regem Syriae, et Sertorium, regem Libiae, qui nocte illa cum praedictis millibus jussum iter arripuerunt et, locum latibulis convenientem adepti, delituerunt, quo ipsos ituros arbitrabantur. Mane autem facta, Britones viam ineunt cum captivis et jam prope locum incedunt, nescii quos dolos versuti hostes instituerant. Cum vero penetrare incepissent, egressi ex improviso Romani ipsos nihil tale praemeditatos occupaverunt et penetraverunt. At illi, tametsi ex improviso occupati et dissipati fuissent, tandem tamen resociati viriliter resistunt et quosdam circa captivos statuunt, quosdam autem per catervas distribuunt, qui cum hostibus congrediantur. Agmini autem illi quod ad conservandos captivos statuerant Richerium et Beduerum praefecerunt. Cador vero, dux Cornubiae, atque Borellus ceteris praeponuntur. Sed Romani omnes sine ordine eruperant, nec curabant suos per turmas disponere, immo omni nisu perstantes Britonibus stragem dabant, dum turmas disponere, dum semetipsos defendere elaborabant. Unde ultra modum debilitati illos quos conducebant turpiter amisissent, nisi fortuna optatum auxilium eis accelerasset. Guitardus etenim, dux Pictavensium, comperto praedicto dolo, cum III millibus advenerat, cujus freti auxilio tandem praevaluere et vicem praedictae stragis impudentibus grassatoribus reddidere.

[167] 1 apparatum] paratum *G* — 3 ipsis] illis *G* — 4 praestarent] perstarent *P* — Ipsis quoque] Ipsisque *E* — Vulteium] Witerium *G*, wlterium *E*, wlteium *RP* — 6 regem Libiae] l. r. *RP* — 9 ineunt] inierunt *E* — 10 versuti hostes] illis romani *E* — vero] v. omnes *G* — penetrare] preterire *EP* — 12 tametsi] etsi *G*, tamen etsi *P* — et] atque *E* — 15 congrediantur] agrediantur *G* — 16 conservandos captivos statuerant] conservandum constituerant c. *R* — 18 Borellus] Borrellus *E* — 20 immo *mq. E* — perstantes] stantes *G* — 21 elaborabant] elaborarent *ER*, laborarent *P* — 22 conducebant] ducebant *P* — 23 auxilium] consilium *P* — Guitardus] Gwitardus *E* — 24 praedicto dolo] d. p. *R* — 25 freti auxilio] a f. *E* — praevaluere] incipiunt praevalere *P* — praedictae stragis] s. p. *G* — 26 impudentibus] imprudentibus *G* — reddidere] reddere *E*

Digitized by Google

Attamen multos suorum in primo congressu amiserunt. Amiserunt etenim illum inclytum Cenomannorum consulem Borellum, qui, cum Evandro, rege Syriae, congrederetur, lancea ipsius infra gulam infixus vitam cum sanguine eructavit. Amiserunt quoque quatuor proceres nobiles : Hirelgas de Perirum, Mauricium Cadorcanensem, Aliduc de Tintagol, Her, filium Hyder, quibus audaciores non facile reperiri poterant. Nec tamen audaciae suae desistentes sibi desperaverunt, sed omni nisu instantes et captivos custodire et inimicos prosternere intendebant. Romani tandem, congressum eorum ferre non valentes, ocius reliquerunt campum et castra sua petere coeperunt. At Britones usque insequentes stragem inferunt, complures capiunt, nec requieverunt donec, Vulteio Catello et Evandro, rege Syriae, peremptis, ceteros penitus dissipaverunt. Habita igitur victoria, captivos quos ducebant miserunt Parisius atque, cum illis quos recenter ceperant ad regem suum repedantes, spem summae victoriae promittebant, cum admodum pauci de tot supervenientibus hostibus triumphum habuissent.

[168] Lucius Hyberius, tales casus moleste ferens, animum suum diversis cruciatibus vexatum nunc huc, nunc illuc revolvit, haesitando an coepta proelia cum Arturo committat aut, infra Augustudunum receptus, auxilium Leonis imperatoris expectet. Adquiescens tandem formidini, nocte sequenti, praedictam civitatem aditurus, Lengrias cum exercitibus suis ingreditur. Quod ut Arturo compertum est, affectans iter ejus praecedere, eadem nocte, relicta a laeva civitate, quandam vallem, qua Lucius transgressurus erat, ingreditur, quae Siesia vocabatur.

28 illum inclytum] incl. illum *G* — Borellum] Borrellum *E* — 29 cum] dum cum *P* — lancea] lanceam *P* — 30 infixus] infixit *P* — cum] in *R* — 31 Hirelgas] Hyrelglas *EP* — de Perirum] de periron *E*, de perirun *RP* — Mauricium] mauricum *ER* — 32 Cadorcanensem] decadorcanensem *G*, kaerdorcananensem *E*, cardocananensem *R*, cardorcanensem *P* — Tintagol] tintagal *P* — Her] er *EP* et *R* — 36 congressum] congressu *G* — 38 insequentes] sequentes *E* — complures] quamplures *P* — 39 Vulteio] witerio *G*

[168] 1 Lucius] L. autem *EP* — Hyberius] hiberus *ER* — 3 aut] an *E* — 4 imperatoris *mq*. *P* — 5 tandem] tamen *P* — 7 ut] cum *G* — 9 qua] quam *G* — ingreditur *après* vallem *E* — Siesia] sessia *E*

Digitized by Google

Commilitones igitur suos per catervas disponere volens, legionem unam, cui praefecerat Hoelum consulem, jussit adesse, ut, si opus accidisset, sciret ubi posset sese recipere et, resociatis turmis, iterum hostibus proelia ingerere. Ceteros etiam per catervas septenas distribuens et in unaquaque caterva V̄DLV viros omnibus armis instructos collocavit. Pars quoque statutarum turmarum disponitur equestris, pars autem altera pedestris, daturque praeceptum tale inter eos ut, dum pedestris turma ad invadendum intendat, equestris ilico ab obliquo superveniens stricto agmine dissipare hostes nitatur. Erant autem pedestres catervae britannico more cum dextro et sinistro cornu, in quadrum statutae. Quarum uni Auguselus, rex Albaniae, et Cador, dux Cornubiae, unus in dextro cornu et alius in sinistro cornu, praeficiuntur; alii vero duo insignes consules, Gerinus videlicet Carnotensis et Boso de Ridichen, qui lingua Saxonum Oxeneford nuncupatur; tertiae vero turmae, Aschil, rex Dacorum, atque Loth, rex Norguegensium; quartae Hoelus, dux Armoricanorum, atque Walwanius, nepos regis. Post has autem quatuor fuerunt aliae quatuor a dorso statutae, quarum uni praeponuntur Kaius dapifer et Beduerus pincerna; alii autem praeficiuntur Holdinus, dux Rutenorum, et Gwitardus, dux Pictavensium; tertiae Jugenis de Legrecistria et Jonathal Dorecestrensis atque Cursalem de Kaicestria; quartae vero Urbgenius de Badone. Ipse quoque post hos elegit sibi et legioni uni, quam sibi adesse affectaverat, locum quemdam, quo

12 Hoelum *mq. EP*, Moriud *R* — consulem] c. claudiocestrie *R* — 14 etiam] autem *P* — 15 caterva *mq. R* — 16 V̄] ĪĪ *G* — 19 obliquo] aliquo *P* — 21 catervae] turme caterve *E* — et sinistro cornu] c. et s. *G* — 22 quadrum] quadam *G* — Auguselus] Anguselus *G* — 23 alius] alter *G* — cornu *mq. G* — 24 praeficiuntur] proficiuntur *G* — 25 Ridichen... nuncupatur] vado boum *G* — Ridichen] ridichen *R* — 26 Oxeneford] oxineford *R*, oxenford *P* — Aschil] alchil *G* — 27 Hoelus] holus *P* — 28 Armoricanorum] armoricorum *ER* — Walwanius] gwalgwainus *E*, Walgainus *R*, Walwainus *P* — 31 praeficiuntur *mq. G* — Rutenorum] ruthenorum *EP* — Gwitardus] guitardus *RP* — 32 de Legrecistria] de legecestria *ER*, olegrecestria *P* — 33 Dorecestrensis] dorocestrensis *P* — atque] et *G* — 34 Urbgenius] urgennius *E*, urbgennius *R* — post hos elegit] preelegit *G*, e. p. h. *R*

Digitized by Google

aureum draconem infixit, quem pro vexillo habebat ubi vulnerati et fatigati, si necessitas compulisset, quasi ad castra diffugissent. Aderant autem in legione illa, quam secum habebat, VI DCLXVI.

[169] Dispositis itaque cunctis, commilitones suos in haec verba praefatur :

« Domestici mei, qui Britanniam ter denorum regnorum fecistis dominam, vestrae congratulor probitati, quam nullatenus deficere, immo magis vigere considero. Licet quinque annis inexercitati, licet oblectamentis otii potius quam usui militiae hactenus dediti sitis, nequaquam tamen ab innata bonitate degeneravistis, sed in ipsa perseverantes Romanos propulistis in fugam, qui, instimulante superbia sua, libertatem nobis demere affectaverunt, qui, ampliori numero incedentes, ingerere proelia coeperunt, qui, congressui vestro resistere non valentes, sese turpiter infra civitatem istam receperunt, ex qua ad praesens egressuris et per istam vallem Augustudunum petituris obviam poteritis adesse et nihil tale praemeditatos velut pecudes occupare. Sane orientalium gentium segnitiam in vobis esse existimabant, dum patriam vestram facere tributariam et vosmetipsos subjugare affectarent. Numquid noverunt quae bella Dacis atque Norguegensibus Gallorumque ducibus intulistis, quos meae subdistis potestati et ab eorum pudendo dominio liberavistis? Qui igitur in graviori certamine valuimus, in hac leviori sine dubio praevalebimus, si pari affectu semiviros illos elaboraverimus opprimere. Quantos honores quisque vestrum possidebit, si voluntati meae atque praeceptis meis, ut fideles commilitones, adquieveritis ! Subjugatis etenim ipsis, continuo

37 castra] castrum *EP* — 38 autem] namque *G*

[169] 2 praefatur] profatur *E* — 4 quam] quoniam *E* — 5 magis] m. ac m. *E* — 6 licet] quamquam *E* — licet *mq*. *ER* — 7 hactenus *mq*. *E* — 8 propulistis in fugam] in f. p. *E* — 10 proelia] bella *P* — 13 Augustudunum] augustudinum *G*, Augustudum *P* — 15 gentium segnitiam] g. segnitia *G*, generum segniciem *E* — vobis] nobis *G* — 16 vestram] nostram *G* — facere *mq*. *G* — vosmet] nosmet *G* — 20 in *mq*. *G* — graviori] graviore *E* — valuimus] valuistis (vel valuimus) *R* — hac] hoc *G* — 24 continuo Romam] r. c. *E*

Digitized by Google

Romam petetis, petitam capiemus, captam autem possidebimus et sic aurum, argentum, palatia, turres, oppida, civitates et ceteras victorum divitias habebitis. »

Adhuc autem ipso dicente talia, omnes uno clamore assentiunt, parati mortem prius recipere, quam vivente ipso campum diffugiendo relinquere.

[170] At Lucius Hyberius, comperiens insidias quae ei parabantur, noluit, ut affectaverat, diffugere, sed, revocata audacia, ipsos in eamdem vallem aditurus, duces suos convocavit atque his verbis allocutus est : « Patres venerandi, quorum imperio et orientalia et occidentalia regna subici deberent, veterum vestrorum memores estote, qui, ut adversarios reipublicae superarent, non abhorrebant effundere sanguinem suum, sed, exemplum probitatis et militiae posteris suis relinquentes, ita decertabant ac si in proelio Deus non providisset eos morituros. Triumphabant ergo saepius et triumphando mortem evadebant, quia nulli alia erat proventura quam ex providentia Dei condescendebat. Augebatur itaque respublica, augebatur eorumdem probitas et quod honestatis, quod honoris, quod largitatis in generosis esse solebat, in eis diutius vigens ipsos et ipsorum posteros in dominium totius orbis promovebat. Id igitur in vobis excitare desiderans, hortor vos ut habitam bonitatem revocetis atque, in eadem perstantes et inimicos vestros in valle qua nobis insidiantur petentes, quod nostrum est ab illis exigere contendatis. Ne existimetis me idciro infra civitatem hanc receptum esse, ut vel eos vel congressum eorum abhoruissem, immo

25 petetis] petemus *ER* — 26 et sic] Ergo *E* — 28 autem ipso] i. a. *P* — talia *mq*. *E* — 29 mortem prius] p. m. *EP*

[170] 1 Hyberius] hiberus *ER* — 2 affectaverat] affectaret *G* — 3 eamdem vallem] e. villam *G*, eadem valle *E* — aditurus] adire *E* — duces] Denique d. *E* — 4 his] cum his *E* — allocutus] ipsos al. *E* — 6 reipublicae] rei puplice *P* — 7 effundere] fundere *P* — probitatis] bonitatis pr. *E* — 10 triumphando] triumpho *P* — 11 alia erat] erat alia mors *E* — quam] q. que *E* — 12 Augebatur itaque respublica *mq*. *G* — 15 posteros in dominium] dominium posteros *G* — Id igitur] Igitur id *G* — 16 habitam] avitam *E* — 18 nobis] vobis *EP*— petentes] petatis et *E* — nostrum] vestrum *EP* — 19 Ne] nec *G* — 20 congressum eorum] e. c. *E*

Digitized by Google

arbitrans quod nos stulte prosequerentur, et ut prosequentibus ex improviso obviaremus, atque in ipsos segregatim irruentes magna strage infestaremus. Nunc autem, quoniam aliter quam rati eramus fecerunt, et nos aliter faciamus. Petamus etenim illos et audacter invadamus vel, si convaluerint, unanimiter resistamus et primum impetum toleremus, et sic proculdubio triumphabimus. In pluribus etenim decertationibus, qui in primo congressu perstare potuit, cum victoria saepissime abivit. »

Ut his itaque et pluribus aliis finem dicendi fecit, omnes uno assensu faventes, socias quoque manus jurejurando promittentes, ad armandum sese festinant. Armati tandem Lengrias egrediuntur atque praedictam vallem adierunt, ubi Arturus catervas suas statuerat. Porro et illi duodecim cuneata agmina atque omnia pedestria fecerunt, quae, romano more ad modum cunei ordinata, VI millia militum cum DCLXVI singula omnia continebant. Sed et unicuique suos ductores dederunt, ut monitu eorum et invaderent et ceteris irruentibus resisterent. Uni etenim praefecerunt Lucium Catellum et Aliphatinam, regem Hispaniae ; alteri vero Hirtacium, regem Parthorum, et Marium Lepidum senatorem ; tertio Bocum, regem Medorum, et Gaium Metellum senatorem; quarto Sertorium, regem Libiae, et Quintum Milvium senatorem. Haec quatuor agmina in prima acie statuta fuerunt et post ipsa alia quatuor a dorso, quorum uni Sersem, regem Itureorum, praeposuerunt; alii vero Pandrasum, regem Aegypti ; tertiae Politetem, ducem Frigiae ;

21 prosequerentur] perseq. *G* — et ut prosequentibus] pr. vero *E* — 22 in ipsos] ipsos *EP* — segregatim] segregati *G* — 26 et primum] primumque *E* — toleremus] tulerimus *G* — 27 etenim *G* — 28 abivit] adivit *G* — 31 socias] socios *G* — manus jurejurando] j. m. *P* — 36 DCLXVI] DCXLVI *G* — singula omnia] exercitum suum disponentes *GRP* — 37 et *mq*. *P* — 39 et Aliphatinam] aliphatimam *E*, alifatimam *R*, alii farimam *P* — 41 tertio.. senatorem *mq*. *G* — tertio] tercio *ERP* — Bocum] Boccum *R* — regem Medorum *mq*. *R* — 42 quarto] quartum *GE*, quarte *RP* — Sertorium] senatorium *E* — 43 Milvium] Millium *G* — 44 fuerunt *mq*. *G* — et post ipsa] p. i. vero *E* — 45 alii] alteri *EP* — 46 Frigiae] bithinie *EP*

Digitized by Google

quarto Teucrum, ducem Bithiniae. Post haec quoque alia quatuor et cuidam illorum dederunt Quintum Carucium senatorem; alii autem Lellium Hostiensem; tertiae etiam Sulpicium Subuculum; quartae Mauricium Silvanum. Ipse autem inter eos nunc hac nunc illac incedebat, suggerendo, docendo qualiter sese haberent. In medio etiam auream aquilam, quam pro vexillo duxerat, jussit firmiter poni et quoscumque casus segregasset submonuit ut ad eam reverti conarentur.

[171] Postquam tandem in adversa parte hinc Britones, illinc Romani erectis steterunt telis, confestim, audito classicorum sonitu, agmen illud, cui rex Hispaniae et Lucius Catellus praeerat, in catervam illam quam rex Scotiae et dux Cornubiae ducebant audacter irruit; sed illam stricte irruentem nequaquam disgregare potuit. Cui itaque saevissime invadenti occurrit caterva quam Gerinus et Boso regebant et, dum alia, ut praedictum est, resisteret, subito cursu equorum impetum in eamdem fecit et, penetrata illa, obviavit agmini quod rex Parthorum ducebat contra turmam Aschilli, regis Dacorum. Nec mora, concurrunt undique hinc et inde catervae et, sese mutuo penetrantes, maximam pugnam lacessunt. Fit itaque miseranda caedes inter eos cum supremo clamore et, terram vertice et calcaneis pulsantes, vitam in utraque parte cum sanguine eructant. Sed prius damnum Britonibus illatum est, quia Beduerus pincerna peremptus fuit et Kaius dapifer letaliter vulneratus. Nam, dum Beduerus Bocco, regi Medorum, obviaret, lancea ejusdem confossus inter hostiles catervas peremptus corruit. Kaius autem dapifer, dum ipsum vindicare conaretur, infra Medorum turmas circumdatus mortiferum vulnus rece-

47 quarto] quartum *G*, quarte ***ERP*** — Teucrum] theucium *G*, teuchrum *R* — Bithiniae] Phrigie ***EP*** — quoque alia] a. q. *G* — 49 autem *mq*. *G* — Lellium] lelium *R* — etiam *mq*. *G* — 50 Subuculum] subbuculum ***EP*** — Ipse] interim *G* — 51 suggerendo] se s. *G* — 54 eam] eamdem *P*

[171] 1 tandem] autem *R* — 2 telis] lanceis (vel telis) *R* — 3 rex Hispaniae] ex hispania rex *G*, hispania *R* — et *mq*. *R* — 5 stricte] districte *P* — 6 itaque *exponctué R* — 10 Aschilli] Achilli *G* — 11 undique *mq*. *R* — 13 supremo] summo *G* — 14 pulsantes] pulsati *G* — 15 Britonibus *bis P* — 17 Bocco] boco *P* — 19 corruit] fuit (vel corruit) *E* — 20 recepit] suscepit *E*

Digitized by Google

pit. Qui tamen, more boni militis, cum ala quam ducebat viam aperiens, caesis et dissipatis Medis, sese infra suos integra caterva recepisset, nisi in obviam venisset agmini regis Libiae, cujus irruptio illos quos ducebat omnes disgregavit : utcumque tamen cum paucis retrocedens, ad aureum diffugit draconem cum corpore Bedueri. O quanta lamenta Estrusiensium, dum corpus sui ducis tot vulneribus dilaniatum aspicerent ! O quantos Andegavensium planctus, dum Kaii, consulis sui, vulnera pluribus modis tractarent! Sed non opus erat querela, quia undique sanguinolentae acies, mutuo irruentes, non permittebant eis spatium praedicti gemitus, quia ipsos ad defendendum sese coegissent.

[172] Hyrelgas ergo, nepos Bedueri, ultra modum ob mortem ipsius commotus, trecentos suorum associavit sibi et, velut aper infra turmam canum, sic per hostiles catervas subito cursu equorum locum ubi vexillum regis Medorum aspexerat petivit, parum excogitans quid sibi contingere posset, dum avunculum suum vindicaret. Adeptus tandem locum quem affectaverat, praedictum regem peremit, peremptumque ad socios suos deportavit, deportatum juxta corpus pincernae omnino dilaniavit. Deinde, maximo clamore concivium suorum turmas inanimando, hortabatur in hostes irruere crebris irruptionibus, dum eis virtus recenter fervebat, dum illis formidolosis pectus tremebat, dum cominus imminentes sapientius quam ceteri per catervas dispositi essent atque crudelius damnum ingerere saepius valuissent. Inanimati igitur hortamine illius, impetum in hostes undique fecerunt, quo maxima strages

23 in *mq*. *G* — 24 omnes] omnino *P* — 26 Estrusiensium] Ostrusiensium *E*, Neustriensium *E*, Estruensium *R* — 27 corpus] c. Bedueri *E* — ducis *mq*. *G* — vulneribus] v. pluribus *G* — quantos] q. etiam *EP* — 28 consulis sui] s. c. *E* — 30 irruentes] corruentes *G* — 32 sese] se *G*

[172] 1 Hyrelgas] hirelglas *EP*, hirelgas *R* — ergo] quoque *G* — modum ob *mq*. *G* — 4 regis Medorum] m. r. *E* — 7 peremit] perimit *G* — 8 deportatum] d. vero *E*, d. autem *P* — corpus] c. Bedueri *G* — 10 inanimando *mq*. *E* — crebris] crebrisque *E* — irruptionibus] i. infestare *E* — 13 dispositi essent] disposuissent *E* — 14 igitur] ergo *G*

Digitized by Google

utrisque facta fuit. In parte namque Romanorum, exceptis innumerabilibus aliis, Alifatima, rex Hispaniae, et Micipsa Babiloniensis, et Marius Lepidus, Quintus quoque Milvius senatores corruerunt. Corruerunt etiam in parte Britonum Holdinus, dux Ruthenorum, et Leodegarius Bolonensis, tres etiam consules Britanniae : Cursalem Caicestrensis, et Gualauc Salesberiensis, et Urbgennius de Badone.

[173] Unde turmae quas conducebant ultra modum debilitatae retrocesserunt, donec venerunt ad aciem Armoricanorum Britonum, quam Hoelus et Walwanius regebant. Quae itaque, velut flamma ignescens, impetum facit in hostes et, revocatis illis qui retrocesserant, illos qui paulo ante insequebantur diffugere coegit. Sed et usque insequentes nunc ipsos diffugientes prosternit, nunc interficit, nec stragem ingerere cessat, donec ad turmam imperatoris venit, qui, visa calamitate sociorum, properat ipsis succursum praestare.

Inito itaque congressu, debilitantur Britones. Chimmarcocus siquidem, consul Trigeriae, necnon et duo millia secum corruerunt. Corruerunt etiam tres inclyti proceres Ricomarcus et Bloccovius atque Lagvius de Bodloano : qui si principes fuissent regnorum, ob tantam probitatem quam habebant, ventura aetas famam eorum celebraret. Nam et dum praedictum impetum cum Hoelo et Walwanio facerent, non evadebat hostis cui imminebant, quin ei vitam vel gladio vel lancea eripuissent.

16 utrisque] utrique *G* — namque] quoque *E* — 17 Alifatima] aliphatima *G* — 18 Babiloniensis] babilonensis *G* — et Marius Lepidus *après* Milvius *RP* — Quintus... Milvius *mq*. *E* — quoque vero *R* — 19 Corruerunt] circuierunt *G* — 20 Ruthenorum] rutenorum *R* — Leodegarius] leodarius *G* — Bolonensis] boloniensis *P* — 21 et *mq*. *RP* — Gualauc] guaulauc *P* — 23 Urbgennius] urgenius *G*

[173] 2 venerunt] venirent *P* — 3 quam] quas *P* — Walwanius] Gwalgwanus *E*, walgainus *R*, walwainus *P* — 6 retrocesserant] retrocesserunt *G* — insequebatur] sequebantur *G* — 7 prosternit] prosternunt *P* — interficit] interficiunt *P* — cessat] cessant *P* — 10 Chimmarcocus] c. quo *G*, Chinmarhogus *E*, Chimarcous *R*. Chinmarcus *P* — 12 Ricomarcus] richomarcus *EP*, ricchomarcus *R* — Bloccovius] docorvus *G* — Lagvius] iagwiuius *E*, iaguuius *R*, iaguiuius *P* — 15 Nam] Dum *G* — 16 Walwanio] Gwalgwino *E*, Walgaino *R*, walwaino *P* — 17 vel gladio] cum gl. *G*

Digitized by Google

Sed, postquam infra aciem Lucii ventum fuit, undique Romanis circumsepti cum praedicto consule et praedictis consulibus conciderunt.

Hoelus igitur et Walwanius, quibus meliores praeterita saecula non genuerant, comperta strage suorum, acriores institerunt et nunc hac, nunc illac, unus in una parte, alter in alia parte discurrentes, cuneum imperatoris infestabant. At Walwanius, semper recenti virtute exaestuans, nitebatur ut aditum congrediendi cum Lucio haberet, nitendo ut audacissimus miles irruebat, irruendo prosternebat, prosternendo caedebat. Hoelus quoque non inferior illo ex alia parte fulminabat, socios etiam suos hortabatur, inimicos feriebat, eorumque ictus haud timidus recipiebat, nec ulla hora deficiebat, quin saepissime percuteretur et percuteret. Non facile diffiniri poterat quis eorum alterum excederet.

Porro Walwanius turmas, ut praedictum est, infestans invenit tandem aditum quem petebat, et in imperatorem irruit, et cum illo congressus est. At Lucius, prima juventute florens, multum audaciae, multum vigoris, multum probitatis habebat, nihilque majus desiderabat quam congredi cum milite tali, qui eum coegisset experiri quantum in militia valuisset. Resistens igitur Walwanio, congressum ejus inire laetatur et gloriatur, quia tantam famam de eo audierat. Commisso diutius inter se proelio, dant ictus validos et clypeos ictibus praetendendo uterque neci alterius imminere elaborabat. Dum autem acrius in hunc modum decertarent, ecce Romani subito recuperantes

18 infra] inter *E* — 19 consulibus] militibus *E*, milibus *P* — 21 Hoelus] Hoelius *G* — Walwanius] gwalgwinus *E*, walgainus *R*, walwainus *P* — 23 alia] altera *E* — 24 Walwanius] gwalgwainus *E*, Walgainus *R*, walwainus *P* — 25 recenti *mq*. *G* — exaestuans] estuans *G* — 27 prosternebat] hostes p. *E* — 29 etiam suos] s. e. *G* — inimicos] et i. *E* — 30 ulla] illa *G* — 31 percuteretur et percuteret] percuteret et percuteretur *E* — 33 Walwanius] gwalgwainus *E*, walgainus *R*, Walwainus *P* — turmas] cedendo t. *E* — infestans] *mq*. *EP*, invadens *R* — 34 petebat] adoptabat E, optabat *RP* — in *mq*. *G* — 37 majus] magis *EP* — 38 coegisset] cogisset *E* — 39 Walwanio] gwalgwaino *E*, walgaino *R*, walwaino *P* — 40 tantam famam de eo] de eo t. f. *R* — 41 praetendendo] preponendo *E* — 42 acrius in hunc modum] in h. m. a *P*

Digitized by Google

impetum in Armoricanos faciunt et, imperatori suo subvenientes, Hoelum et Walwanium cum suis turmis caedendo pepulerunt, donec in obviam Arturo et ejusdem agmini ex improviso venerunt.

[174] Ipse etenim, audita suorum strage, quae paulo ante eisdem dabatur, cum legione irruerat et, abstracto Caliburno, gladio optimo, celsa voce atque verbis commilitones suos inanimabat, inquiens : « Quid facitis, viri? Utquid muliebres permittitis illaesos abire? Ne abscedat ullus vivus! Mementote dextrarum vestrarum, quae, tot proeliis exercitatae, terdena regna potestati meae subdiderunt. Mementote avorum vestrorum, quos Romani, dum fortiores erant, tributarios fecerunt. Mementote libertatis vestrae, quam semiviri isti et vobis debiliores demere affectant. Ne abeat ullus vivus, ne abeat! Quid facitis? » Haec et plura alia vociferando irruebat in hostes, prosternebat, caedebat et, cuicumque obviabat, aut ipsum aut ipsius equum uno ictu interficiebat. Diffugiebant ergo ipsum velut beluae ferocem leonem, quem saeva fames instimulat ad devorandum quicquid casus subvectat. Arma sua nihil eis proficiebant, quin Caliburnus, dextra tam virtuosi regis vibratus, cogeret eos animas eructare cum sanguine. Duos reges, Sertorium Libiae Bithiniaeque Politetem, infortunium ei obtulit, quos abscisis capitibus ad Tartara direxit. Viso igitur rege suo in hunc modum decertare, Britones majorem audaciam capessunt, Romanos unanimiter invadunt, densata caterva incedunt et, dum ex una parte pedestres hoc modo infestarent, equestres ex alia prosternere et penetrare conabantur. Resistunt tamen acriter Romani et monitu Lucii, illustris regis, vicem

44 Armoricanos] armaricanos *P* — 45 Walwanium] gwalgwainum *E*, walgainum *R*, walwainum *P*

[174] 1 audita] audito *G* — 2 legione] legionem *G* — 3 gladio optimo] o. g. *G* — verbis] his v. *EP* — 9 quam] q. vobis *R* — debiliores demere] dem. deb. *E* — Ne] Nec *R* — ne] nec *R* — uno *mq*. *G* — 14 ferocem leonem] l. f. *G* — 16 dextra] dextram *G* — tam *mq*. *G* — virtuosi] virosi *G* — 17 eos] ipsos *ER* — 18 Politetem] polithetem *P* — infortunium] ob i. *P* — obtulit] obvios fecit *E*, obvios *P* — 19 quos *mq*. *P* — 20 audaciam] habundantiam *GP* — 22 equestres *mq*. *P* — 23 alia] a. parte *E*

Digitized by Google

illatae cladis Britonibus reddere elaborant. Tanta igitur vi in utraque parte pugnatur ac si primum recenter convenirent. Hinc autem Arturus saepius ac saepius, ut praedictum est, hostes percutiens Britones ad perstandum hortabatur. Illinc vero Lucius Hyberius Romanos suos et monebat et in praeclaras probitates multotiens ducebat. Nec ipse cessabat ferire, sed in omnes partes turmas suas circumeundo, quemcumque hostem casus offerebat, vel lancea vel gladio perimebat. Fiebat itaque in utraque parte caedes abhorrenda, quia quandoque Britones quandoque Romani versa vice praevalebant.

[175] Postremo, dum talis decertatio inter eos fieret, ecce Moriud, consul Claudiocestriae, cum legione, quam esse infra colles superius dixi, subito cursu occurrit et hostes, nihil tale praemeditatos, a dorso invadit, invadens penetravit, penetrans dissipavit, atque maximam stragem fecit. Tunc multa millia Romanorum conciderunt. Tunc Lucius imperator, infra turmas occupatus, cujusdam lancea confossus interiit. At Britones usque insistentes victoriam, licet maximo labore, habuerunt.

Disgregati igitur Romani partim devia et nemora cogente timore carpebant, partim ad civitates et oppida et ad quaeque tutissima loca diffugiebant. Quos Britones omni nisu insequendo miserabili caede afficiunt, capiunt, dispoliant, ita quod maxima pars eorum ultro protendebat manus suas muliebriter vinciendas, ut paxillum spatium vivendi haberent. Quod divinae potentiae stabat loco, cum et veteres eorum priscis temporibus avos istorum injustis inquietationibus infestassent, et isti nunc libertatem, quam illi eisdem demere affectabant, tueri instarent, abnegantes tributum quod ab ipsis injuste exigebatur.

25 elaborant] elaborabant *G* — 26 parte pugnatur] pug. p. *E* — primum] tunc p. *EP* — 27 ut praedictum est *mq. R* — 28 perstandum] prostrandum *G* — 29 vero] autem *G* — Hyberius] hiberus *ER* — in *mq. GP* — 30 multociens] sepius *G* — 32 vel lancea vel gladio] vel g. vel l. *E* — 33 itaque *mq. P*

[175] 2 Moriud] moruid *R* — 3 colles *mq. G* — 4 invadit] invasit *R* — invadens] invadensque *E*, invadendo *P* — penetrans] penetrando *P* — 5 Tunc] Tunc tandem *E*, Tunc etiam *RP* — 10 ad *mq. P* — quaeque] que *G*, quecumque *E* — 12 caede] nece et cede *E* — 13 eorum] illorum *P* — vinciendas] vincendas *E* — 14 paxillum] parvulum *G* — haberent] haberet *EP* — 16 inquiet.] inquietatibus *G* — nunc] tunc *P*

Digitized by Google

[176] Habita denique victoria illa, Arturus corpora procerum suorum ab hostilibus cadaveribus separari jubet, separata autem regio more parari, parata vero ad comprovinciales abbatias deferri, ut ibidem honorifice sepelirentur. At Beduerus pincerna ad Baiocas, civitatem suam, quam Beduerus primus et proavus suus aedificaverat, ab Estrusiensibus cum maximis lamentis deportatur. Ibi in quodam cimiterio, quod in australi parte civitatis erat, juxta murum honorifice positus fuit. Cheudo autem ad Camum oppidum, quod ipsa construxerat, graviter vulneratus asportatur et, paulo post eodem vulnere defunctus, in quodam nemore, in coenobio eremitarum, qui ibidem non longe ab oppido erant, ut decuit Andegavensium ducem, humatus tuit. Holdinus quoque, dux Ruthenorum, Flandrias delatus, in Terivana, civitate sua, sepultus est. Ceteri autem consules et proceres, ut praeceperat Arturus, ad vicinas abbatiàs delati sunt. Hostes quoque suos miseratus, praecepit indigenis sepelire eos corpusque Lucii ad senatum deferre, mandans non debere aliud tributum ex Britannia reddi. Deinde, post subsequentem hiemem, in partibus istis moratus est et civitates Allobrogum subjugare vacavit. Adveniente vero aestate, dum Romam petere affectaret et montes transcendere incipisset, nuntiatum est ei Modredum, nepotem suum, cujus tutelae commiserat Britanniam, ejusdem diademate per tyrannidem et proditionem insignitum esse reginamque Guennevéram, violato jure priorum nuptiarum, eidem nefanda venere copulatam fuisse.

[177] Ne hoc quidem, consul auguste, Galfridus Mone-

[176] 1 victoria illa] i. v. *P* — corpora procerum] p. c. *G* — 3 parari] parati *G* — vero] autem *P* — 5 Baiocas] borocas *G* — 6 Estrusiensibus] neustrensibus *E*, estruensibus *R* — 7 Ibi... positus fuit *mq. P* — 8 Cheudo] Kaius *G* — 9 Camum] Kanium *G* — 10 paulo post] post paulo *R* — 12 Andegav.] ad degavensium *G* — 14 Terivana] terivana *E* — 18 non debere aliud tributum] a. t. n. d. *R* — 19 istis] illis *ER* — 20 civitates] in c. *G*, civitatem *R* — 22 nuntiatum est] nuntiatur *ER* — 23 commiserat] permiserat *ER* — 24 Guenneveram] ganhumeram *E*, ganhumaram *R* — 25 priorum] priarum *G* — 26 *Après* fuisse : Expl. lib. X^us^, Incipit XI^us^ *R*

[177] 1 Ne] Sed *G*, Nec *EP* — Galfridus] gaufridus *RP*

Digitized by Google

mutensis tacebit, sed, ut in praefato britannico sermone invenit et a Waltero Oxenofordensi, in multis historiis peritissimo viro, audivit, vili licet stylo, breviter tamen propalabit quae proelia inclytus ille rex, post victoriam istam in Britanniam reversus, cum nepote suo commiserat. Ut igitur infamia praenuntiati sceleris aures ipsius attigit, continuo dilatata inquietatione, quam Leoni, regi Romanorum, ingerere affectaverat, dimisso Hoelo, rege Armoricanorum, cum exercitu Galliarum, ut partes illas pacificaret, confestim cum insulanis tantummodo regibus eorumque exercitibus Britanniam remeavit. Praedictus autem sceleratissimus proditor ille Modredus Chelricum, Saxonum ducem, Germaniam direxerat, ut in illa quoscumque posset associaret sibi et, associatis quibusque, iterum citissimis velis rediret. Spoponderat enim se ipsi hoc pacto daturum partem illam insulae quae a flumine Humbri usque ad Scotiam porrigebatur et quicquid in Kantia tempore Vortegirni Horsus et Hengistus possederant. At ille, peracto ipsius praecepto, DCCC navibus plenis armatis paganis applicuerat et, foedere dato, huic proditori, quasi regi suo, parebat. Associaverat quoque sibi Scottos, Pictos, Hibernenses et quoscumque callebat habuisse suum avunculum odio. Erant autem omnes numero quasi octoginta millia, tam paganorum quam christianorum, quorum auxilio fretus, quorum multitudine comitatus, Arturo in Rutupi Portu applicanti in obviam venit et, commisso proelio, maximam stragem dedit applicantibus. Anguselus etenim, rex Albaniae, et Walwanius, nepos regis,

2 praefato britannico sermone] b. p. s. *R* — 3 Oxenof.] Oxenef. *ER*, oxenf. *P* — 4 tamen *mq*. *E* — 5 ille rex] r. i. *G* — Britanniam] britannia *G* — 6 commiserat] commiserit *EP* — praenuntiati] prenuntiata *G* — 7 ipsius] illius *G* — ipsius attigit] a. i. *E* — dilatata] dilata *EP* — 9 dimisso] dimissoque *E* — rege] duce *P* — Armoricanorum] armaricanorum *R* — eorumque] et eorum *G* — 12 Chelricum] chelucum *R* — 15 enim] etiam *ER* — se *mq*. *G* — 18 vortegirni] vortigerni *P* — Hengistus] engistus *R* — 19 DCCC] cum octingentis *G* — 21 Scottos] scotos *RP* — Pictos] et p. *G* — et *mq*. *E* — 22 octoginta] octinginta *P* — 25 Rutupi] Ruptupi *G*, rupini *E* — 27 Anguselus] angelus *R* — et *mq*. *G* — Walwanius] gwalgwainus *EP*, walgainus *R*, walwainus *P*

Digitized by Google

cum innumerabilibus aliis in die illa corruerunt. Successit autem Anguselo in regnum Iwenus, filius Uriani, fratris sui, qui postea in decertationibus istis multis probitatibus praeclaruit. Postquam tandem, tametsi magno labore, litora adepti fuerunt, mutuam reddendo cladem, Modredum et exercitum ejus propulerunt in fugam. Assiduis namque debellationibus usi, sapienter turmas suas disposuerant, quae, partim pede partim equo distributae, tali modo decertabant, quod, cum pedestre agmen ad invadendum vel resistendum intenderet, equestre ilico ab obliquo irruens omni nisu hostes penetrare conantur. Unde eos ad diffugiendum coegerunt. Perjurus ergo ille, revocatis undique suis, in sequenti nocte Wintoniam ingressus est. Quod ut Ganhumarae reginae nuntiatum est, confestim desperans, ab Eboraco ad Urbem Legionum̃ diffugit atque in templo Julii Martyris inter monachas ejusdem caste vivere proposuit et vittam suscepit.

[178] At Arturus, acriori ira accensus, quoniam tot centena commilitonum suorum amiserat, in tertia die, datis prius sepulturae peremptis, civitatem adivit atque infra receptum nebulonem obsedit. Qui tamen, coeptis suis desistere nolens, sed ipsos, qui ei adhaerebant, pluribus modis inanimans, cum agminibus suis egreditur atque cum avunculo suo proeliari disposuit. Inito ergo certamine, facta est maxima caedes in utraque parte, quae tandem, magis in partem illius illata, coegit eum campum turpiter relinquere. Qui deinde, non mul-

28 die illa] i. d. *G* — 29 Anguselo] augelo *R* — Iwenus] Hiwenus *E*, Hywenus *P* — Uriani] uuani *G* — Uriani, fratris sui] f. s. u. *R* — 30 praeclaruit] claruit *R* — 31 tametsi] etsi *G* — 35 distributae] distribuente *G* — 36 intenderet] intendebat *P* — 38 conantur] conatur *R* (*corriger en* conaretur?) — diffugiendum] fugiendum *P* — 39 Wintoniam] guintoniam *E* — 40 Ganhumarae] Guennvere *G* — 41 desperans] sibi d. *EP* — ab] de *G* — 42 templo] templum *G* — martyris] martii *G* — caste vivere... suscepit] vitam suscepit et caste vivere proposuit *EP*

[178] 1 accensus] succensus *E* — 2 in tertia die] nitide *G* — 4 tamen] tunc *G* — coeptis] inceptis *G* — 5 sed] si *G* — inanimans] animans *E* — 7 disposuit] disponit *RP* — ergo] itaque *R* — 8 partem] parte *G*, *mq. P* — 9 deinde] denique *G*

Digitized by Google

tum curans quae sepelitio peremptis suis fieret, cito remige fugae evectus versus Cornubiam iter arripuit.

Arturus autem, interna anxietate cruciatus, quoniam totiens evasisset. confestim persecutus est eum in praedictam patriam usque ad fluvium Kamblani, ubi ille adventum ejus expectabat. Porro Modredus, ut erat omnium audacissimus et semper ad invadendum celerrimus, confestim milites suos per catervas distribuit, affectans prius vincere vel mori quam praedicto modo diutius diffugere. Remanserant ei adhuc ex praedicto numero sociorum suorum LX millia, ex quibus fecit VI turmas et in unaquaque posuit VI millia armatorum et DCLXVI. Praeterea vero fecit unam turmam ex ceteris qui superfuerant et, unicuique aliarum ductoribus datis, eam tutelae suae permisit. His itaque distributis, quemque eorum inanimabat, promittens ceterorum possessiones eis, si ad triumphandum perstarent. Arturus quoque suum exercitum in adversa parte statuit. Quem per IX divisit agmina pedestria, cum dextro ac sinistro cornu quadrato, et, unicuique praesidibus commissis, hortatur ut perjuros et latrones interimant, qui monitu proditoris sui de externis regionibus in insulam advecti suos eis honores demere affectabant. Dicit etiam diversos diversorum regnorum barbaros inbelles atque belli usus ignaros esse et nullatenus ipsis, virtuosis viris et pluribus debellationibus usis, resistere posse, si audacter invadere et viriliter decertare affectarent. Ipsis itaque commilitones suos hinc et inde cohortantibus, subito impetu concurrunt acies et, commisso proelio,

10 quae sepelitio] quid de *G* — 13 persecutus] prosecutus *RP* — praedictam patriam] pat. pr. *R* — 14 Kamblani] Camblani *E*, Cambula *R*, Camblan *P* — 15 omnium audacissimus] a. o. *R* — 17 catervas] c. suas *G* — 18 diffugere] fugere *EP*, vivere (vel fugere) *R* — Remanserant] remanserunt *G* — 19 millia] m. armatorum *E* — fecit VI turmas] VI t. constituit *E*, f. III t. *R* — 20 armatorum *mq*. *E* — 21 fecit] secum *E* — 24 triumphandum] triumphum *G* — perstarent] prestarent *G* — parte *mq*. *P* — 25 quoque] vero *P* — 26 IX] X *P* — divisit agmina] a. d. *G* — ac] et *G* — 28 interimant] perimant *E* — 29 sui *mq*. *P* — eis honores] h. e. *G* — 31 ignaros esse] ignorasse *G* — 32 ipsis] ipsos *G* — 33 et viriliter] conviriliter *G* — decertare] resistere *P* — 34 itaque] quoque *G*

Digitized by Google

crebros ictus innectere elaborant. Fiunt ilico in utrisque partibus tantae strages, tanti morientium gemitus, tanti invadentium furores, quantos et dolorosum et laboriosum est describere. Undique etenim vulnerabant et vulnerabantur, perimebant et perimebantur. Postquam autem multum diei in hunc modum duxerunt, irruit tandem Arturus cum agmine uno, quo V̄DCLXVI posuerat, in turmam illam ubi Modredum sciebat esse et, viam gladiis aperiendo, eam penetravit atque tristissimam caedem ingessit. Concidit namque proditor ille nefandus et multa millia secum, nec tamen ob casum ejus diffugiunt ceteri, sed ex omni campo confluentes quantum audacia dabatur resistere conantur. Committitur ergo dirissima pugna inter eos, quia omnes fere duces qui in ambabus partibus affuerant cum suis catervis corruerunt. Corruerunt etenim in parte Modredi Chelricus, Elafius, Egbrictus, Brunigus Saxones, Gillopatric, Gillamor, Gillasel, Gillarnum Hybernenses, Scoti etiam et Picti, cum omnibus fere quorum dominabantur; in parte autem Arturi Obrictus, rex Norguegiae, Aschillus, rex Daciae, Cador Limenic, Cassibelanus cum multis millibus suorum, tam Britonum quam ceterarum gentium, quas secum adduxerat. Sed et inclytus ille rex Arturus letaliter vulneratus est, qui, illinc ad sananda vulnera sua in insulam Avallonis evectus, Constantino, cognato suo et filio Cadoris, ducis Cornubiae, diadema Britanniae concessit, anno ab Incarnatione Domini DXLII.

36 crebros ictus] crebris ictibus *E* — innectere] invectere *E* — ilico] itaque *P* — 38 et laboriosum *mq.* *G* — 42 turmam] turbam *R* — 45 ob casum] occasu *R* — 48 quia] que *G* — ambabus] ambis *EP* — 49 corruerunt *mq.* *G* — 50 etenim] *mq.* *R*, etiam *P* — in] ex *E* — Elafius] elaphius *G* — Brunigus] bruniggus *E*, buningus *R*, bruningus *P* — 51 Gillopatric] gillopatrie *G*, Gillapatric *R*, Gillapatri *P* — Gillamor] gillabor *E* — Gillasel] gillafer *E* — Gillarnum] gillarum *E*, gillaruum *R*, Gillarinum *P* — 52 Scoti] scotti *G* — et *mq.* *G* — fere] f. duces *E* — 53 Obrictus] olberictus *E*, odbrictus *RP* — rex Norguegiae *après* Daciae *R* — 54 Cassibelanus] cassibellanus *E*, cassibellaunus *RP* — 56 et *mq.* *G* — 58 Constantino cognato suo] cog. suo Const. *R* — 60 DLXII] quingentesimo XL° I° *P* — *E ajoute :* anima ejus in pace quiescat

Digitized by Google

[LA CHUTE DE L'EMPIRE BRETON : LES SUCCESSEURS D'ARTHUR]

[1. *De Constantinus à Blederic, Margadud et Cadvan*]

[179] Illo igitur insignito, insurrexerunt Saxones et duo filii Modredi, nec in eum praevalere quiverunt ; sed post plurima bella diffugiendo, unus Londonias, alter vero Wintoniam ingressus, eas obtinere coeperunt.

Tunc defunctus est sanctus Daniel, Bangornensis ecclesiae religiosissimus antistes ; et Theonus, Gloucestrensis episcopus, in archiepiscopatum Londoniarum erigitur. Tunc obiit sanctissimus Urbis Legionum archiepiscopus David in Menevia civitate, infra abbatiam suam, quam prae ceteris suae diocesis monasteriis dilexerat, quia beatus Patricius, qui nativitatem ejus prophetaverat, ipsam fundavit. Dum enim ibi apud confratres suos moram faceret, subito langore gravatus, defunctus est et, jubente Malgone, Venedotorum rege, in eadem ecclesia sepultus. Pro eo ponitur in metropolitana sede Kinocus, Lampaternensis ecclesiae antistes, et ad altiorem dignitatem promovetur.

[180] At Constantinus insecutus est Saxones, et eos potestati suae subjugavit, et praedictas civitates cepit, et alterum juvenem Wintoniae, in ecclesia sancti Amphibali diffugientem, ante altare trucidavit, alterum vero Londoniis, in quorumdam fratrum coenobio absconditum atque juxta altare tandem inventum, crudeli morte affecit. Exin, tertio anno,

[179] 2 quiverunt] quieverunt *G* — 3 bella] prelia *P* — Wintoniam] gwintoniam *E* — 5 Daniel] David *G* — Bangornensis] bangurnensis *G* — 6 Theonus] enim *E*, *mq*. *P* — Gloucestrensis] gloecestrensis *E*, glouecestrensis *R* — 7 archiepisc. Lond.] l. a. *P* — Tunc] Cum *G* — 9 diocesis] dioceseos *ER* — 11 enim *mq*. *EP* — 12 gravatus.... rege] mortuus *E* — 13 Venedotorum *mq*. *P* — 14 sepultus] s. est *E*

[180] 1 At] Et *G* — Saxones] duos filios modredi et s. *E*, eos et s. *P* — et eos *mq*. *EP* — 2 Wintoniae] gvintonie *E* — 4 alterum] alium *ER* — 5 atque *mq*. *P* — juxta altare tandem] t. j. a. *ER* — 6 tertio] quarto *E*, vigesimo *P*

Digitized by Google

interfectus est a Conano et juxta Utherpendragon infra lapidum structuram sepultus fuit quae, haud longe a Selesburia mira arte composita, Anglorum lingua Stanheng nuncupatur.

[181] Cui successit Aurelius Conanus, mirae probitatis juvenis et ipsius nepos, qui, monarchiam totius insulae tenens, ejusdem diademate dignus esset, si non foret civilis belli amator. Avunculum etenim alium, qui post Constantinum regnare debuit, inquietavit atque in carcerem posuit, ejusque duobus filiis peremptis obtinuit regnum, secundoque regni sui anno defunctus est.

[182] Cui successit Vortiporius, in quem surrexerunt Saxones, conducentes concives suos ex Germania maximo navigio. Sed ipse proelium cum eis inivit, et superavit, et monarchiam regni adeptus IV annis cum pace et diligentia gubernavit.

[183] Cui successit Malgo, omnium fere ducum Britanniae pulcherrimus, multorum tyrannorum depulsor, robustus armis, largior ceteris et ultra modum probitate praeclarus, nisi sodomitica peste volutatus sese Deo invisum exhibuisset. Hic etiam totam insulam obtinuit et sex provinciales oceani insulas, Hyberniam videlicet atque Hislandiam, Godlandiam, Orcades, Norguegiam, Daciam, adjecit durissimis proeliis potestati suae.

7 interfectus est a Conano et] sententia dei percussus *EP* — Utherpendragon] huspendragon *R*, uspanum draconteum *P* — 8 quae] qui *G* — Selesburia] salesberia *ER*, salesbyria *P* — 9 Stanheng] stanhenge *EP*

[184] 3 si non] nisi *E* — 4 alium] suum *EP* — 5 debuit] deberet *G* — 6 secundoque] tertioque *E*, XXX° *P*

[182] 1 Vortiporius] wortiporius *ER* — surrexerunt] insurrexerunt *EP* — 2 ex Germania maximo *mq*. *E* — 3 proelium cum eis] cum eis p. *R* — 4 IV annis] populum tandem *EP*, populum quatuor annis *R* — 5 gubernavit *avant* cum *ER*

[183] 1 ducum *mq*. *R* — 2 multorum] et m. *P* — 3 largior] largitor *G* — praeclarus] clarus *G* — sodomitica] sodomitana *ER*, sodomitanea *P* — Deo invisum] deo i. deo *E* — exhibuisset] exibuit *E* — 5 provinciales] comprovinciales *ER* — 6 Godlandiam] goldlondiam *G* — 7 Orcades] orchades *EP* — Norguegiam] norgvegiam *E* — durissimis] dirissimis *EP* — 8 potestati suae] s. p. *G*

Digitized by Google

[184] Cui successit Careticus, amator civilium bellorum, invisus Deo et Britonibus, cujus inconstantiam comperientes Saxones iverunt propter Gormundum, regem Affricanorum, in Hyberniam, in quam, maximis navigiis advectus, gentem patriae subjugaverat. Exin proditione eorum cum CLX millibus Affricanorum ad Britanniam transfretavit, quam in una parte mentitae fidei Saxones, in alia vero cives patriae, civilia bella inter se assidue agentes, penitus devastabant. Inito ergo foedere cum Saxonibus, oppugnavit Kareticum regem et post plurima proelia fugavit eum de civitate in civitatem, donec eum trusit in Cirecestriam et obsedit. Ubi Isembardus, nepos Lodewici, regis Francorum, venit ad eum, et cum eo foedus amicitiae inivit, et christianitatem suam tali pacto et pro amore suo deseruit, ut auxilio suo regnum Galliae avunculo eripere valuisset, a quo, ut aiebat, vi et injuste erat expulsus. Capta tandem praedicta civitate et succensa, commisit proelium cum Karetico et fugavit eum ultra Sabrinam in Guallias. Mox, depopulans agros, ignem cumulavit in finitimas quasque civitates. Qui non quievit accensus, donec cunctam paene superficiem insulae a mari usque ad mare excussit, ita ut cunctae coloniae crebris arietibus omnesque coloni cum sacerdotibus ecclesiae, mucronibus undique micantibus ac flammis crepitantibus, simul humi sternerentur.

[184] 1 Careticus] Kareticus *E*, carecius *P* — civilium] civium *E* — 2 cujus *mq*. *P* — 3 iverunt] miserunt *E* — propter] praeter *G* — Gormundum] gotmundum *E*, godmundum *RP* — Affric.] infricanorum *E* — 4 quam] qua rex ille *G* — 5 proditione] Gotmundus dux *E* — 7 mentitae fidei *mq*. *E* — vero] v. parte *E* — 8 bella *mq*. *E* — ergo] igitur *EP* — 9 Kareticum] Careticum *E*, caretium *P* — 10 proelia] bella *G* — de] a *EP* — 11 eum trusit] t. e. *RP* — Cirecestriam] Ciricestriam *G* — Isembardus] isembarcus *G*, isenbartus *P* — 12 Lodewici] lodovici *E* — 13 inivit] adivit *G* — 14 avunculo] ab a. *E* — 15 valuisset] potuisset *E* — vi] ut *G* — ut aiebat *après* injuste *G* — 17 Karetico] caretico *E*, carecio *P* — 18 Guallias] gwallias *E*, Gualias *R* — in *mq*. *G* — 19 quasque] usque *P* — civitates] c. combussit *G* — quievit] q. eum *G* — 20 cunctam *mq*. *G* — 21 excussit] exussit *RP* — omnesque] omnes *E* — 23 simul *mq*. *E* — sternerentur] sterneret *G*, prosternerent *E*, sternerent *R*

Digitized by Google

Diffugiebant ergo reliquiae tantis cladibus affectae quocumque tutamen ipsis cedentibus patebat.

[185] Quid odiosa gens, pondere immanium scelerum oppressa, quid semper civilia proelia sitiens tete domesticis in tantum debilitasti motibus, quae, cum prius longe posita regna potestati tuae subdidisses, nunc, velut bona vinea degenerata in amaritudinem versa, patriam, conjuges, liberos nequeas ab inimicis tueri? Age ergo, age civile discidium, parum intelligens evangelicum illud : « Omne regnum in se ipsum divisum desolabitur et domus supra domum cadet. » Quia ergo regnum tuum in se divisum fuit, quia furor civilis discordiae et livoris fumus mentem tuam hebetavit, quia superbia tua uni regi obedientiam ferre non permisit, cernis idcirco patriam tuam ab impiissimis paganis desolatam, domos etiam ejusdem supra domos ruentes, quod posteri tui in futurum lugebunt. Videbunt etenim barbaricae leaenae catulos oppida, civitates atque ceteras eorumdem possessiones obtinere, ex quibus misere expulsi, prioris dignitatis statum vel nunquam vel vix recuperabunt.

[186] Postquam autem, ut praedictum est, infaustus tyrannus cum innumerabilibus Affricanorum militibus totam fere insulam vastavit, majorem partem ejus, quae Loegria vocabatur, praebuit Saxonibus, quorum proditione applicuerat. Secesserunt itaque Britonum reliquiae in occidentalibus regni partibus, Cornubiam videlicet et Guallias, unde crebras et ferales irruptiones incessanter hostibus fecerunt. Tunc igitur

24 Diffugiebant] Diffugientibus *E* — patebat] patebant *G*

[185] 1 odiosa] ociosa *RP* — proelia] bella *G* — 3 quae] qui *GE* — cum *mq*. *G* — 4 subdidisses] subdidisset *G* — 5 amaritudinem] amaritudine *R* — patriam, conjuges, liberos] p. et c. liberosque *R* — 6 age civile] age o civile *G* — 9 ergo *mq*. *G* — se] te *G* — quia] qui *E* — 11 superbia] substancia *R* — 12 domos etiam] e. d. *E* — 14 barbaricae] barbarie *E*, barbare *R* — 16 vel nunquam vel vix] vel vix vel n. *P*

[186] 1 infaustus] infastus *G* — 2 militibus] milibus *RP* — 3 vocabatur] vocatur *G* — 4 proditione] consilio *E* — 5 regni] patrie *G* — 6 partibus] partes *R* — Cornubiam] cornubia *EP* — et G.] atque g. *R* — Guallias] gvalias *ER*, gualliis *P* — 7 Tunc *mq*. *R*

Digitized by Google

archipraesules, Theonus Londoniensis et Tadioceus Eboracensis, cum omnes ecclesias sibi subditas usque ad humum destructas vidissent, cum omnibus ordinatis qui in tanto discrimine superfuerant, diffugierunt ad tutamina nemorum in Gualliis cum reliquiis sanctorum, timentes ne barbarorum irruptione delerentur tot et tantorum veterum sacra ossa, si ipsa imminenti periculo desererent et sese instanti martyrio offerent. Plures etiam Armoricanam Britanniam magno navigio petierunt, ita ut tota ecclesia duarum provinciarum, Loegriae videlicet et Northamimbriae, a conventibus suis desolaretur. Sed haec alias referam, cum librum de exulatione eorum transtulero.

[187] Amiserunt deinde Britones regni diadema multis temporibus et insulae monarchiam, nec pristinam dignitatem recuperare nitebantur, immo partem illam patriae quae eis adhuc remanserat, non uni regi, sed tribus tyrannis subditam, civilibus proeliis saepissime vastabant. Sed nec Saxones diadema insulae adhuc adepti sunt, qui, tribus etiam regibus subditi, quandoque sibi ipsi, quandoque Britonibus inquietationem ingerebant.

[188] Interea missus est Augustinus a beato Gregorio papa in Britanniam, ut Anglis verbum Dei praedicaret, qui, pagana superstitione caecati, in illam insulae partem quam habebant totam deleverant christianitatem. In parte autem Britonum adhuc vigebat christianitas, quae, a tempore Eleutherii papae habita, nunquam inter eos defecerat. Postquam ergo venit

8 Theonus] teotius *E* — Lond.] Lund. *G* — Tadioceus] tadiocus *E* — 11 diffugierunt] diffugerunt *RP* — 12 Gualliis] Guallias *G*, gualiis *ER* — 13 veterum] principum *R*, *mq*. *P* — 14 imminenti] in i. *ER* — instanti] etiam tanti *G* — 15 Armoricanam Britanniam] armoricam britannicam *E* — magno navigio] n. *G*, n. m. *E* — 16 tota *mq*. *R* — 17 Northamimbriae] norhaumbrie *E*, northanhinbrie *R*, northanhumbrie *P* — 18 desolaretur] desolarentur *P* — exulatione] exultatione *G*, exaltatione *P* — 19 eorum *mq*. *R*

[187] 2 nec] ut *G* — 3 eis] ab eis *G* — eis adhuc] a. eis *EP* — 6 insulae] regni *E* — 7 ipsi] ipsis *R*, *mq*. *P* — 8 ingerebant] inferebant *EP*

[188] 4 deleverant] denegarant *G*

Digitized by Google

Augustinus, invenit in eorum provincia VII episcopatus et archiepiscopatum religiosissimis praesulibus munitos et abbatias complures, in quibus grex Domini rectum ordinem tenebat. Inter ceteras erat in civitate Bangor quaedam nobilissima, in qua tantus fertur fuisse numerus monachorum, ut, cum in VII portiones esset cum praepositis sibi prioribus monasterium divisum, nulla harum portio minus quam CCC monachos haberet, qui omnes labore manuum suarum vivebant. Abbas autem eorum Dinoot vocabatur, miro modo liberalibus artibus eruditus. Qui Augustino, petenti ab episcopis Britonum subjectionem et suadenti ut secum genti Anglorum communem evangelizandi laborem susciperent, diversis monstravit argumentationibus ipsos ei nullam subjectionem debere nec suam praedicationem inimicis suis impendere, cum et suum archipraesulem haberent et gens Saxonum patriam propriam eisdem auferre perstarent. Unde eos summo habebant odio, fidemque et religionem eorum pro nihilo habebant, nec in aliquo Anglis magis quam canibus communicabant.

[189] Edelbertus ergo, rex Cantiorum, ut vidit Britones dedignantes subjectionem Augustino facere et eosdem praedicationem suam spernere, hoc gravissime ferens, Edilfridum, regem Northaminbrorum, et ceteros regulos Saxonum instimulavit ut, collecto grandi exercitu, in civitatem Bangor abbatem Dinoot et ceteros clericos qui eos despexerant perditum irent. Adquiescentes igitur consilio ejus, collegerunt mirabilem exercitum et, provinciam Britonum petentes, venerunt Legecestriam, ubi Brocmail, consul urbis, adventum

8 praesulibus] viris (vel p.) *R* — 10 in civitate Bangor *après* nobilissima *E* — fertur fuisse] fuisse fertur *EP* — 13 divisum] sibi d. *G* — 15 autem eorum] e. a. *G* — 17 genti Anglorum *après* evangelizandi *P* — 18 evangelizandi] ewangelizando *E* — monstravit *mq*. *GR* — 21 gens] gentes *P* — 22 propriam] *mq*. *G*, suam (vel p.) *R* — perstarent] prestarent *G*

[189] 1 Edelbertus] ethelbertus *G* — 3 hoc] hec *G* — Edilfridum] edelfridum *ER*, ethelfridum *P* — 4 Northaminbrorum] northamhimbrorum *ER*, northanhunbrorum *P* — regulos] reges *P* — 6 abbatem *mq*. *G* — despexerant] spreverunt *R* — 9 Brocmail] Brohinail *G*, broohmais *E*, brochemail *P* — consul urbis *mq*. *G*

Digitized by Google

eorum expectabat. Venerant autem ad eamdem civitatem ex diversis Britonum provinciis innumerabiles monachi et eremitae et maxime de civitate Bangor, ut pro salute populi sui orarent. Collectis igitur undique exercitibus, Edelfridus, rex Northaninbrorum, proelium inivit cum Brocmail, qui, pauciori numero militum resistens, ad ultimum, relicta civitate, sed prius maxima strage hostibus illata, diffugit. At Edelfridus, civitate capta, cum intellexisset causam adventus praedictorum monachorum, jussit in eos primum arma verti et sic MCC eorum in ipsa die martyrio decorati regni celestis sedem adepti sunt. Deinde, cum praedictus Saxonum tyrannus Bangornensium urbem peteret, audita ipsius insania, venerunt undique obviam illi duces Britonum, Bledericus videlicet, dux Cornubiae, et Margadud, rex Demetarum, Cadvanus Venedotorum, et, conserto proelio, ipum vulneratum in fugam propulerunt, sed et tantum numerum exercitus ejus peremerunt, ita quod X millia circiter et LXVII corruerunt. In parte etiam Britonum cecidit Bledericus, dux Cornubiae, qui ducatum in eisdem proeliis ceteris praestabat.

[*2. Cadvan et Cadvallo*]

[190] Exin convenerunt principes Britonum in civitate Legecestriae communemque assensum habuerunt ut Cadvanum facerent sibi regem ipsoque duce Edelfridum ultra Humbrum sequerentur. Insignitoque illo regni diademate, undique confluentes Humbrum praeterierunt. Cumque id Edelfrido

12 sui *mq*. *P* — 13 igitur undique] u. i. *G* — Edelfridus] ethelfridus *P* — 14 Northaninbrorum] northanhimbrorum *ER*, northanhunbrorum *P* — Brocmail] Brohinail *G*, brochmail *EP* — 16 prius *après* strage *P* — Edelfridus] edhelfridus *E*, ethelfridus *P* — 19 in *mq*. *G* — ipsa] illa regni *mq*. *G* — sedem adepti sunt] a. s. sedem *EP* — 23 Demetarum] demetorum *R* — 25 tantum] in t. *G* — 26 X millia circiter et LXVI] XMLXVII *G* — 28 eisdem] ejusdem *G* — ceteris *mq*. *R*

[190] 1 Exin] Exinde *G* — convenerunt] convenerant *E* — principes] omnes p. *EP* — 3 Edelfridum] edhelfridum *E*, ethelfridum *P* — 4 Insignitoque] Insignito quoque *E* — 5 praeterierunt] petierunt *G*, pretereunt *E* — id *mq*. *E* — Edelfrido] edhelfrido E, ethelfrido *P*

Digitized by Google

nuntiatum esset, associavit sibi omnes reges Saxonum obviusque Cadvano perrexit. Deinde, cum catervas suas in utraque parte statuerent, venerunt amici eorum talique pacto pacem inter eos fecerunt, ut Edelfridus trans Humbrum, Cadvanus vero citra fluvium Britanniam possideret. Cum autem conventionem suam obsidibus cum jurejurando confirmassent, orta est tanta amicitia inter eos, ut omnia sua communia haberent. Interea contigit ut, expulsa propria conjuge, Edelfridus aliam duceret expulsamque tanto haberet odio, ut eam ex regno Northaninbrorum expelleret. Porro illa, puerum in utero habens, regem Cadvanum adivit, orans ut ejus interventione marito suo resociaretur. Cumque id ab Edelfrido nullatenus impetrari potuisset, remansit illa in thalamo Cadvani, donec dies partus filium quem conceperat in mundum produxit. Natus est etiam paulo post Cadvano regi filius ex regina sua : nam et illa eodem tempore gravida facta fuerat. Exin nutriti fuerunt pueri ut regium genus decebat. Quorum alter, videlicet Cadvani, Cadvallo nuncupatur, alius vero Edwinus. Interea, cum progressior aetas ipsos in adolescentiam promovisset, miserunt eos parentes ad Salomonem, regem Armoricanorum Britonum, ut in domo sua documenta militiae ceterarumque curialium consuetudinem addiscerent. Excepti itaque diligenter ab eo, in familiaritatem ipsius accedere coeperunt, ita ut non esset alter aetatis eorum in curia qui posset cum rege aut esse secretius aut loqui jocundius. Denique frequenter ante illum in proeliis congressum cum

6 sibi *mq*. *P* — 7 Deinde] Denique *R* — 8 statuerent] statuerunt *G* — 9 Edelfridus] edhelfridus *E*, ethelfridus *P* — 10 vero *mq*. *G* — citra] ultra *G* — 11 obsidibus cum] c. o. *G* — 12 eos] illos *ER* — sua *mq*. *E* — 13 propria] sibi p. *G* — Edelfridus] edhelfridus *E*, ethelfridus *P* — 15 ex] a *G* — Northaninbrorum] northamhimbrorum *ER*, northanhunbrorum *P* — 17 suo *mq*. *E* — ab *mq*. *P* — Edelfrido] edhelfrido *E*, ethelfrido *P* — 18 impetrari] impetrare *R* — illa] in illa *P* — 20 etiam *mq*. *G* — 21 facta] effecta *P* — 22 Exin] Ex hinc *G* — fuerunt] sunt *RP* — regium] regum *G* — 23 Cadvani *mq*. *E* — alius] alter *E* — 24 cum] dum *E* — ipsos *mq*. *R* — adolescentiam] adolescentia *R* — 27 Armoricanorum] armonicanorum *corrigé en* armoricanorum *ER* — 26 sua] ipsius *P* — 27 addiscerent] addicerent *G*

Digitized by Google

hostibus faciebant virtutemque suam praeclaris probitatibus famosam agebant.

[191] Succedente tandem tempore, defunctis parentibus, in Britanniam reversi sunt, susceptoque regni gubernaculo eam amicitiam, quam prius patres eorum, exercere coeperunt. Emenso deinde biennio, rogavit Cadvallonem ut sibi diadema habere liceret celebraretque statutas solemnitates in partibus Northanimbrorum, quemadmodum ipse citra Humbrum antiquo more consueverat. Cumque inde juxta flumen Duglas colloquium facere incepissent, disponentibus sapientioribus ut melius fieri poterat, jacebat Cadvallo in alia parte fluminis in gremio cujusdam nepotis sui, quem Brianum appellabant. Ac, dum legati hinc et inde mutua responsa deferrent, flevit Brianus lacrimaeque ex oculis ejus manantes ita ceciderunt, ut faciem regis et barbam irrorarent. Qui, imbrem cecidisse ratus, erexit vultum suum vidensque juvenem in fletum solutum causam tam subitae maestitiae inquisivit. Cui ille : « Flendum mihi est gentique Britonum perpetue. quae, a tempore Malgonis barbarorum irruptione vexata, nondum adepta est principem qui eam ad pristinam dignitatem reduceret. Adhuc etiam id tantillum honoris quod ei remanebat, te patiente, minuitur, cum advenae Saxones, qui semper proditores ejus extiterant, in uno cum illa regno diademate incipiant insigniri. Nomine etenim regis elati, famosiores per patriam ex qua venerunt efficientur citiusque concives

[191] 3 prius *après* eorum *G* — eorum] illorum *P* — 4 deinde] denique *G* — rogavit] r. Edwinus *P* — 6 Northanimbrorum] norhamhibrorum *E*, northamhimbrorum *R*, northanhunbrorum *P* — ipse citra] c. e. *G* — 9 sapientioribus] sapientibus *P* — 10 Brianum] brianus *G* — 11 Ac] At *P* — 12 deferrent] dedissent vel deferrent *E*, darent *expontué*, *puis* deferrent *P* — oculis ejus] e. o. *G* — 13 regis *après* barbam *R* — 15 in fletum solutum] lacrimantem *G*, in fletu s. *E*, s. in f. *P* — 16 mihi est] e. m. *E* — Britonum] britannie *G* — 17 quae] qui *G* — 18 adepta] adeptus *G*, talem a. *EP* — 19 Adhuc] Ad hoc *P* — id] ad *G* — 20 patiente] manente *E* — minuitur] munitur *G* — qui *mq*. *G* — 21 proditores] exterminatores E — extiterant] extiterunt *EP* — uno] unum *P* — illa regno] i. regna *G*, illo r. *E*, i. regni *P* — 22 incipiant insigniri] ins. inc. *EP*

Digitized by Google

suos invitare poterunt, qui genus nostrum exterminare insis-
tent. Consueverunt namque proditionem semper facere nec
ullam fidem firmam tenere : unde a nobis opprimendos esse,
non exaltandos censerem. Cum ipsos primo rex Vortegirnus
retinuit, sub umbra pacis remanserunt, quasi pro patria
pugnaturi; sed, cum nequitiam suam manifestare quiverunt,
malum pro bono reddentes, prodiderunt eum populumque
regni saeva clade affecerunt. Prodiderunt deinde Aurelium
Ambrosium, cui post horribilia sacramenta, una cum eo con-
vivantes, venenum potare dederunt. Prodiderunt quoque Artu-
rum, quando cum Modredo, nepote suo, postposito jure, quo
obligati fuerant, contra illum dimicaverunt. Postremo, Care-
tico regi fidem mentientes, Gormundum, Affricanorum regem,
super ipsum conduxerunt, cujus inquietatione et patria civi-
bus erepta est et praedictus rex indecenter expulsus. »

[192] Haec eo dicente, paenituit Cadvallonem inceptae pac-
tionis mandavitque Edwino quod nullatenus a consiliariis
suis impetrare poterat ut permisissent eum petitioni illius
adquiescere. Aiebant enim contra jus veterumque traditionem
esse insulam unius coronae duobus coronatis submitti debere.
Iratus igitur Edwinus, dimisso colloquio, secessit in Northanin-
briam, dicens sese sine licentia Cadvallonis regali diademate

24 poterunt] potuerunt *G* — 25 proditionem] exterminationem nobis *E* — nec ullam... tenere] et a patria nostra nos fugare *E* — 26 ullam] ulli *RP* — unde] verum *G* — 27 Vortegirnus] vortigernus *EP* — 29 nequitiam suam] potentiam nostram *E* — manifestare] comperire *E* — quiverunt] quieverunt *G* — 30 bono] malo *E* — prodiderunt] reliquerunt *E* — populumque regni] regnique populum *G* — 31 Prodiderunt denique] occiderunt deinde *E* — deinde] denique *G* — 32 cui... dederunt *mq*. *E* — post] per *G* — una *mq*. *P* — 33 Prodiderunt etiam] vulneraverunt ad mortem quoque *E* — quoque] etiam *G* — 35 fuerant] fuerunt *G* — dimicaverunt] dimicuerunt *EP* — 36 Caretico] karatico *G*, kareticum regem *E*, karetico *P* — fidem mentientes] reliquerunt et *R* — Gormundum] Godmundum *P* — Affricanorum regem] r. a. *G* — 37 ipsum] eum *E* — 38 rex *mq*. *GR*

[192] 1 Haec] Rex *E* — 2 Edwino] eunucio *G* — 5 duobus coronatis] duabus coronis *G* — submitti] non s. *G* — 6 Northaninbriam] northamhimbriam *E*, northamhinbriam *R*, northanhunbriam *P*

Digitized by Google

initiandum. Quod cum Cadvalloni indicatum esset, nunciavit ei per legatos se amputaturum illi caput sub diademate si infra regnum Britanniae coronari praesumeret.

[193] Orta igitur discordia inter eos, cum utrorumque homines sese plurimis decertationibus inquietassent, convenerunt ambo ultra Humbrum, factoque congressu amisit Cadvallo multa millia, et in fugam versus est, arrepto quoque per Albaniam itinere, Hyberniam insulam adivit. At Edwinus, ut triumpho potitus fuit, duxit exercitum suum per provincias Britonum, combustisque civitatibus cives et colonos pluribus tormentis affecit. Dum autem saevitiae suae indulgeret, conabatur Cadvallo semper in patriam navigiis reverti nec poterat, quia quocumque portu applicare incipiebat, obviabat illi Edwinus cum multitudine sua introitumque auferebat. Venerat namque ad eum quidam sapientissimus augur ex Hispania, vocabulo Pellitus, qui, volatus volucrum cursusque stellarum edoctus, praedicebat ei omnia infortunia quae accidebant. Unde, reditu Cadvallonis notificato, obviavit ei Edwinus navesque suas illidebat, ita ut, submersis sociis, eidem omnem portum abnegaret. Nescius igitur Cadvallo quid faceret, cum fere in desperationem revertendi incidisset, tandem apud se deliberabat quod Salomonem, regem Armoricanorum Britonum, adiret rogaretque illum auxilium et consilium, quo in regnum suum reverti quivisset.

Cumque vela versus Armoricam dirigerent, ruunt ex improviso tempestates validae disperguntque naves sociorum suorum, ita ut, submersis navibus, in brevi nulla cum altera

8 initiandum] nunciandum *G* — 9 ei] illi *P* — illi] ei *P*

[193] 1 igitur] ergo *G* — discordia inter eos] i. illos d. *E* — 3 ambo] ilico *G* — 4 arrepto quoque] arrectoque *E*, arreptoque *P* — 9 in *mq*. *P* — 10 portu *mq*. *G* — obviabat] obviavit *E* — 13 Pellitus] pelitus *G* — stellarum *mq*. *G* — 14 omnia infortunia] i. o. *R* — 15 ei] illi *P* — 16 navesque] naves *E* — eidem omnem portum] o. p. ei *P* — 17 Cadvallo] cadwallo *P* — 18 desperationem] desperationi *G* — 19 deliberabat] deliberat *EP* — Armoricanorum] armaricanorum *corrigé en* armor. *R* — 22 Armoricam] a. diricam *E*, armonicam *P* — 23 naves] n. suas *E* — 24 submersis navibus *mq*. *EP* — brevi] breviora *G*

Digitized by Google

remaneret. Invasit ilico timor nimius rectorem navis regis, quam, relicto remige, dispositioni fortunae permisit. Ut igitur cum periculo mortis tota nocte inter obstantes undas nunc huc nunc illuc expulsa fuit, in sequentis diei aurora applicuerunt in quamdam insulam, quae Garnareia nuncupatur, ubi maximo labore nacti sunt tellurem. Occupavit continuo Cadvallonem tantus dolor et ira ob amissionem sociorum suorum, ita ut tribus diebus et noctibus cibo vesci aspernaretur ac in lecto infirmatus jaceret. Quarta deinde instante die, cepit eum maxima cupiditas edenti ferinam carnem, vocatoque Briano indicavit quod concupiscebat. At ille, sumpto arcu cum pharetra, coepit ire per insulam, ut, si casus aliquam feram offerret, escam illi ex ea acquireret. Cumque eam totam peragrasset, nec id quod quaerebat repperisset, maximis cruciatus est angustiis, quia domini subvenire nequiret affectui. Timebat enim ne mors infirmitatem ipsius subsequeretur, si appetitum suum explere non valuisset. Usus igitur arte nova, scidit femur suum, et abstraxit inde frustum carnis suae, paratoque veru torruit illud, et ad regem pro venatione portavit. Mox ille ferinam carnem esse existimans, coepit ea vesci et sese reficere, admirans quod tantam dulcedinem in aliis carnibus non repperisset. Satiatus tandem hilarior factus est et levior, ita ut post tres dies totus sanus fieret.

[194] Incumbente deinde congruo vento, armamenta navis parant, erectoque velo aequoreum iter aggrediuntur et in Kidaletam urbem applicant. Deinde, venientes ad regem Salomonem, suscepti sunt ab illo benigne et, ut decebat, venerati, et, cum causam adventus eorum didicisset, auxilium eis in hunc sermonem promisit :

26 remige] regimine *R* — 28 sequentis diei aurora] sequenti a. d. *G* — 29 Garnareia] garnereia *E* — 30 maximo labore *après* tellurem *G* — 31 Cadvallonem tantus dolor] t. d. c *G* — 32 aspernaretur] aspernabantur *G* — jaceret] jacebat *E* — 33 Quarta] Quarto *R* — 35 indicavit] i. ei *P* — 39 est *mq. G* — domini] d. sui *EP* — 40 infirmitatem ipsius] ip. inf. *G* — 41 explere non] non e. *G* — 43 suae *mq. P* — paratoque] parataque *RP* — 44 ea] eam *E* — 46 hilarior factus est] f. e. h. *G*

[194] 2 parant] paravit *P* — Kidaletum] kindaletum *G* — 3 applicant] applicuit *G* — 5 eorum *mq. G*

Digitized by Google

« Dolendum nobis est, egregii juvenes, patriam avorum nostrorum a barbara gente oppressam esse et vos ignominiose expulsos ; et, cum ceteri homines regna sua tueri queant, mirum est populum vestrum tam fecundam insulam amisisse nec genti Anglorum, quam nostrates pro vili habent, resistere posse. Cum gens hujus meae Britanniae una cum vestratibus in vestra Britannia cohabitaret, dominabatur omnium provincialium regnorum, nec fuit uspiam populus praeter Romanos, qui eam subjugare quivisset. Romani autem, licet eam ad tempus subditam habuissent, amissis rectoribus suis ac interfectis, cum dedecore expulsi abscesserunt. Sed, postquam Maximiano et Conano ducibus ad hanc venirent provinciam, residui qui remanserunt nunquam eam deinceps habuerunt gratiam ut diadema regni continue haberent. Quanquam enim multi principes eorum antiquam patrum dignitatem servarent, plures tamen debiliores haeredes succedebant, qui eam penitus invadentibus hostibus amittebant. Unde debilitatem populi vestri doleo, cum ex eodem genere sumus et sic Britones nominentur sicut et gens regni nostri, quae patriam quam videtis omnibus vicinis adversatam viriliter tuetur. »

[195] Postquam his et aliis finem dicendi fecit, aliquantulum verecundans Cadvallo in hunc modum respondit :

« Grates multimodas tibi ago, rex regibus atavis edite, quia auxilium mihi promittis, ut regnum meum recuperem. Hoc autem quod dicebas, mirum esse gentem meam non servasse avorum dignitatem, postquam Britones ad has provincias venerunt, nequaquam admirandum censeo. Nobiliores namque totius regni praedictos duces secuti fuerunt et ignobiles

8 vos *mq*. *G* — 9 ceteri homines] h. c. *E* — tueri queant] q. t. *E* — 12 resistere posse] p. r. *G* — gens hujus] h. g. *G* — meae *mq*. *G* — 13 dominabatur] dominabitur *G* — 14 populus] habuissent populo *G* — habuissent] haberent — 18 Conano] cernano *E* — venirent] venerent *E*, venerunt *RP* — 23 penitus *mq*. *G* — 25 sumus] simus *EP* — 25 sicut] et sicut *G*

[195] 1 fecit] fecerat *E* — 4 promittis] permittis *E* — meum recuperem] Britanniae mihi subjugaveris *G* — 7 venerunt] pervenerunt *E* — 8 ignobiles] ignobiliores *G*

Digitized by Google

remanserunt, qui ipsorum potiti sunt honoribus. Qui, cum vicem nobilium obtinere coepissent, extulerunt se ultra quam dignitas expetebat et, ob affluentiam divitiarum superbi, coeperunt tali et tantae fornicationi indulgere, qualis nec inter gentes audita est, et, ut Gildas historicus testatur, non solum hoc vitium, sed omnia quae humanae naturae accedere solent et praecipue, quod totius boni evertit statum, odium veritatis cum assertoribus suis, amorque mendacii cum fabricatoribus suis, susceptio mali pro bono, veneratio nequitiae pro benignitate, exceptio Sathanae pro angelo lucis. Ungebantur reges non propter Deum, sed qui ceteris crudeliores extarent, et paulo post ab unctoribus, non pro veri examinatione, trucidabantur, aliis electis trucioribus. Si quis vero eorum mitior et veritati aliquatenus propior videretur, in hunc, quasi Britanniae subversorem, omnium odia telaque torquebantur. Denique omnia quae Deo placebant et displicebant aequali lance inter eos penderent, si non graviora essent displicentia. Itaque agebantur cuncta quae saluti contraria fuerant, ac si nihil medicinae a vero omnium medico largiretur. Et non solum hoc saeculares viri, sed et ipse grex Domini ejusque pastores sine discretione faciebant. Non igitur admirandum est degeneres tales, Deo ob talia scelera invisos, patriam illam amittere, quam praedicto modo maculaverant. Volebat enim Deus vindictam ex ipsis sumere, dum externum populum supervenire passus est, qui eos patriis agris exterminarent. Dignum tamen esset, si Deus permitteret, cives pristinae dignitati restituere, ne generi obprobrium sit nos debiles fuisse rectores, qui tempore nostro in id non desudaverimus.

11 superbi] subire *G* — 13 historicus] historiacus *G* — 14 sed] sed et *G* — accedere] accidere *EP* — 15 solent] s. perpetratur *R* — 19 qui *mq*. *E* — ceteris crudeliores] cr. cet. *P* — 20 extarent] extiterant *P* — unctoribus] victoribus *GE* — 21 trucidabantur] trucidebantur *G* — 22 videretur] videtur *E* — 23 subversorem] subvertionem *E* — odia] odio *G* — 24 displicebant] despiciebant *E* — 25 inter eos *mq*. *E* — 26 saluti] soli *G* — contraria fuerant] f. c. *R* — 28 et *mq*. *G* — 31 illam *mq*. *P* — 32 enim] etenim *R* — 33 passus est] passi sunt *P* — 35 generi] g. nostro *EP* — nos *mq*. *E* — 36 fuisse] esse *G* — non *mq*. *E*

Digitized by Google

Idem etenim nobis atavus fuit, unde securius auxilium tuum postulo. Malgo namque, summus ille rex Britanniae, qui post Arturum quartus regnaverat, duos generavit filios, quorum unus Ennianus, alter vero Run vocabatur. Ennianus autem genuit Belin, Beli Jagonem, Jago Cadvanum, patrem meum. Run vero, qui post obitum fratris expulsus fuit inquietatione Saxonum, hanc provinciam adivit deditque filiam suam Hoelo duci, filio magni Hoeli, qui cum Arturo patrios subjugaverat. Ex illa natus est Alanus, ex Alano Hoelus, pater tuus, qui, dum vixit, toti Galliae non minimum inferebat timorem. »

[196] Interea, hiemante eo apud Salomonem, inierunt consilium ut Brianus in Britanniam transfretaret magumque Edwini regis aliquo modo perimeret, ne solita arte adventum Cadvallonis indicaret. Cumque in Portu Hamonis applicuisset, finxit se infra vestimenta cujusdam pauperis pauperem fecitque sibi baculum ferreum et acutum, quo magum interficeret, si illum casus obtulisset. Deinde perrexit Eboracum, nam tunc Edwinus in eadem urbe manebat.

Ut igitur illam ingressus est, associavit se pauperibus qui ante januam regis elemosinam expectabant. Eunte autem illo et redeunte, egressa est soror ejus ex aula, habens pelvim quamdam in manu, ut aquam reginae asportaret. Illam rapuerat Edwinus ex urbe Wigorniensium, dum post fugam Cadvallonis provincias Britonum desaeviret. Cum itaque ante Brianum praeteriret, agnovit eam continuo et in fletum solutus eam voce dimissa vocavit. Ad vocem ergo illius faciem puella vertens dubitavit primo quis ille esset. At, ut propius

37 atavus] a tauus *G* — nobis atavus] a. n. *R* — 38 summus ille] i. s. *P* — 39 regnaverat] regnavit *P* — 40 Run] kun *G*, runo *P* — 42 obitum fratris] f. mortem *G* — 44 Hoelo] helo *P* — 45 subjugaverat] subjugavit *G* — 46 minimum] m. terrorem *P* — 47 timorem *mq*. *GEP*

[196] 6 baculum ferreum] f. b. *G* — 10 illo] eo *RP* — 12 aquam] aqua *E* — 13 Wigorniensium] guigornensium *ER*, guigorniensium *P* — 14 provincias britonum] *mq*. *G*, per p. b. *P* — 16 eam voce dimissa] d. v. *E*, e. v. demissa *R*, dimissam *P* — 17 ille] ipse *ER*, *mq*. *P*

Digitized by Google

accessit, agnito fratre, paene in extasi collapsa est, timens ne aliquo infortunio notificatus ab hostibus caperetur. Postpositis igitur osculis et familiaribus verbis, indicavit fratri breviter, quasi aliud loquens, statum curiae et magum quem quaerebat, qui forte tunc inter pauperes deambulabat, dum elemosina eisdem distribueretur. Porro Brianus, ut notitia viri usus est, praecepit sorori nocte sequenti ex thalamis furtim egredi et ad se extra urbem juxta quoddam vetus templum venire, ubi ipse adventum ejus in crepidinibus loci expectaret. Deinde intromisit se infra turbam pauperum in parte illa ubi Pellitus ipsos collocabat. Nec mora, cum aditum percutiendi habuisset, erexit burdonem quem supradixi, infixitque magum sub pectore, atque eodem ictu interfecit. Mox, projecto baculo, delituit inter ceteros, nulli astantium suspectus, et praefata latibula, favente Deo, petivit. At soror, instante jam nocte, pluribus modis egredi conata est, nec valuit, quia Edwinus, ob necem Pelliti exterritus, vigiles circa curiam posuerat, qui quaeque abdita explorantes egressum ei abnegabant.

Cumque id comperisset Brianus, recessit ex loco illo ivitque Exoniam, ubi, convocatis Britonibus, ea quae fecerat notificavit. Missis postmodum ad Cadvallonem legatis, munivit urbem illam mandavitque universis Britonum proceribus ut oppida sua et civitates conservare insisterent laetique adventum Cadvallonis expectarent, quia in brevi, auxilio Salomonis fretus, eis praesidio veniret. Hoc itaque per totam insulam divulgato, Peanda, rex Merciorum, cum maxima multitudine Saxonum, venit Exoniam Brianumque obsedit.

[197] Interea applicuit Cadvallo cum X millibus militum,

18 accessit] accessisset *P* — 20 igitur] ergo *E* — breviter *mq*. *G* — 21 statum] statutum *P* — 22 elemosina eisdem] e. el. *E* — 23 eisdem] ejusdem *G*, eis *P* — 26 loci] suis l. *G* — 27 parte] paupertate *G* — 28 Pellitus] pelitus *G* — 29 habuisset] haberet *R* — 30 infixitque] infixit *G* — 33 jam *mq*. *P* — 34 quia *mq*. *G* — Pelliti] peliti *G* — 37 ex] de *E* — 39 loco illo] i. l. *G* — 40 illam] suam *E* — Britonum proceribus] britonibus *E*, p. b. *R* — 42 quia] qui *EP* — 44 maxima] magna *P* — 45 Saxonum *mq*. *E*

Digitized by Google

quos ei rex Salomon commiserat, petivitque celeriter obsidionem, quam praedictus dux tenebat. Ut autem cominus perrexit, divisit milites suos in quatuor turmas hostesque suos adire non distulit. Conserto deinde proelio, captus est Peanda continuo et exercitus ejus peremptus. Cumque ipse alium aditum salutis non haberet, subdidit se Cadvalloni deditque obsides, promittens sese cum illo Saxones inquietaturum. Triumphato itaque illo, convocavit Cadvallo proceres suos, multo tempore dilapsos, petivitque Northaminbriam super Edwinum, patriamque vastare non cessavit. Quod cum Edwino relatum esset, associavit sibi omnes regulos Anglorum et in campo qui Hedfeld appellatur obviam veniens bellum cum Britonibus commisit. Illato ocius proelio, interficitur Edwinus et totus fere populus quem habebat, necnon et filius ejus Offridus cum Goboldo, rege Orchadum, qui eis in auxilium venerat.

[198] Habita igitur victoria, Cadvallo universas Anglorum provincias pervagando ita debachatus est in Saxones, ut ne sexui quidem muliebri vel parvulorum aetati parceret, quin, omne genus Anglorum ex finibus Britanniae abradere volens, quoscumque reperiebat inauditis tormentis afficiebat. Deinde commisit proelium cum Osrico, qui Edwino successerat, atque interemit illum et duos nepotes ejus, qui post illum regnare debuerant, sed et Eadanum, regem Scotorum, qui eis auxiliari advenerat.

[199] His itaque interfectis, successit Oswaldus in regnum

[197] 2 Salomon] salomo *G* — celeriter *mq. E* — 3 autem] dum *G* — 4 perrexit] prospexit *G*, perspexit *E* — divisit] dimisit *G* — turmas] partes *R* — 5 ipse] ille *EP* — 10 Northaminbriam] norhamhimbriam *E*, northamhinbriam *R*, northanhunbriam *P* — 11 patriamque] patriam *E* — 13 Hedfeld] ehefeld *G*, hetfeld *P* — 14 cum *mq. E* — 16 Offridus] osfridus *R* — Goboldo] gadboldo *E*, godboldo *RP* — Orchadum] orcadum *ER* — eis] eos *E*

[198] 1 Cadvallo] cadwallo *P* — 2 ne] nec *GR* — 3 vel] nec *P* — 5 reperiebat] inveniebat *P* — 6 Osrico] offrico *EP* — 7 illum] ipsum *P* — et *mq. G* — 8 Eadanum] cadvanum *E* — Scotorum] scothorum *R* — 9 advenerat] venerat *E*

[199] 1 His itaque interfectis] Interfectis *G*, h. ita i. *P*

Digitized by Google

Northaminbriae, quem Cadwallo post ceteros inquietatum in provincia usque ad murum quem Severus imperator olim inter Britanniam Scotiamque construxerat fugavit. Postea misit Peandam, regem Merciorum, et maximam partem sui exercitus ad eumdem locum, ut cum eo bellum consereret. At Oswaldus, dum a praedicto Peanda in loco qui vocatur Hevenefeld, id est Caelestis Campus, quadam nocte obsideretur, erexit ibidem crucem Domini et indixit commilitonibus suis ut suprema voce in haec verba clamarent : « Flectamus genua omnes et Deum omnipotentem, unum ac verum, in commune deprecemur, ut nos ab exercitu superbo Britannici regis et ejusdem nefandi ducis Peandae defendat. Scit enim ipse quia justa pro salute gentis nostrae bella suscepimus. » Fecerunt ergo omnes ut jusserat et sic, incipiente diluculo, in hostes progressi juxta meritum suae fidei victoria potiti sunt. Quod ut Cadvalloni nuntiatum fuit, acri ira ignescens collegit exercitum suum, et sanctum regem Oswaldum insecutus est, et, collato proelio in loco qui Burne vocatur, irruit in illum Peanda atque interfecit.

[200] Perempto igitur Oswaldo cum multis millibus suorum, successit ei in regnum Northanunbrorum frater ejus Oswi, qui, multa donaria auri et argenti Cadvalloni, toti jam Britanniae imperanti, donans, pacem ejus adeptus est et sese sibi submisit. Nec mora, insurrexerunt in eum Alfridus, filius ejus, et Ordwald, filius fratris sui, sed cum perstare nequissent,

2 Northaminbriae] norhamhinbrorum *E*, northamhimbrie *R*, northanhunbrie *P* — quem] qui in *G* — Cadwallo] cadvallo *EP* — 3 in provincia] a p. in provinciam *R* — 4 inter] *mq. G*, in *P* — Scotiamque] et scotiam *E*, scothiamque *R* — 5 regem *mq. G* — sui exercitus] e. s. *P* — 6 cum eo bellum] b. c. e. *P* — consereret] conferret *G* — 7 dum] cum *G* — Hevenefeld] hevenfeld *E*, hevefeld *R*, hedfeld *P* — 10 voce] nocte *E* — 13 ipse quia] q. i. *G* — 14 suscepimus] suscipimus *R* — 15 progressi] egressi *G* — 18 sanctum *mq. E* — 19 illum] eum *E*

[200] 1 millibus] militibus *E* — 2 ei *mq. P* — Northanunbrorum] norhamhimbrorum *E*, northamhimbrorum *R*, northanhumbrorum *P* — Oswi] oswaldi *E* — 3 Cadvalloni] cadwalloni *G* — 4 pacem] pacemque *G* — et *mq. E* — 6 Ordwald] oswaldus *G*, oldwald *R*, ordwad *P* — cum perstare nequissent] perstare nequierunt *G*

Digitized by Google

diffugierunt ad Peandam, regem Merciorum, ipsum implorantes, ut, collecto exercitu, cum eis trans Humbrum iret regi Oswi regnum suum auferre. At Peanda, timens pacem infringere, quam rex Cadwallo per regnum Britanniae statuerat, distulit sine licentia sua inquietationem incipere, donec illum aliquo modo incitaret, ut vel ipse in Oswinum regem insurgeret, vel sibi copiam congrediendi cum eo concederet.

Quadam igitur solemnitate Pentecostes, cum rex Cadvallo diadema Britanniae portando festum celebraret Londoniis et universi Anglorum reges praeter Oswi solum necnon et Britonum duces adessent, adivit Peanda regem et quisivit ab eo cur Oswi solus aberat, cum ceteri Saxonum principes adessent. Cui cum Cadvallo responderet ipsum infirmitatis causa deesse, adjecit ipse dicens illum misisse propter Saxones in Germaniam, ut fratrem suum Oswaldum in ipsos utrosque vindicaret. Adjecit etiam illum pacem regni infregisse, qui solus guerram inter eos inceperat, cum Elfridum filium et Ordwaldum, fratris sui filium, bellis inquietatos a propria patria expulisset. Petivit quoque licentiam ut illum vel interficeret, vel a regno fugaret.

Rex igitur, in diversas meditationes inductus, familiares suos sevocavit praecepitque conficere quid super tali re autumarent. Conjicientibus eis plura, Margadud, rex Demetarum, inter ceteros dixit :

« Domine mi, quoniam omne genus Anglorum te ex finibus Britanniae expulsurum proposuisti, cur a proposito tuo diver-

7 diffugierunt] diffugerunt *ER* — 8 regi] regique *R* — 9 auferre] auferret *G* — 10 quam] que *G* — Cadwallo] cadvallo *ER* — 12 regem *mq. G* — 13 concederet] incederet *G* — 14 Cadvallo] cadwallo *G* — 15 festum *mq. P* — London.] Lundon. *R* — 16 Anglorum reges] r. a. *P* — Oswi] oswaldum *G* — necnon] nec *P* — 18 Oswi solus] s. o. *E* — 19 Cadvallo] cadwallo *G* — deesse] abesse *P* — 20 illum] ipsum *P* — 23 guerram inter eos] i. e. g. *G* — inceperat] inciperet *E* — Elfridum] edhelfridum *E*, edalfridum *R*, ethelfridum *P* — filium] regem Northamhinbrorum *R* — Ordwaldum] oswaldum *G*, oidwaldum *R* — 24 propria patria] pa. pr. *EP*, patria *R* — 25 expulisset] propulisset *R* — ut illum vel] vel ut *G* — 27 meditationes] cogitationes *E* — 28 sevocavit] ad se vocavit *G* — 29 Demetarum] demetorum *R*

Digitized by Google

tens ipsos inter nos in pace manere pateris ? Eia ergo permitte saltem ut ipsi inter semetipsos civilem habeant discordiam et, mutuis cladibus affecti, a patria nostra exterminentur. Non est enim illi fides servanda qui semper insidiatur, ut eum cui eam debet versutis laqueis capiat. Saxones ergo, ex quo primum patriam nostram ingressi sunt, semper insidiantes gentem nostram prodiderunt. Quam itaque fidem eis tenere debemus ? Da ocius Peandae licentiam, ut in praedictum Oswium insurgat, ut sic, civili discordia inter illos exorta, alter alterum perimens ab insula nostra deleantur. »

His igitur et pluribus aliis dictis motus, Cadvallo Peandae licentiam dedit congrediendi cum Oswio. Qui deinde, collecto innumerabili exercitu, praeterivit Humbrum et, provincias ejusdem patriae vastando, praedictum regem acriter coepit inquietare. At Oswi ad ultimum necessitate promisit ei innumera regia ornamenta et majora donaria quam credi potest, ut patriam suam vastare desineret et, praetermissa inquietatione quam inceperat, domum rediret. Cumque ille precibus ejus nullatenus assensum praeberet, rex ille ad divinum respiciens auxilium, licet minorem habuisset exercitum, inivit tamen proelium cum illo juxta flumen Winved et, Peanda necnon et XXX ducibus peremptis, victoriam adeptus est. Interfecto igitur Peanda, Wilfridus, filius ejusdem, donante Cadvallone, successit ei in regnum. Qui, consociatis sibi Eba et Edberto, Merciorum ducibus, rebellavit adversus Oswi; sed, jubente Cadvallone, pacem habuit cum illo.

33 in pace *mq. R* — manere] vivere *E* — pateris] permittis *P* — ergo] igitur *G* — 34 saltem] salutem *G* — 36 illi fides] f. i. *R* — 37 cui eam debet] qui insidiatur *G* — 39 fidem] fides *G* — 41 Oswium] oswinum *ER* — illos] eos *G* — 42 deleantur] deleatur *EP* — 43 igitur] ergo *G* — Cadvallo] cadwallo *G* — 44 Oswio] oswino *ER* — 45 ejusdem] ejus *E* — 47 Oswi] oswius *P* — necessitate] n. coactus *E* — 50 ejus] suis *G* — 51 nullatenus] n. ejus *G* — nullatenus assensum] a. n. *G* — respiciens *mq. E* — 52 auxilium] adjutorium *R* — 53 flumen] fluvium *P* — Winved] vinved *E* — Peanda] peandam *G* — 55 igitur *mq. G* — Wilfridus] Wlfert *E*, Wlfredus *R*, Uulfridus *P* — filius ejusdem] e. f. *E* — Cadvallone] cadwallo *G* — 56 Eba] ebba *EP* — Edberto] edelberto *G* — 57 adversus] adversum *E* — Oswi] oswium *P* — jubente] j. tandem *R* — 58 Cadvallone] cadvallo rege tandem *P*

Digitized by Google

[201] Completis tandem XLVIII annis, nobilissimus ille atque potentissimus Cadvallo, rex Britonum, senio et infirmitate gravatus, XV Kal. Decembres ab hoc saeculo migravit. Cujus corpus Britones balsamo et aromatibus conditum in quadam aenea imagine ad mensuram staturae suae fusa mira arte posuerunt. Imaginem autem illam super aeneum equum mirae pulchritudinis armatam et super occidentalem portam Londoniarum erectam in signum praedictae victoriae et in terrorem Saxonibus statuerunt. Sed et ecclesiam subtus in honore sancti Martini aedificaverunt, in qua pro ipso et fidelibus defunctis divina celebrarentur obsequia.

[*3. Cadvalladrus, Ivor et Ini*]

[202] Suscepit itaque regni gubernaculum Cadvalladrus, filius suus, quem Beda Chedwaldam juvenem vocat, et in initio viriliter et pacifice tractavit. At, cum XII annos post sumptum diadema praeterisset, in infirmitatem cecidit et civile discidium inter Britones ortum est. Mater ejus fuerat soror Peandae, ex patre tantum, matre vero diversa. Ex nobili genere Gewiseorum edita fuerat. Eam memoratus est Cadvallo post factam cum fratre concordiam, in societatem thori accepit, et Cadvaladrum ex illa progenuit.

[203] Quo igitur, ut dicere coeperam, languente, discordio afficiuntur Britones et opulentam patriam detes-

[201] 2 Cadvallo] cadwallo *G* — infirmitate] egritudine *R* — 5 staturae] statue *G* — 8 London.] Lundon. *ER*

[202] 1 Cadvalladrus] cadvaldrus *E*, cadvaladrus *R* — 2 Chedwaldam] chedvallam *EP*, chedvaldam *R* — juvenem *mq*. *G* — et] quod *E* — in *mq*. *P* — 3 viriliter] mirabiliter *G* — 4 infirmitatem cecidit] infirmitate *E* — 5 fuerat] fuit *E* — 6 Peandae] p. regis *E* — ex patre... diverso *mq*. *R* — ex *mq*. *RP* — tantum] tandem *P* — 7 genere *mq*. — Gewiseorum] gewisseorum *R* — est] rex *R*, *mq*. *P* — Cadvallo] cadwallo *G* — 8 factam] f. pacem *E* — 9 Cadvaladrum] cadvalladrum *P* — illa] ea *RP*

[203] 1 Quo] Avo *G* — dicere coeperam] c. d. *G* — discordia afficiuntur] a. d. *E* — 2 detestabili *mq*. *G*

Digitized by Google

tabili discidio destruunt. Accessit etiam aliud infortunium, quia fames dira ac famosissima insipienti populo adhaesit, ita ut totius cibi sustentaculo quaeque vacuaretur provincia, excepto venatoriae artis solatio. Quam vero famem pestifera mortis lues consecuta est, quae in brevi tantam populi multitudinem stravit, quantam non poterant vivi humare. Unde miserae reliquiae patriam, factis agminibus, diffugientes transmarinas petebant regiones, cum ululatu magno sub velorum sinibus hoc modo cantantes : « Dedisti nos, Deus, tanquam oves escarum et in gentibus dispersisti nos. » Ipse etiam rex Cadvalladrus, cum navigio miserabili Armoricam petens, praedictum planctum hoc modo augebat : « Vae nobis peccatoribus ob immania scelera nostra, quibus Deum offendere nullatenus diffugimus, dum paenitentiae spatium habebamus. Incumbit ergo illius potestatis ultio, quae nos ex natali solo exstirpat, quos nec olim Romani, nec deinde Scotti vel Picti, nec Saxones versutae proditionis exterminare quiverunt. Sed in vanum patriam super illos totiens recuperavimus, cum non fuit Dei voluntas ut in ea perpetue regnaremus. Ipse verus judex, cum vidisset nos nullatenus a sceleribus nostris cessare velle ac neminem genus nostrum a regno expellere posse, volens corripere stultos, indignationem suam direxit, qua propriam nationem catervatim deserimus. Redite ergo, Romani, redite, Scotti et Picti, redite, ambrones Saxones : ecce patet vobis Britannia, ira Dei deserta, quam vos desertam facere nequivistis. Non nos fortitudo vestra expellit, sed summi regis potentia, quam nunquam offendere distulimus. »

5 ita *mq. G* — 6 famem] fames *G* — 7 mortis lues] l. m. *E* — in brevi tantam] in tam b. *P* — tantam] tanta *E* — 10 petebant] petebat *E* — 11 dedisti nos, Deus] D. d. nos *G* — 12 et *mq. R* — 13 Cadvalladrus] cadvaladrus *ER* — Armoricam] armonicam *P* — 15 immania] nimia *E* — 18 ex]a *G* — 19 Scotti] scoti *E*, scothi *R* — Saxones] *après* proditionis *EP*, *mq. R* — 20 quiverunt] quieverunt *G* — super illos totiens] t. s. i. *P* — recuperavimus] recuperaverimus *E* — 21 Dei voluntas] v. d. *E* — perpetue] perpetuo *P* — 26 Scotti] scoti *E*, scothi *R* — 28 fortitudo] fortuna *G*

Digitized by Google

[204] Ut igitur inter hos et alios gemitus in Armoricano litore appulsus fuit, venit cum tota multitudine sua ad regem Alanum, Salomonis nepotem, et ab illo digne susceptus est. Britannia ergo cunctis civibus, exceptis paucis, quibus in Gualliarum partibus mors pepercerat, desolata per XI annos Britonibus horrenda fuit, Saxonibus quoque eadem tempestate ingrata, qui in illa sine intermissione moriebantur. Quorum residui, cum tam feralis lues cessavisset, continuum morem servantes, nuntiaverunt concivibus suis in Germaniam insulam, indigena gente carentem, facile illis subdendam, si in illam habitaturi convenirent. Quod cum ipsis indicatum fuisset, nefandus populus ille, collecta innumerabili multitudine virorum et mulierum, applicuit in partibus Northanunbriae et desolatas provincias ab Albania usque ad Cornubiam inhabitavit. Non enim aderat habitator qui prohiberet praeter pauperculas Britonum reliquias, quae superfuerant, quae infra abdita nemorum in Gualliis commanebant. Ab illo tempore potestas Britonum in insula cessavit et Angli regnare coeperunt.

[205] Deinde, cum aliquantulum temporis emensum esset et praedictus populus roboratus fuisset, recordatus Cadvalladrus regni sui, jam a supradicta contagione purificati, auxilium ab Alano petivit, ut pristinae potestati restitueretur. At, cum id a rege impetravisset, intonuit ei vox angelica, dum classem pararet, ut coeptis suis desisteret. Nolebat enim Deus Britones in insulam Britanniae diutius regnare, antequam tempus illud advenisset, quod Merlinus Arturo

[204] 1 Armoricano] armonicano *E* — 2 venit] et v. *G* — 3 Gualliarum] gualiarum *E*, galliarum *RP* — 8 feralis] seva *P* — 9 in *mq*. *R* — 10 gente *mq*. *P* — carentem *mq*. *G* — 11 convenirent] venirent *EP* — 12 nefandus populus ille] quadam nobilissima regina sexburgis nomine que vidua fuerat *P* — 13 Northanunbriae] norhamhimunbrie *E*, northamhinbrie *R*, northanhunbrie *P* — 14 ad *mq* *E* — 15 enim aderat] a. e. *P* — 16 quae s.] qui s. *G* — infra abdita] in abditis *G* — 17 Gualliis] gualiis *ER* — 18 in insula cessavit] c. in ins. *P*

[205] 1 Deinde] Denique *G* — 2 Cadvalladrus] cadvaladrus *ER* — 3 auxilium] et a. *GE* — 4 potestati] dignitati *E* — 5 id *mq*. *P* — 7 Deus Britones] b. d. *P* — 8 advenisset] venisset *ER*, veniret *P* — Arturo *mq*. *G*

Digitized by Google

prophetavérat. Praecepit etiam illi ut Romam ad Sergium papam iret, ubi peracta paenitentia inter beatos annumeraretur. Dicebat etiam populum Britonum per meritum suae fidei insulam in futuro adepturum, postquam fatale tempus superveniret, nec id tamen prius futurum quam Britones, reliquiis ejus potiti, illas ex Roma in Britanniam asportarent : tunc demum, revelatis etiam ceterorum sanctorum reliquiis, quae propter paganorum invasionem absconditae fuerant, amissum regnum recuperarent. Quod cum auribus beati viri intimatum fuisset, accessit ilico ad Alanum regem et quod sibi revelatum fuerat indicavit.

[206] Tunc Alanus, sumptis diversis libris et de prophetiis aquilae quae Sestoniae prophetavit et de carminibus Sibillae ac Merlini, coepit scrutari omnia, ut videret an revelatio Cadvaladri inscriptis oraculis concordarent et, cum nullam discrepantiam repperisset, suggessit Cadvalladro ut divinae dispensationi pareret et, Britannia postposita, quod angelicus ei praeceperat monitus perficeret; filium autem suum Ivor ac Ini, nepotem suum, ad reliquias Britonum regendas in insulam dirigeret, ne gens, antiquo genere illorum edita, libertatem barbarica irruptione amitteret. Tunc Cadvaladrus, abjectis mundialibus propter Dominum regnumque perpetuum, venit Romam et, a Sergio papa confirmatus, inopino etiam langore correptus, duodecimo autem die Kalendarum Maiarum, anno ab Incarnatione Domini DCLXXXIX, a contagione carnis solutus, caelestis regni aulam ingressus est.

[207] Cum autem Ivor et Iny naves sibi collegissent, quos potuerunt associaverunt sibi, et applicuerunt in insulam,

9 ut Romam] r. ut *G*, ut rome *P* — 11 etiam] enim *G* — 12 suae fidei] f. ipsius *E* — 13 tamen] tantum *G* — 15 ceterorum *mq*. *G* — 17 regnum recuperarent] rec reg. *P* — 18 intimatum] nuntiatum *G* — ilico *mq*. *P*

[206] 2 Sestoniae] sehftonie *R*, cestonie *P* — 3 Cadvaladri] cadvaldri *E*, cadvalladri *P* — 4 concordaret] concordarent *G* — discrepantiam] descriptionem *G* — 5 Cadvalladro] cadvaldro *E*, cadvaladro *R* — 9 edita] *mq*. *G* — Cadvaladrus] cadvalladrus *P* — 11 regumque] et regnum *P* — 13 autem *mq*. *P* — 14 Domini *mq*. *R*—DCLXXXIX] sexcentesimo septuagesimo nono *P*

[207] 1 Cum] Dum *P* — autem Ivor] i. a. *G* — 2 sibi] suas *G*

Digitized by Google

atque LXIX annis Anglorum gentem saevissima inquietatione affecerunt. Sed non multum profuit. Supradicta namque mortalitas et fames atque consuetudinarium discidium in tantum coegerat populum superbum degenerare, quod hostes longius arcere nequiverant. Barbarie etiam irrepente, jam non vocabantur Britones, sed Guallenses, vocabulum sive a Guallone, duce eorum, sive a Gualaes regina, sive a barbarie trahentes. At Saxones, sapientius agentes, pacem et concordiam inter se habentes, agros colentes, civitates et oppida reaedificantes, et abjecto sic dominio Britonum, jam toti Loegriae imperaverant, duce Adelstano, qui primus inter eos diadema portavit. Degenerati autem a britannica nobilitate, Gualenses nunquam postea monarchiam insulae recuperaverunt, immo nunc sibi, interdum Saxonibus ingrati consurgentes, externas atque domesticas clades incessanter agebant.

[208] Reges autem eorum, qui ab illo tempore in Gualliis successerunt, Karadoco Lankarbanensi, contemporaneo meo, in materia scribendi permitto, reges vero Saxonum Willelmo Malmesburiensi et Henrico Huntendonensi. Quos de regibus Britonum tacere jubeo, cum non habeant librum illum britannici sermonis, quem Walterus, Oxenefordensis archidiaconus, ex Britannia advexit, quem, de historia eorum veraciter editum, in honore praedictorum principum hoc modo in latinum sermonem transferre curavi.

3 LXIX] XLIX *P* — Anglorum gentem] *g. E, g.* a. *RP* — 6 superbum *mq. G* — 7 nequiverant] nequiverunt *P* — 8 Guallenses] gualenses *E* — 9 Gualaes] Galaes *RP* — 10 et] etiam et *P* — 12 abjecto sic] s. a. *P* — 13 Loegriae] leegrie *P*

[208] 1 eorum] illorum *P* — eorum *mq. P* — *A la fin :* explicit liber decimus historie de regibus britonum quam nuper de britannico in latinum transtulit gaufridus monemutensis *R*

Digitized by Google

Digitized by Google

III

VITA MERLINI

Digitized by Google

III

VITA MERLINI

Le texte qu'on trouvera ici est celui du manuscrit Cotton Vesp. E IV du *British Museum*. Je n'y ai admis que le moins possible de corrections. Les leçons rejetées sont indiquées au bas des pages. Les principes suivis pour les graphies sont ceux que j'ai énoncés à propos des textes précédents, p. 3.

Digitized by Google

VITA MERLINI

Fatidici vatis rabiem musamque jocosam
Merlini cantare paro. Tu, corrige carmen,
Gloria pontificum, calamos moderando, Roberte.
Scimus enim quia te perfudit nectare sacro
Philosophia suo fecitque per omnia doctum,
Ut documenta dares, dux et praeceptor in orbe.
Ergo meis coeptis faveas vatemque tueri
Auspicio meliore velis quam fecerit alter,
Cui modo succedis, merito promotus honori.
Sic etenim mores, sic vita probata genusque
Utilitasque loci, clerus populusque petebant :
Unde modo felix Lincolnia fertur ad astra.
Ergo te cuperem complecti carmine digno ;
Sed non sufficio, licet Orpheus, et Camerinus,
Et Macer, et Marius magnique Rabirius oris
Ore meo canerent, Musis comitantibus, omnes.
At vos, consuetae mecum cantare Camenae,
Propositum cantemus opus cytharamque sonate.

Ergo, peragratis sub multis regibus annis,
Clarus habebatur Merlinus in orbe Britannus.
Rex erat et vates, Demetarumque superbis
Jura dabat populis, ducibusque futura canebat.
Contigit interea plures certamen habere
Inter se regni proceres, belloque feroci
Insontes populos devastavisse per urbes :
Dux Venedotorum Peredurus bella gerebat
Contra Guennoloum, Scotiae qui regna regebat.

17 At] ad

Digitized by Google

Jamque dies aderat bello praefixa, ducesque
Astabant campo, decertabantque catervae
Amborum, pariter miseranda caede ruentes.
Venerat ab bellum Merlinus cum Pereduro,
Rex quoque Cumbrorum Rodarcus, sævus uterque.
Caedunt obstantes invisis ensibus hostes;
Tresque ducis fratres, fratrem per bella secuti,
Usque rebellantes caedunt perimuntque phalanges :
Inde per infestas cum tali munere turmas
Acriter irruerant, subito cecidere perempti.
Hoc viso, Merline, doles tristesque per agmen
Commisces planctus, tali quoque voce remugis :
« Ergone sic potuit sors importuna nocere,
Ut mihi surriperet tantos talesque sodales,
Quos modo tot reges, tot regna remota timebant?
O dubios hominum casus mortemque propinquam,
Quae penes est illos semper, stimuloque latenti
Percutit, et miseram pellit de corpore vitam!
O juvenile decus, quisnunc astabit in armis
Nunc mihi pone latus mecumque repellet euntes
In mea damna duces incumbentesque catervas?
Audaces juvenes, vobis audacia vestra
Eripuit dulces annos dulcemque juventam.
Qui modo per cuneos discurrebatis in armis
Obstantesque viros prosternebatis ubique,
Nunc pulsatis humum rubeoque cruore rubetis. »
Sic inter turmas lacrimis plangebat obortis
Deflebatque viros. Nec cessant proelia dira ;
Concurrunt acies, sternuntur ab hostibus hostes,
Sanguis ubique fluit, plurimi moriuntur utrimque.
At tandem Britones, revocatis undique turmis,
Conveniunt pariter pariterque per arma ruentes
Invadunt Scotos, prosternunt, vulnera dantes;
Nec requieverunt, donec sua terga dederunt

32 Cumbrorum] *ms.* Cambrorum — 46 quisnunc] qui nunc — 54 obortis] abortis

Digitized by Google

Hostiles turmae per devia diffugientes.
Evocat e bello socios Merlinus, et illis
Praecipit in varia fratres sepelire capella,
Deplangitque viros, nec cessat fundere fletus.
Pulveribus crines spargit, vestesque recidit,
Et prostratus humi nunc hac illacque volutat.
Solatur Peredurus eum, proceresque ducesque,
Nec vult solari nec verba precantia ferre.
Jam tribus emensis defleverat ille diebus
Respueratque cibos, tantus dolor usserat illum.
Inde novas furias, cum tot tantisque querelis
Aera complesset, cepit, furtimque recedit,
Et fugit ad silvas, nec vult fugiendo videri,
Ingrediturque nemus, gaudetque latere sub ornis,
Miraturque feras pascentes gramina saltus.
Nunc has insequitur, nunc cursu praeterit illas;
Utitur herbarum radicibus, utitur herbis,
Utitur arboreo fructu morisque rubeti.
Fit silvester homo, quasi silvis editus esset.
Inde per aestatem totam, nullique repertus,
Oblitusque sui cognatorumque suorum,
Delituit silvis obductus more ferino.
At, cum venit hiems, herbasque tulisset et omnes
Arboreos fructus, nec quo frueretur haberet,
Diffudit tales miseranda voce querelas :
« Caeli Christe deus, quid agam ? qua parte morari
Terrarum potero, cum nil quo vescar adesse
Inspicio, nec gramen humi, nec in arbore glandes ?
Tres quater et juges septenae poma ferentes
Hic steterant mali : nunc non stant. Ergo quis illas,
Quis mihi surripuit? Quo devenere repente ?
Nunc illas video, nunc non. Sic fata repugnant,
Sic quoque recordant, cum dant prohibentque videre.

66 spargit... recidit] sparsit.. rescidit — 80 editus] deditus — 93 nunc] nec

Digitized by Google

Deficiunt nunc poma mihi, nunc cetera quaeque.
Stat sine fronde nemus, sine fructu. Plector utroque,
Cum neque fronde tegi valeo, neque fructibus uti.
Singula bruma tulit pluviisque cadentibus auster.
Invenio si forte napes tellure sub ima,
Concurrunt avidaeque sues aprique voraces,
Eripiuntque napes mihi quas de cespite vello.
Tu, lupe care comes, nemorum qui devia mecum
Et saltus peragrare soles, vix praeteris arva :
Et te dura fames et me languere coegit.
Tu prior has silvas coluisti, te prior aetas
Protulit in canos, nec habes, nec scis quid in ore
Projicias. Quod miror ego, cum saltus abundet
Tot capreis aliisque feris, quas prendere posses.
Forsitan ipsa tibi tua detestanda senectus
Eripuit nervos cursumque negavit habendum.
Quod solum superest, comples ululatibus auras,
At resupinus humi consumptos dejicis artus. »
Haec inter frutices coriletaque densa canebat,
Cum sonus ad quemdam pervenit praetereuntem,
Qui direxit iter quo sermo loquentis in auras
Exierat, reperitque locum, reperitque loquentem.
Quo viso, Merlinus abit, sequiturque viator,
Nec detinere virum potuit sic diffugientem.
Inde viator iter repetit quo coeperat ire,
Propositumque tenet casu commotus euntis.
Ecce viatori venit obvius alter ab aula
Rodarchi, regis Cumbrorum, qui Ganiedam
Duxerat uxorem, formosa conjuge felix.
Merlini soror ista fuit casumque dolebat
Fratris, et ad silvas et ad arva remota clientes
Miserat, ut fratrem revocarent. Ex quibus unus
Obvius huic ibat, sed et hic sibi protinus ergo.

99 et 101 năpes. *La correction* năpos, *introduite par Black, Michel et Parry, est métriquement impossible. Il faut sans doute lire* dăpēs

Digitized by Google

Convenere simul, commiscent mutua verba.
At qui missus erat Merlinum quaerere quaerit
Si vidisset eum silvis aut saltibus alter.
Ille virum talem se conspexisse fatetur
Inter dumosos saltus nemoris Calidonis,
Dumque loqui vellet secum secumque sedere,
Diffugisse virum celeri per robora cursu.
Haec ait. Alter abit, silvasque subintrat, et imas
Scrutatur valles, montesque quoque praeterit altos;
Quaerit ubique virum gradiens per opaca locorum.
Fons erat in summo cujusdam vertice montis
Undique praecinctus corulis densusque frutectis.
Illic Merlinus consederat : inde per omnes
Spectabat silvas cursusque jocosque ferarum.
Nuntius hunc scandit tacitoque per ardua gressu
Incedit, quaerendo virum. Tum denique fontem
Merlinumque videt super herbas pone sedentem
Dicentemque suas tali sermone querelas :
« O qui cuncta regis, quid est cur contigit ut non
Tempora sint eadem numeris distincta quaternis?
Nunc ver jure suo flores frondesque ministrat;
Dat fruges aestas; autumnus mitia poma;
Consequitur glacialis hiems et cetera quaeque
Devorat et vastat, pluviasque nivesque reportat :
Singula quaeque suis arcet laeditque procellis,
Nec permittit humum varios producere flores,
Aut quercus glandes, aut malos punica mala.
O utinam non esset hiems aut cana pruina,
Ver foret aut aestas, cuculusque canendo rediret,
Et philomena, pio quae tristia pectora cantu
Mitigat, et turtur conservans foedera casta,
Frondibus inque novis concordi voce volucres
Cantarent aliae, quae me modulando foverent,
Dum nova flore novo tellus spiraret odorem,
Gramine sub viridi, levi quoque murmure fontes
Diffluerent, juxtaque daret sub fronde columba

Digitized by Google

Somniferos gemitus irritaretque soporem ! »
Nuntius audierat vatem, rupitque querelas
Cum modulis citharae, quam secum gesserat ultro,
Ut sic deciperet demulceretque furentem.
Ergo movens querulas digitis et in ordine cordas,
Talia pone latens dimissa voce canebat :
« O diros gemitus lugubris Guendoloenae !
O miseras lacrimas lacrimantis Guendoloenae !
Me miseret miserae morientis Guendoloenae !
Non erat in Waliis mulier formosior illa :
Vincebat candore deas foliumque ligustri
Vernantesque rosas et olentia lilia prati ;
Gloria vernalis sola radiabat in illa,
Sidereumque decus geminis gestabat ocellis
Insignesque comas auri fulgore nitentes.
Hoc totum periit, periit decor omnis in illa,
Et color, et facies, niveae quoque gloria carnis.
Non est quod fuerat, multis moeroribus acta.
Nescit enim quo dux abiit, vitane fruatur
An sit defunctus. Languet miserabilis inde
Totaque deperiit longo liquefacta dolore.
Collacrimatur ei paribus Ganieda querelis,
Amissumque dolet sine consolamine fratrem.
Haec fratrem flet, et illa virum ; communiter ambae
Fletibus incumbunt et tristia tempora ducunt.
Non cibus ullus eis ; nec somnus nocte vagantes
Sub virgulta fovet : tantus dolor ardet utramque.
Non secus indoluit Sidonia Dido, solutis
Classibus Aeneae, tunc cum properaret abire ;
Cum non Demophon per tempora pacta rediret,
Taliter ingemuit flevitque miserrima Phillis ;
Briseis absentem sic deploravit Achillem.
Sic soror et conjux collamentantur et ardent,
Funditus internis cruciatibus usque dolendo. »

176 radiabat] radiebat — 190 ardet] arcet

Digitized by Google

In fidibus querulis dicebat talia cantans
Nuntius et modulo vatis demulserat aures,
Mitior ut fieret congauderetque canenti.
Ocius assurgit vates, juvenemque jocosis
Affatur verbis, iterumque movere precatur
Cum digitis cordas elegosque sonare priores.
Admovet ille lyrae digitos, jussumque reformat
Carmen, item cogitque virum modulando furorem
Ponere paulatim, citharae dulcedine captum.
Fit memor ergo sui, recolitque quod esse solebat
Merlinus, furiasque suas miratur et odit.
Pristina mens rediit, rediit quoque sensus in illo,
Et gemit ad nomen, motus pietate, sororis
Uxorisque simul, mentis ratione recepta,
Conducique petit Rodarchi regis ad aulam.
Paruit alter ei, silvasque subinde relinquunt,
Et veniunt pariter laetantes regis in urbem.

Ergo fratre suo gaudet regina recepto,
Proque sui reditu fit conjux laeta mariti,
Oscula certatim geminans, et brachia circum
Colla viri flectunt, tanta pietate moventur.
Rex quoque, quo decuit, reducem suscepit honore ;
Totaque turba domus, proceres laetantur in urbe.
At postquam tantas hominum Merlinus adesse
Inspexit turmas nec eas perferre valeret,
Cepit enim furias, iterumque furore repletus
Ad nemus ire cupit, furtimque recedere quaerit.
Tunc praecepit eum posito custode teneri
Rodarchus citharaque suos mulcere furores,
Astabatque dolens, verbisque precantibus illum
Orabat ratione frui secumque manere,
Nec captare nemus, nec vivere more ferino
Velle sub arboribus, dum regia sceptra tenere

198 fidibus] gravibus — 200 fieret] fleret

Digitized by Google

Posset et in populos jus exercere feroces.
Hinc promittit ei se plurima dona daturum,
Afferique jubet vestes, volucresque, canesque,
Quadrupedesque citos, aurum, gemmasque micantes,
Pocula quae sculpsit Guielandus in urbe Sigeni :
Singula praetendit vati Rodarchus et offert,
Et monet ut maneat secum silvasque relinquat.
Talia respondens spernebat munera vates :
« Ista duces habeant sua, quos confundit egestas,
Nec sunt contenti modico, sed maxima captant.
His nemus et patulas Calidonis praefero quercus,
Et montes celsos subtus virentia prata :
Illa mihi, non ista placent. Tu talia tecum,
Rex Rodarche, feras : meas me Calidonis habebit
Silva ferax nucibus, quam cunctis praefero rebus. »
Denique, cum nullo potuisset munere tristem
Rex retinere virum, forti vincire catena
Jussit, ne peteret nemorum deserta solutus.
Ergo, cum sensit circum se vincula vates,
Nec liber poterat silvas Calidonis adire,
Protinus indoluit, tristisque tacensque remansit,
Laetitiamque suis subtraxit vultibus omnem,
Ut non proferret verbum risumque moveret.
Interea visura ducem regina per aulam
Ibat et, ut decuit, rex applaudebat eunti,
Perque manum suscepit eam, jussitque sedere,
Et dabat amplexus, et ad oscula labra premebat;
Convertensque suos in eam per talia vultus,
Vidit in illius folium pendere capillis.
Ergo suos digitos admovit, et abstrahit illud,
Et projecit humi, laetusque jocatur amanti.
Flexit ad hoc oculos vates, risumque resolvit,
Astantesque viros fecit convertere vultus,
In se mirantes quoniam ridere negarat.

237 relinquat] relinquet

Digitized by Google

Rex quoque miratur percunctaturque furentem
Tam subito facti causas edicere risus,
Adjecitque suis donaria plurima verbis.
Ille tacet, differtque suos exponere risus;
At magis atque magis pretio precibusque movere
Instabat Rodarchus eum. Tum denique vates
Indignatus ei pro munere talia fatur :
« Munus avarus amat, cupidusque laborat habere :
Hi faciles animos flectunt quocumque jubentur
Munere corrupti. Quod habent non sufficit illis :
At mihi sufficiunt glandes Calidonis amoenae
Et nitidi fontes per olentia prata fluentes.
Munere non capior : sua munera tollat avarus;
Et nisi libertas detur repetamque virentes
Silvarum valles, risus aperire negabo. »
Ergo cum nullo potuisset munere vatem
Flectere Rodarchus nec cur risisset haberet,
Confestim sua vincla viro dissolvere jussit,
Datque potestatem nemorum deserta petendi,
Ut velit optatam risus expromere causam.
Tunc Merlinus ait gaudens, quia possit abire :
« Idcirco risi quoniam, Rodarche, fuisti
Facto culpandus simul et laudandus eodem,
Dum traheres folium modo, quod regina capillis
Nescia gestabat, fieresque fidelior illi
Quam fuit illa tibi, quando virgulta subivit,
Quo suus occurrit secumque coivit adulter;
Dumque supina foret, sparsis in crinibus haesit
Forte jacens folium, quod nescius eripuisti. »
Ergo super tali Rodarchus crimine tristis
Fit subito, vultumque suum divertit ab illa,
Damnabatque diem qua se conjunxerat illi.
Mota sed illa nihil vultu ridente pudorem
Celat et alloquitur tali sermone maritum :

281 haberet] hereret

Digitized by Google

« Cur tristaris, amans ? Cur sic irasceris ab re,
Meque nec ex merito damnas, credisque furenti,
Qui ratione carens miscet mendacia veris?
Multotiens qui credit ei fit stultior illo.
Excipe nunc igitur : ne sim decepta, probabo
Quod sit delirus, quod non sit vera locutus. »
Ut plures alii, fuerat puer unus in aula.
Hunc cum prospiceret, convolvit protinus artem
Ingeniosa novam, qua vult convincere fratrem.
Inde venire jubet puerum, fratremque precatur,
Qua moriturus erit, pueri praedicere mortem.
Ergo frater ei : « Soror o carissima, dixit,
Hic morietur homo de celsa rupe ruendo. »
Illa sub haec ridens puero praecepit abire
Et, quibus indutus fuerat, deponere vestes,
Et vestire novas, longosque recidere crines,
Sicque redire jubet, ut eis appareat alter.
Paruit ergo puer : rediit nam talis ad illos,
Qualis erat jussus mutata veste redire.
Mox iterum fratrem regina precatur et infit :
« Quae mors hujus erit narra dilectae sorori. »
Tunc Merlinus ait : « Puer hic, cum venerit aetas,
Mente vagans forti succumbet in arbore morti. »
Dixerat. Illa suum sic est affata maritum :
« Siccine te potuit falsus pervertere vates,
Ut crimen tantum me commisisse putares?
At, si scire velis, qua sit ratione locutus
Hoc nunc de puero, censebis ficta fuisse
Quae de me dixit, dum silvas possit adire.
Absit ut hoc faciam ! Castum servabo cubile,
Castaque semper ero, dum flabit spiritus in me.
Illum convici pueri de morte rogatum ;
Nunc quoque convincam ; tu sedulus arbiter esto. »
Haec ait et tacite puerum secedere jussit,

319 narra] varia

Digitized by Google

Vesteque feminea vestiri, sicque redire.
Mox puer abscessit, jussumque perinde peregit,
Et sub feminea rediit quasi femina veste,
Et stetit ante virum, cui sic regina jocando :
« Eia, frater, ait : dic mortem virginis hujus. »
— « Haec virgo, necne dixit, morietur in amne. »
Frater ei movitque sua ratione cachinnum
Regi Rodarcho, quoniam, de morte rogatus
Unius pueri, tres dixerat esse futuras.
Ergo putabat eum de conjuge falsa locutum,
Nec credebat ei, sed contristatur et odit,
Quod sibi crediderat, quod condemnarat amantem.
Id regina videns veniam dat, et oscula jungit,
Et blanditur ei, laetum quoque reddidit illum.
Cogitat interea silvas Merlinus adire,
Egressusque domum portas aperire jubebat;
Sed soror obstabat lacrimisque rogabat abortis
Ut secum remaneret adhuc tollatque furorem.
Improbus ille suis non vult desistere coeptis,
Sed perstat reserare fores, et abire laborat,
Et fremit, et pugnat, famulosque fremendo coartat.
Denique, cum nullus posset retinere volentem
Ire virum, jussit citius regina venire
Ejus ad abcessum absentem Guendoloenam.
Illa venit supplexque virum remanere precatur.
Spernit at ille preces, nec vult remanere, nec illam,
Sicut erat solitus, gaudenti cernere vultu.
Illa dolet, fletuque fluit, laniatque capillos,
Et secat ungue genas, et humi moriendo volutat.
Id regina videns affatur taliter illum :
« Haec tua, quae moritur sic pro te, Guendoloena
Quid faciet? Dabiturne viro? Viduamve manere
Praecipis aut tecum, quocumque recesseris, ire?
Ibit enim tecumque nemus nemorisque virentes
Laeta colet saltus, dum te potiatur amante. »
Vocibus his igitur respondit talia vates :

Digitized by Google

« Nolo, soror, pecudem, patulo quae fontis hiatu
Diffundit latices, ut Virginis urna sub aestus;
Nec curam mutabo meam velut Orpheus olim,
Quando suos calathos pueris commisit habendos,
Eurydice stygias postquam transnavit arenas :
Mundus ab alterutro Veneris sine labe manebo.
Huic igitur detur nubendi justa facultas,
Arbitrioque suo, quem gestit ducere, ducat.
Praecaveat tamen ipse sibi qui duxerit illam,
Obvius ut nunquam mihi sit nec cominus astet,
Sed se divertat, ne, si mihi congrediendi
Copia praestatur, vibratum sentiat ensem;
Cumque dies aderit sollemni lege jugali
Diversaeque dapes convivis distribuentur,
Ipsemet interero, donis munitus honestis,
Ditaboque datam profuse Guendoloenam. »
Dixerat, atque vale gradiens subjunxit utrique,
Et petiit silvas, nullo prohibente, cupitas.
Guendoloena manet spectans in limine tristis,
Et regina simul, casuque moventur amici,
Miranturque nimis rerum secreta furentem
Nosse virum, veneremque suae scivisse sororis;
Mentitumque tamen pueri de morte putabant,
Quam dixit ternam, cum dicere debuit unam :
Inde diu sua visa fuit vox vana per annos,
Donec ad aetatem venit puer ille virilem.
Tum cunctis patefacta fuit multisque probata :
Nam, dum venatum canibus comitantibus iret,
Aspexit cervum nemoris sub fronde latentem,
Dissolvitque canes, qui cervo devia viso
Transcendunt complentque suis latratibus auras;
Ipsemet urget equum calcaribus, insequiturque

374 sine] sub — 388 *Ce vers, qui manque dans le manuscrit, a été ici suppléé d'après un passage de l'œuvre inséré dans le* Polychronicon *de Ranulf Higden. Il est nécessaire pour expliquer le pluriel* Miranturque *du vers suivant.*

Digitized by Google

Nunc cornu, nunc ore monens, operisque ministros
Increpat, atque jubet cursu citiore venire.
Mons ibi celsus erat, circumdatus undique saxis,
Juxta quem fluvius subtus per plana fluebat.
Hunc fera transcendit, fugiens dum venit in amnem,
Exegitque suas solito de more latebras.
Instigat juvenis, montem quoque tramite recto
Praeterit, et cervum per saxa jacentia quaerit.
Contigit interea, dum duceret impetus, ipsum
Labi quadrupedem celsa de rupe, virumque
Forte per abruptum montis cecidisse sub amnem,
Ut tamen haereret pes ejus in arbore quadam
Et submersa forent sub flumine cetera membra :
Sicque ruit, mersusque fuit, lignoque pependit,
Et fecit vatem per terna pericula verum.

Qui nemus ingressus fuerat rituque ferino
Vivebat, patiens concretae frigoris aquae,
Sub nive, sub pluvia, sub iniquo flamine venti ;
Idque placebat ei, potius quam jura per urbes
Exercere suas gentesque domare feroces.
Interea, ducente viro labentibus annis
Cum grege silvestri talem per tempora vitam,
Guendoloena datur nubendi lege marito.
Nox erat, et nitidae radiabant cornua lunae,
Cunctaque convexi splendebant lumina caeli ;
Purior aer erat solito : nam frigidus atrox
Expulerat nubes boreas caelumque serenum
Reddiderat, sicco detergens nubila flatu.
Sidereum cursum vates spectabat ab alto
Monte, loquens tacite sub divo, talia dicens :
« Quid sibi vult radius Martis ? Regemne peremptum
Portendit noviter rutilans, aliumque futurum ?
Sic equidem video : nam Constantinus obivit,

417 aquae] alge — 424 radiabant] radiebant

Digitized by Google

Ipsiusque nepos scelerata sorte Conanus
Per patrui jugulum sumpto diademate rex est.
At tu, summa Venus, quae certo limine labens
Infra zodiacum solem comitaris euntem,
Quid tibi cum radio, qui duplex aethera fidit?
Discidiumne mei sectus portendit amoris?
Talis enim radius divisos signat amores.
Forsitan absentem me Guendoloena reliquit
Alteriusque viri gaudens complexibus haeret.
Sic igitur vincor, sic alter fungitur illa;
Sic mea jura mihi, dum demoror, eripiuntur;
Sic equidem : nam segnis amans superatur ab illo
Qui non est segnis nec abest, sed cominus instat.
At non invideo : nubat nunc omine dextro
Utaturque novo, me permittente, marito;
Crastina cumque dies illuxerit, ibo feramque
Mecum munus ei promissum quando recessi. »
Dixerat, et silvas et saltus circuit omnes,
Cervorumque greges agmen collegit in unum,
Et damas capreasque simul, cervoque resedit,
Et, veniente die, compellens agmina prae se,
Festinans vadit quo nubit Guendoloena.
Postquam venit eo, patienter stare coegit
Cervos ante fores, proclamans : « Guendoloena,
Guendoloena, veni : te talia munera spectant. »
Ocius ergo venit subridens Guendoloena,
Gestarique virum cervo miratur, et illum
Sic parere viro, tantum quoque posse ferarum
Uniri numerum, quas prae se solus agebat,
Sicut pastor oves, quas ducere suevit ad herbas.
Stabat ab excelsa sponsus spectando fenestra,
In solio mirans equitem, risumque movebat.
Ast, ubi vidit eum vates animoque quis esset
Calluit, extemplo divulsit cornua cervo,
Quo gestabatur, vibrataque jecit in illum,
Et caput illius penitus contrivit, eumque

Digitized by Google

Reddidit exanimem, vitamque fugavit in auras.
Ocius inde suum talorum verbere cervum
Diffugiens egit, silvasque redire paravit.
Egrediuntur ad haec ex omni parte clientes,
Et celeri cursu vatem per rura sequuntur.
Ille quidem velox sic praecurrebat, ut isset
Ad nemus intactus, nisi praevius amnis obesset.
Nam, dum torrentem fera prosiliendo mearet,
Elapsus rapida cecidit Merlinus in unda.
Circueunt ripas famuli, capiuntque natantem,
Adducuntque domum, vinctumque dedere sorori.

Captus item vates fit tristis, et optat abire
Ad silvas, pugnatque suos dissolvere nexus,
Et ridere negat, potumque cibumque refutat,
Tristitiaque sua tristem facit esse sororem.
Ergo videns illum Rodarchus pellere cunctam
Laetitiam nec velle dapes libare paratas,
Educi praecepit eum miseratus in urbem
Per fora, per populos, ut laetior esset eundo
Resque videndo novas, quae vendebantur ibidem:
Ergo vir eductus, dum progrederetur ab aula,
Inspicit ante fores famulum sub paupere cultu,
Qui servabat eas, poscentem praetereuntes
Ore tremente viros ad vestes munus emendas ;
Mox stetit et risit vates miratus egentem.
Illinc progressus nova calciamenta tenentem
Spectabat juvenem commercantemque tacones :
Tunc iterum risit renuitque diutius ire
Per fora, spectandus populis quos inspiciebat ;
At nemus optabat, quod crebro respiciebat,
Quo nitebatur vetitos divertere gressus.
Inde domum famuli redeunt, ipsumque cachinnum
Bis movisse ferunt, silvas quoque velle redire.
Ocius ergo volens Rodarchus scire quid esset
Quod portendisset risu, dissolvere nexus

Digitized by Google

Ilico jussit, ei concedens posse reverti
Ad solitas silvas, si risus exposuisset.
Laetior assistens respondit talia vates :
« Janitor ante fores tenui sub veste sedebat
Et velut esset inops rogitabat praetereuntes,
Ut largirentur sibi quo vestes emerentur :
Ipsemet interea subter se denariorum
Occultos cumulos occultus dives habebat.
Illud ergo risi : tu terram verte sub ipso,
Nummos invenies servatos tempore longo.
Illinc ulterius versus fora ductus ementem
Calciamenta virum vidi pariterque tacones,
Ut, postquam dissuta forent usuque forata,
Illa resartiret primosque pararet ad usus.
Illud item risi, quoniam nec calciamentis
Nec superadditis miser ille taconibus uti
Postmodo compos erit, quia jam submersus in undis
Fluctuat ad ripas. Tu, vade videre : videbis. »
Dicta probare viri cupiens, Rodarchus ad amnem
Circumquaque suos jubet ocius ire clientes,
Ut, si forte virum per proxima littora talem
Demersum videant, festina voce renarrent.
Jussa ducis peragunt ; nam fluvia circumeuntes
Submersum juvenem squalentes inter arenas
Inveniunt, redeuntque domum, regique renarrant.
At rex interea, forium custode remoto,
Suffodit et vertit terram, reperitque sub ipsa
Thesaurum positum, vatemque jocosus adorat.

His igitur gestis, vates properabat abire
Ad solitas silvas, populos exosus in urbe.
Praecipiebat ei secum regina manere
Optatumque nemus postponere, donec abirent
Quae tunc instabant candentis frigora brumae

520 superadditis] superaddet eis

Digitized by Google

Atque rediret item teneris cum fructibus aestas,
Unde frui posset, dum tempora sole calerent.
Ille repugnabat, verbis et talibus illam
Alloquitur, cupiens secedere, frigore spreto :
« O dilecta soror, quid me retinere laboras ?
Non me bruma suis poterit terrere procellis,
Non gelidus boreas, cum flatu saevit iniquo
Balantumque greges subita cum grandine laedit,
Non, cum turbat aquas diffusis imbribus, auster,
Quin nemorum deserta petam saltusque virentes.
Contentus modico potero perferre pruinam :
Illic arboreis sub frondibus inter olentes
Herbarum flores aestate jacere juvabit.
Ne tamen esca mihi brumali tempore desit,
In silvis compone domos, adhibeque clientes,
Obsequiumque mihi facient, escasque parabunt,
Cum tellus gramen fructumque negaverit arbor.
Ante domos alias unam compone remotam,
Cui sex dena decem dabis ostia totque fenestras,
Per quas ignivomum videam cum Venere Phoebum,
Inspiciamque polo labentia sidera noctu,
Quae me de populo regni ventura docebunt.
Totque notatores, quae dicam scribere docti,
Assint et studeant carmen mandare tabellis.
Tu quoque saepe veni, soror o dilecta, meamque
Tunc poteris relevare famem potuque ciboque. »
Dixit, et ad silvas festinis gressibus ivit.
Paruit ergo soror ; nam jussam condidit aulam
Atque domos alias et quicquid jusserat illi.
Ille quidem, dum poma manent Phoebusque per alta
Altius ascendit, gaudet sub fronde manere
Ac peragrare nemus, zephiris mulcentibus ornos.
Cumque veniret hiems rigidis hirsuta procellis,

546 cum turbat] conturbat — 557 ignivomum] igninovum — 568 per olta] peraeta — 570 Cumque veniret] Tunc veniebat. *La correction a été déjà proposée par Fr. Michel*

Digitized by Google

Quae nemus et terras fructu spoliabat ab omni,
Deficeretque sibi pluviis instantibus esca,
Tristis et esuriens dictam veniebat ad aulam :
Illic multotiens aderat regina dapesque
Et potum pariter fratri gavisa ferebat,
Qui, postquam variis sese recreaverat escis,
Mox assurgebat complaudebatque sorori.
Deinde domum peragrans ad sidera respiciebat,
Talia dum caneret, quae tunc ventura sciebat :
« O rabiem Britonum, quos copia divitiarum
Usque superveniens ultra quam debeat effert!
Nolunt pace frui ; stimulis agitantur herinis ;
Civiles acies cognataque proelia miscent ;
Ecclesias Domini patiuntur habere ruinam,
Pontificesque sacros ad regna remota repellunt ;
Cornubiensis apri conturbant quaeque nepotes ;
Insidias sibimet ponentes ense nefando
Interimunt sese, nec regno jure potiri
Expectare volunt, regni diademate rapto.
Illic quartus erit, crudelior asperiorque.
Hinc Lupus aequoreus debellans vincet et ultra
Sabrinam victum per barbara regna fugabit.
Idem Kaerkeri circumdabit obsidione
Passeribusque domos et moenia trudet ad imum.
Classe petet Gallos, sed telo regis obibit.
Rodarchus moritur, postquam discordia longa
Scotos et Cumbros per longum tempus habebit,
Donec crescenti tribuatur Cumbria genti.
Cambri Gewissos, post illos Cornubienses
Afficient bello, nec eos lex ulla domabit.
Kambria gaudebit suffuso sanguine semper :
Gens inimica Deo, quid gaudes sanguine fuso ?

582 herinus *à corriger probablement en* Erinis, *considéré comme un génitif* — 593 Kaerkeri] Kaerkeii — 595 obibit] obivit — 598 genti] denti — 599 Cambri Gewissos] Cambrigei missos

Digitized by Google

Kambria compellet fratres committere pugnas
Et damnare suos scelerata morte nepotes.
Scotorum cunei trans Humbrum saepius ibunt
Obstantesque viros periment pietate remota;
Non impune tamen : nam caesus ductor obibit;
Nomen habebit equi qui fiet saevus in illo,
Finibus ex nostris heres expulsus abibit.
Scote, reconde tuos, quos nudas, ocius enses :
Vis tibi dispar erit nostra cum gente feroci.
Corruet urbs Acelud, nec eam reparabit in aevum
Rex aliquis, donec subdatur Scottus duello.
Urbs Sigeni et turres et magna palatia plangunt
Diruta, donec eant ad pristina praedia Cambri.
Kaerperis in portu sua moenia rupta videbit,
Donec eam locuples cum vulpis dente reformet.
Urbs Loel spoliata suo pastore vacabit,
Donec reddat ei cambutam virga Leonis.
Urbs Rutupi portus in littora strata jacebit;
Restaurabit eam galeata nave Rutenus.
Moenia Meneviae reparabit quintus ab illo,
Per quem palla sibi reddetur dempta per annos;
Inque tuo, Sabrina, sinu cadet Urbs Legionum
Amittetque suos cives per tempora longa :
Hos sibi reddet item, cum venerit ursus in agno.
Saxonici reges expulsis civibus urbes,
Rura, domosque simul per tempora longa tenebunt.
Ex his gestabunt ter tres diadema dracones;
Ducenti monachi perimentur in urbe Leyri
Et, duce depulso, vacuabit moenia Saxo.
Qui prior ex Anglis erit in diademate Bruti
Restaurabit item vacuatam caedibus urbem.
Gens fera per patriam prohibebit chrisma sacrare
Inque Dei domibus ponet simulacra deorum.

613 Scottus duello] Scoteus apello — 616 Kaerperis] Kaeptis — 619 cambutam] cambucam

Digitized by Google

Postmodo Roma Deum reddet, mediante cuculla,
Rorabitque domos sacro sacer imbre sacerdos,
Quas renovabit item pastoribus intro locatis.
Legis divinae servabunt jussa subinde,
Plures ex illis et caelo jure fruentur.
Id violabit item gens impia plena veneno
Miscebitque simul violenter fasque nefasque ;
Vendet in extremos fines trans aequora natos
Cognatosque iramque Tonantis inibit.
O sçelus infandum ! Quem Conditor orbis honore
Caeli dignatus cum libertate creavit,
Illum more bovis vendi ducique ligatum !
Cessabis, miserande Deo, qui proditor olim
In dominum fueras, cum primum regna subisti.
Classe supervenient Daci, populoque subacto
Regnabunt breviter, propulsatique redibunt.
His duo jura dabunt, quos laedet acumine caudae
Foederis oblitus pro sceptri stemate serpens.
Indeque Neustrenses ligno trans aequora vecti,
Vultus ante suos et vultus retro ferentes,
Ferratis tunicis et acutis ensibus Anglos
Acriter invadent, periment, campoque fruentur.
Plurima regna sibi submittent atque domabunt
Externas gentes per tempora, donec Erinus
Circumquaque volans virus diffundet in ipsos.
Tum pax atque fides et virtus omnis abibit,
Undique per patrias committent proelia cives,
Virque virum prodet ; non invenietur amicus ;
Conjuge despecta, meretrices sponsus adibit
Sponsaque, cui cupiet, despecto conjuge, nubet.
Non honor ecclesiis servabitur, ordo peribit ;
Pontifices tunc arma ferent, tunc castra sequentur,
In tellure sacra tunc et moenia ponent,
Militibusque dabunt quod deberetur egenis ;

637 Rorabit] Rotabit

Digitized by Google

Divitiis rapti mundano tramite current,
Eripientque Deo quod sacra tyara vetabit.
Tres diadema ferent, post quos favor ille novorum
Quartus erit sceptris, pietas cui laeva nocebit,
Donec sit genitore suo vestitus, ut apri
Dentibus accinctus galeati transeat umbram.
Quatuor ungentur vice, versa summa petentes
Et duo succedent, qui sic diadema rotabunt,
Ut moveant Gallos in se fera bella movere.
Sextus Hibernenses et eorum moenia vertet :
Qui pius et prudens populos renovabit et urbes.
Haec Vortigerno cecini prolixius olim
Exponendo duum sibi mystica bella draconum,
In ripa stagni quando consedimus hausti.
At tu, vade domum morientem visere regem,
O dilecta soror, Thelgesinoque venire
Praecipe : namque loqui desidero plurima secum.
Venit enim noviter de partibus Armoricanis,
Dulcia quo didicit sapientis dogmata Gildae. »

It Ganieda domum, Thelgesinumque reversum,
Defunctumque ducem reperit, tristesque clientes.
Ergo fluens lacrimis, collabitur inter amicos,
Et laniat crines, et profert talia dicens :
« Funera Rodarchi, mulieres, plangite mecum,
Ac deflete virum, qualem non protulit orbis
Hactenus in nostro, quantum discernimus, aevo.
Pacis amator erat ; populo nam jura feroci
Sic dabat, ut nulli jus inferretur ab ullo.
Tractabat sanctum justo moderamine clerum,
Jure regi populo summos humilesque sinebat.
Largus erat, nam multa dabat : vix quid retinebat.
Omnibus omnis erat faciens quodcumque decebat.
Flos equitum, regumque decor, regnique columna,

672 post] per — 677 qui] quia — 679 moenia] nomina

Digitized by Google

Heu mihi ! qui fueras, inopinis vermibus esca
Nunc datus es corpusque tuum putrescit in urna.
Siccine cubile tibi post serica pulchra paratur?
Siccine sub gelido caro candida, regia membra
Condentur saxo, nec eris nisi pulvis et ossa?
Sic equidem : nam sors hominum miseranda per aevum
Ducitur, ut nequeant ad pristina jura reduci.
Ergo nihil prodest pereuntis gloria mundi,
Quae fugit atque redit, fallit laeditque potentes.
Melle suo delinit apes quod postmodo pungit :
Sic, quos demulsit, divertens gloria mundi
Fallit et ingratae collidit verbere caudae.
Fit breve quod praestat ; quod habet durabile non est ;
More fluentis aquae transit quodcumque ministrat.
Quid rosa si rutilet, si candida lilia vernent,
Si sit pulcher homo, vel equus, vel cetera plura?
Ista Creatori, non mundo sunt referenda.
Felices igitur qui perstant corde piato,
Obsequiumque Deo faciunt, mundumque relinquunt !
Illis perpetuo fungi concedet honore
Qui sine fine regit Christus, qui cuncta creavit.
Vos igitur, proceres, vos, moenia celsa laresque,
Vos, nati dulces, mundanaque cuncta relinquo,
Et cum fratre meo silvas habitabo, Deumque
Laeta mente colam nigri cum tegmine pepli. »
Haec ait, atque suo persolvit justa marito,
Signavitque suam cum tali carmine tumbam :
« Rodarchus largus, quo largior alter in orbe
Non erat, hic modica magnus requiescit in urna. »

Venerat interea Merlinum visere vatem
Tunc Telgesinus, qui discere missus ab illo
Quid ventus nimbusve foret : nam mixtus uterque
Tunc simul instabant et nubila conficiebant.

705 Siccine] Set ne

Digitized by Google

Haec documenta dabat, socia dictante Minerva :
« Quatuor ex nihilo produxit Conditor orbis,
Ut fierent rebus praecedens causa creandis
Materiesque simul concordi pace jugata :
Caelum, quod stellis depinxit et altius extat
Et quasi testa nucem circumdans omnia claudit ;
Aera deinde dedit formandis vocibus aptum,
Quo mediante dies et noctes sidera praestant ;
Et mare, quod terras cingit validoque recursu
Quatuor anfractus faciens sic aera pulsat,
Ut generet ventos, qui quatuor esse feruntur ;
Vique sua stantem nec se levitate moventem
Supposuit terram, partes in quinque resectam,
Quarum quae media non est habitanda calore,
Extremaeque duae prae frigore diffugiuntur ;
Temperiem reliquis permisit habere duabus :
Has homines habitant volucresque gregesque ferarum.
Utque darent subitas pluvias, quo crescere fructus
Arboris et terrae facerent aspergine miti,
Adjecit caelo nubes, quae sole ministro
Sicut utres fluviis occulta lege replentur :
Inde per excelsum scandentes aethera sumptos
Diffundunt latices ventorum viribus actae.
Hinc fiunt imbres, hinc nix, hinc grando rotunda,
Cum gelidus madidus movet sua flamina ventus,
Qui nubes penetrans quales facit egerit amnes ;
Naturamque suam zonarum proximitate
Ventorum sibi quisque trahit, dum nascitur illuc.
Post firmamentum, quo lucida sidera fixit,
Aethereum caelum posuit, tribuitque colendum
Coetibus angelicis, quos contemplatio digna
Ac dulcedo Dei reficit miranda per aevum ;
Hoc quoque depinxit stellis et sole corusco,
Indicens legem qua certo limite stella

769 qua] que

Digitized by Google

Per sibi commissum posset discurrere caelum.
Postmodo supposuit lunari corpore fulgens
Aerium caelum, quod per loca celsa redundat
Spirituum cuneis, qui nobis compatiuntur
Et collaetantur, dum sic aliterve movemur,
Suntque preces hominum soliti perferre per auras,
Atque rogare Deum quod sit placabilis illis,
Affectumque Dei somno vel voce referre
Vel signis aliis, ut fiant inde scientes.
At cacodaemonibus post lunam subtus abundat,
Qui nos decipiunt et tentant fallere docti
Et, sibi multotiens ex aere corpore sumpto,
Nobis apparent, et plurima saepe loquuntur,
Quin etiam coitu mulieres aggrediuntur
Et faciunt gravidas generantes more profano.
Sic igitur caelos habitatos ordine terno
Spirituum fecit, foveant ut singula quaeque
Ac renovet mundum renovato germine rerum.
Et mare per species varias distinxit, ut ex se
Proferret rerum formas generando per aevum :
Pars etenim fervet, pars friget, et una, duabus
Temperiem sumens, nobis alimenta ministrat.
Ast ea quae fervet barathrum cum gentibus acris
Circuit et terrae diversis fluctibus orbem
Secernit refluens, ignes ex ignibus augens.
Illic descendunt qui leges transgrediuntur
Postpositoque Deo, quo vult perversa voluntas,
Incedunt, avidi corrumpere quod prohibentur.
Trux ibi stat judex, aequali lance rependens
Cuique suum meritum, condignaque debita solvit.
Altera, quae friget, praetonsas volvit arenas,
Quas secum gignit vicino prima vapore,
Quando suos radios immiscet, stella Diones.

782 loquuntur] sequuntur — 793 terrae] tetri — orbem] orbent — 799 Cuique] Cumque

Digitized by Google

Hanc perhibent Arabes gemmas generare micantes,
Dum peragrat pisces, dum respicit aequora flammis.
Haec virtute sua populis gestantibus ipsas
Prosunt et multos reddunt servantque salubres.
Has quoque per species distinxit, ut omnia, Factor,
Ut discernamus per formas perque colores
Cujus sint generis, cujus virtutis aperte.
Tertia forma maris, quae nostrum circuit orbem,
Proximitate sua nobis bona multa ministrat :
Nutrit enim pisces, et sal producit abunde,
Fertque refertque rates commercia nostra ferentes,
Unde suo lucro subito fit dives egenus;
Vicinam fecundat humum; pascitque volucres,
Quas perhibent ortas illinc cum piscibus esse
Dissimilique tamen naturae jure moventur :
Plus etenim dominatur eis quam piscibus aequor,
Unde leves excelsa petunt per inane volantes,
At pisces suus humor agit reprimitque sub undis,
Nec sunt ut vivant dum sicca luce fruuntur.
Hos quoque per species distinxit factor eorum
Naturamque dedit distinctis, unde per aevum
Mirandi fierent aegrotantique salubres.
Nempe ferunt mullum cohibere libidinis aestum,
Sed reddit caecos jugiter vescentis ocellos.
At qui nomen habet timeos de flore timallus,
Sic quoniam redolet vescentem saepius illo,
Protrahit, ut tales oleant per flumina pisces.
Femineo sexu substracto jure Murenas
Esse ferunt cunctas : coeunt tamen ac renovantur
Multiplicantque suos alieno germine foetus :
Conveniunt etenim per littora saepius angues
Quo degunt, faciuntque sonos ac sibila grati,
Et sic eductis coeunt ex more murenis.

812 abunde] habunda — 820 pisces] piscis — 825 mullum] nullum — 829 oleant] oleat — 832 Multiplicant] Multiplicat

Digitized by Google

Est quoque mirandum quod semipedalis echinus,
Haerens cui fuerit, fixam quasi litore navem
Detinet in ponto nec eam permittet abire,
Donec discedat, tali virtute timendus.
Quemque vocant gladium, quia rostro laedit acuto,
Saepius hunc nantem metuunt accedere navi;
Nam, si sumptus erit, confestim perforat illam
Et mergit sectam subito cum gurgite navem.
Fitque suis cristis metuendus serra carinis,
Quas infigit eis, dum subnatat, atque secatas
Dejicit in fluctus, crista velut ense timendus.
Aequoreusque draco, qui fertur habere venenum
Sub pennis, metuendus erit capientibus illum
Et, quotiens pungit, laedit fundendo venenum.
Ast alias clades torpedo fertur habere;
Nam qui tangit eam viventem, protinus illi
Brachia cum pedibus torpent et cetera membra
Officioque suo quasi mortua destituuntur:
Sic solet esse nocens illius corporis aura.
His Deus ac aliis ditavit piscibus aequor,
Adjecitque suis plures in fluctibus orbes,
Quos habitant homines pro fertilitate reperta,
Quam producit ibi fecundo cespite tellus.
Quarum prima quidem meliorque Britannia fertur,
Ubertate sua producens singula rerum.
Fert etenim segetes, quae nobile munus odoris
Usibus humanis tribuunt reddendo per annum,
Silvas et saltus et ab his stillantia mella,
Aerios montes lateque virentia prata,
Fontes et fluvios, pisces, pecudesque, ferasque,
Arboreos fructus, gemmas, pretiosa metalla,
Et quicquid praestare solet natura creatrix,
Praeterea fontes unda fervente salubres,
Quae fovet aegrotos et balnea grata ministrat

839 virtute] virtuti — 840 gladium] gladum — 856 fluctibus] fructibus

Digitized by Google

Ac subito sanos pellit languore repulso :
Sicut Bladud eos, regni dum sceptra teneret,
Constituit ; nomenque suae corsortis Alaron
Utilis ad plures laticis medicamine morbos,
Sed mage femineos, ut saepius, unda probavit.
Adjacet huic Thanatos, quae multis rebus abundat ;
Mortifero serpente caret tollitque venenum
Si sua cum vino tellus commixta bibatur.
Orchades a nobis nostrum quoque dividit aequor.
Haec tres ter denae sejuncto flumine fiunt ;
Bis denae cultore carent aliaeque coluntur.
Ultima, quae Thule nomen de sole recepit,
Propter solsticium, quod sol aestivus ibidem
Dum facit, avertit radium, ne luceat ultra,
Abducitque dies, ut semper nocte perenni
Aer agat tenebras, faciat quoque frigore pontum
Concretum, pigrumque simul, ratibusque negatum.
Insula post nostram praestantior omnibus esse
Fertur Hibernensis felici fertilitate.
Est etiam major ; nec apes, nec aves, nisi raras,
Educit, penitusque negat generare colubres :
Unde fit ut tellus illinc avecta lapisve,
Si superaddatur, serpentes tollat apesque.
Gadibus herculeis adjungitur insula Gades.
Nascitur hic arbor, cujus de cortice gummi
Stillat, quo gemmae fiunt, superillita jura.
Hesperides vigilem perhibentur habere draconem,
Quem servare ferunt sub frondibus aurea poma.
Gorgades habitant mulieres corporis hirci,
Quae celeri cursu lepores superare feruntur.
Argyre Crisseque gerunt, ut dicitur, aurum
Argentumque simul, ceu vilia saxa Corinthus.
Taprobana viret fecundo cespite grata :

870 Ac] At — 871 Sicut Bladud] sic ac blandus — 879 sejuncto] se juncto — 881 Thule] Ytilic — 889-890-891] 889-891-890 — 895 jura. *A corriger peut-être en* jure

Digitized by Google

Bis etenim segetes anno producit in uno;
Bis gerit aestatem, bis ver; bis colligit uvas
Et fructus alios, nitidis gratissima gemmis.
At Tylos aeterno producit vere virentes
Flores et frondes per tempora cuncta virendo.
Insula Pomorum, quae Fortunata vocatur,
Ex re nomen habet quia per se singula profert.
Non opus est illi sulcantibus arva colonis :
Omnis abest cultus, nisi quem natura ministrat.
Ultro fecundas segetes producit et uvas
Nataque poma suis praetenso germine silvis.
Omnia gignit humus vice graminis ultro redundans.
Annis centenis aut ultra vivitur illic.
Illic jura novem geniali lege sorores
Dant his qui veniunt nostris ex partibus ad se :
Quarum quae prior est, fit doctior arte medendi
Exceditque suas forma praestante sorores;
Morgen ei nomen, didicitque quid utilitatis
Gramina cuncta ferant, ut languida corpora curet;
Ars quoque nota sibi, qua scit mutare figuram
Et resecare novis, quasi Dedalus, aera pennis :
Cum vult, est Bristi, Carnoti, sive Papiae,
Cum vult in nostris ex aere labitur oris;
Hancque mathematicam dicunt didicisse sorores :
Moronoe, Mazoe, Gliten, Glitonea, Gliton,
Tyronoe, Thiten, cithara notissima Thiton.
Illuc post bellum Camblani vulnere laesum
Duximus Arturum, nos conducente Barintho,
Aequora cui fuerant et caeli sidera nota.
Hoc rectore ratis cum principe venimus illuc
Et nos, quo decuit, Morgen suscepit honore,
Inque suis thalamis posuit super aurea regem
Strata, manuque sibi detexit vulnus honesta,

906 At Tylos] Atilis — 913 praetenso] praetonso — 915 vivitur] viviter — 925 nostris] vestris — 928 Thiton] Thiten — 930 Arturum] arcturum — 935 Strata] Stulta

Digitized by Google

Inspexitque diu, tandemque redire salutem
Posse sibi dixit, si secum tempore longo
Esset et ipsius vellet medicamine fungi.
Gaudentes igitur regem commisimus illi
Et dedimus ventis redeundo vela secundis. »

Tunc Merlinus ad haec ait : « O dilecte sodalis,
Postmodo quanta tulit violato foedere regnum,
Ut modo, quod fuerat, non sit ! Nam sorte sinistra
Subducti proceres ac in sua viscera versi
Omnia turbarunt, ut copia divitiarum
Fugerit ex patria, bonitasque recesserit omnis,
Et desolati vacuent sua moenia cives.
Insuper incumbit gens Saxona marte feroci,
Quae nos et nostras iterum crudeliter urbes
Subvertit, legemque Dei violabit et aedes.
Nempe Deus nobis, ut corrigat insipientes,
Has patitur clades ob crimina nostra venire. »
Nondum desierat, cum talia producit alter :
« Ergo necesse foret populo transmittere quemdam
Et mandare duci festina nave redire,
Si jam convaluit, solitis ut viribus hostes
Arceat et cives antiqua pace reformet. »
— « Non, Merlinus ait, non sic gens illa recedet,
Ut semel in vestris ungues infixerit hortis.
Regnum namque prius populosque jugabit et urbes,
Viribus atque suis multis dominabitur annis.
Tres tamen ex nostris magna virtute resistent,
Et multos periment, et eos in fine domabunt.
Sed non perficient, quia sic sententia summi
Judicis existit, Britones ut nobile regnum
Temporibus multis amittant debilitate,
Donec ab Armorico veniet temone Conanus
Et Cadvaladrus, Cambrorum dux venerandus,

948 Saxona marte] saxon a marce — 959 hortis] ortis — 968 dux] dum

Digitized by Google

Qui pariter Scotos, Cambros, et Cornubienses,
Armoricosque viros sociabunt foedere firmo,
Amissumque suis reddent diadema colonis,
Hostibus expulsis, renovato tempore Bruti,
Tractabuntque suas sacratis legibus urbes.
Incipient reges iterum superare remotos
Et sua regna sibi certamine subdere forti.
Nemo superstes erit tunc ex his qui modo vivunt. »
Telgesinus ait: « Nec tot fera proelia quemquam
Inter concives quot te vidisse putamus. »
— « Sic equidem, Merlinus ait. Nam tempore multo
Vixi, multa videns et de nostratibus in se
Et de barbarica turbanti singula gente.
Crimen quod memini, cum Constans proditus esset
Et defugissent parvi trans aequora fratres
Uter et Ambrosius : coeperunt ilico bella
Per regnum fieri, quod tunc rectore carebat.
Vortigernus enim, consul Gewissus, in omnes
Agmina ducebat, patrias ut subderet illas,
Laedens innocuos miseranda clade colonos.
Denique vi subita rapuit diadema, peremptis
Nobilibus multis, et regni cuncta subegit.
Ast hi qui fuerant cognato sanguine juncti
Fratribus, id graviter tolerantes, igne cremare
Coeperunt cunctas infausti principis urbes
Et turbare suum crudeli milite regnum,
Nec permiserunt illum cum pace potiri.
Anxius ergo manens, cum non obstare rebelli
Quivisset populo, parat invitare remotos
Ad sua bella viros, quibus obvius iret in hostes.
Mox ex diversis venerunt partibus orbis
Pugnaces turmae, quas excipiebat honore.
Saxona gens etiam curvis advecta carinis

974 Incipient] incipiunt — 987 subderet] ducéret — 1000 Pugnaces] Pugnatos

Digitized by Google

Ejus ad obsequium galeato milite venit.
Huic duo praefuerant audaci pectore fratres
Horsus et Hengistus, qui proditione nefanda
Postmodo laeserunt populos laesereque urbes.
Postquam namque ducem famulantes sedulitate
Attraxere sibi, cives quoque lite propinqua
Viderunt motos, leviter quo subdere regem
Possent, in populos verterunt arma feroces,
Ruperuntque fidem, proceres quoque praemeditata
Fraude necaverunt sedentes ferme vocatos
Insimul, ut pacem secum foedusque jugarent,
Truseruntque ducem nivei trans ardua montis.
Quae sibi de regno coepi cantare futura.
Inde domos patriae peragrantes igne cremabant
Et nitebantur sibimet submittere cuncta;
At Vortimerus, cum tanta pericula regni
Expulsumque patrem Bruti vidisset ab aula,
Assensu populi sumpsit diadema, feramque
Invasit gentem, concives dilaniantem,
Atque coegit eam per plurima bella redire
In Thanatum, qua classis erat quae vexerat illam ;
Sed, dum diffugerent, bellator corruit Horsus
Et plures alii, nostris perimentibus illos.
Inde secutus eos circumdedit obsidione
Ilico rex Tanathum, terraque marique resistens ;
Sed non praevaluit subito : nam classe potiti
Vi magna fecere viam, ductique per aequor
Exegere suam festino remige terram.
Ergo, triumphato bellis victricibus hoste,
Fit Vortimerus rector venerandus in orbe
Attrectando suum justo moderamine regnum.
Sed soror Hengisti successus Ronvena tales
Indignando ferens, protectaque fraude, venenum

1005 laesereque] laesere quod — 1006 famulantes] famulatus — 1010 praemeditata] premeditatos — 1017 tanta] causa — 1022 vexerat] vexarat — 1033 Ronvena] renua

Digitized by Google

Miscuit, existens pro fratre maligna noverca,
Et dedit ut biberet, fecitque perire bibentem,
Confestimque suo mandavit trans freta fratri
Ut remearet item cum tot tantisque catervis,
Quot sibi pugnaces possent submittere cives.
Sic igitur fecit: nam tantus in agmina nostra
Venit, ut eriperet cunctis sua praedia pugnans,
Et loca per patrias penitus combureret igne.
Haec ita dum fierent, in finibus Armoricanis
Uter et Ambrosius fuerant cum rege Budico.
Jam gladio fiunt cincti belloque probati,
Et sibi diversas sociabant undique turmas,
Ut peterent natale solum gentesque fugarent,
Quae tunc instabant patriam vastare paternam.
Ergo dedere suas ventoque marique carinas
Praesidioque suis concivibus applicuerunt.
Nam Vortigernum per Cambrica regna fugatum
Inclusumque sua pariter cum turre cremarunt.
Enses deinde suos vertere recenter in Anglos,
Congressique simul vincebant saepius illos
Et, vice transversa, devincebantur ab illis;
Denique, consertis magno conamine dextris,
Instant nostrates, et laedunt acriter hostes,
Hengistumque necant, Christoque volente triumphant.
His igitur gestis, cleri populique favore
Ambrosio regnumque datur regnique corona,
Postmodo quam gessit tractando singula juste.
Emensis autem per lustra quaterna diebus,
Proditur a medico moriturque bibendo venenum.
Mox germanus ei successit junior Uter,
Nec primum potuit regnum cum pace tueri:
Perfida gens etenim domum consueta redire
Venerat et solita vastabat cuncta phalange.

1041 pugnans] pregnans — 1044 Budico] Biduco — 1045 cincti] cuncti — 1048 Quae] quod — 1056 consertis] consortis — 1066 domum] demum

Digitized by Google

Oppugnavit eam saevis congressibūs Uter
Et pepulit victam trans aequora remige verso.
Mox reformavit posito certamine pacem
Progenuitque sibi natum, qui postmodo talis
Extitit, ut nulli fieret probitate secundus.
Arturus sibi nomen erat regnumque per annos
Obtinuit multos, postquam pater Uter obivit.
Idque dolore gravi gestum fuit atque labore
Et nece multorum per plurima bella virorum ;
Nam, dum praedictus princeps langueret, ab Angla
Venerat infidus populus, cunctasque per enses
Trans Humbrum patrias submiserat ac regiones,
Et puer Arturus fuerat, nec debilitate
Aetatis poterat tantas compescere turmas.
Ergo, consilio cleri populique recepto,
Armorico regi mitens mandavit Hoelo
Ut sibi praesidio festina classe rediret.
Sanguis enim communis eos sociabat amorque,
Alter ut alterius deberet damna levare.
Mox igitur collegit Hoel ad bella feroces
Circumquaque viros, et multis militibus ad nos
Venit, et Arturo sociatus perculit hostes,
Saepius aggrediens, et stragem fecit acerbam.
Hoc socio securus erat fortisque per omnes
Arturus turmas, dum progrederetur in hostes.
Quos tandem vicit, patriamque redire coegit,
Composuitque suum legum moderamine regnum.
Mox quoque submisit post haec certamina Scotos
Atque Hibernenses convertens bella feroces.
Supposuit patrias illatis viribus omnes,
Et Norwegenses trans aequora lata remotos
Subdidit et Dacos invisa classe petitos ;
Gallorum populos caeso Frollone subegit,

1079 regiones] periones — 1083 Hoelo] Hoeli — 1089 perculit] pertulit — 1096 Atque] ac

Digitized by Google

Cui curam patriae dederat romana potestas ;
Romanos etiam bello sua regna petentes
Obpugnans vicit, procuratore perempto
Hiberio Lucio, qui tunc collega Leonis
Induperatoris fuerat jussuque senatus
Venerat, ut fines Gallorum demeret illi.
Ceperat interea nostrum sibi subdere regnum
Infidus custos Modredus desipiensque
Illicitam venerem cum conjuge regis agebat.
Rex etenim transire volens, ut fertur, in hostes,
Reginam regnumque suum commiserat illi ;
Ast, ut fama mali tanti sibi venit ad aures,
Distulit hanc belli curam patriamque revertens
Applicuit multis cum millibus, atque nepotem
Obpugnans pepulit trans aequora diffugientem.
Illic collectis vir plenus proditione
Undique Saxonibus coepit committere pugnam
Cum duce, sed cecidit deceptus gente profana,
In qua confisus tantos inceperat actus.
O quantas hominum strages matrumque dolores,
Quarum conciderant illic per proelia nati !
Illic rex etiam letali vulnere caesus
Deseruit regnum, tecumque per aequora vectus,
Ut praedixisti, nympharum venit ad aulam.
Ilico Modredi duo nati, regna volentes
Subdere quisque sibi, coeperunt bella movere
Alternaque sŭos prosternere caede propinquos.
Deinde nepos regis, dux Constantinus, in illos
Acriter insurgens populos laniavit et urbes,
Prostratisque simul crudeli morte duobus
Jura dedit populo regni diademate sumpto.
Nec cum pace fuit, quoniam cognatus, in illum
Proelia dira movens, violavit cuncta Conanus,

1104 Hiberio... collega Leonis] Hybero... collegaque Legnis — 1108 custos] iustos

Digitized by Google

Proripuitque sibi regiones, rege perempto,
Quas nunc debiliter nec cum ratione gubernat. »

Hoc illo dicente, cito venere clientes,
Et dixere sibi fontem sub montibus illis
Erupisse novum, laticesque refundere puros,
Qui jam manantes longe per concava vallis
Girabant saltus refluo cum murmure lapsu.
Mox igitur spectare novum consurgit uterque
Festinus fontem, visoque resedit in herba
Merlinus, laudatque locum lymphasque fluentes,
Et miratur eas de cespite taliter ortas.
Moxque siti captus se proclinavit in amnes,
Potavitque libens, et tempora proluit unda :
Utque per internos alvi stomachique meatus
Humor iit laticis subsedavitque vaporem
Corporis interni, confestim mente recepta,
Sese cognovit, rabiem quoque perdidit omnem,
Et, qui torpuerat per longum tempus in illo,
Sensus rediit, mansitque quod ante manebat,
Sanus et incolumis, rursus ratione recepta.
Ergo Deum laudans vultus ad sidera tollit,
Edidit et voces devoto famine tales :
« O rex, siderea quo constat machina caeli,
Quo mare, quo tellus, laeto cum germine, foetus
Dantque foventque suos, crebroque juvamine prosunt
Humano generi profusa fertilitate,
Quo sensus rediit mentisque revanuit error,
Raptus eram mihimet, quasi spiritus acta sciebam
Praeteriti populi praedicebamque futura,
Tunc rerum secreta sciens, volucrumque volatus,
Stellarumque vagos motus, lapsusque natantum.
Id me vexabat naturalemque negabat
Humanae menti districta lege quietem :
Nunc in me redii videorque vigore moveri,
Quo vegetare meos animus consueverat artus.

Digitized by Google

Ergo, summe pater, tibi sic obnoxius esse
Debeo, condignas ut digno pectore laudes
Dicam, semper agens laetus libamina laeta.
Bis etenim tua larga manus mihi profuit uni
Munere dando novum viridi de cespite fontem :
Nam modo possideo latices quibus ante carebam,
Et reducem capitis sumpsi potando salutem.
Ista sed unde venit vis, o dilecte sodalis,
Ut fons iste novus sic effluit atque reformet
Me mihi, qui fueram quasi vecors hactenus ex me ? »
Telgesinus ait : « Rerum moderator opimus
Flumina per species divisit et addidit ultro
Cuique suas vires, ut prosint saepius aegris.
Sunt etenim fontes, fluviique, lacusque per orbem,
Qui virtute sua multis et saepe medantur.
Albula namque rapax Romae fluit amne salubri,
Quem sanare ferunt certo medicamine vulnus.
Manat in Italia fons alter, qui Ciceronis
Dicitur : hic oculos ex omni vulnere curat.
Ethiopes etiam stagnum perhibentur habere,
Quo velut ex oleo facies perfusa nitescit.
Affrica fert fontem, qui vulgo Zema vocatur :
Potus dat voces subita virtute canoras.
Dat lacus Italiae Clitorius taedia vini.
Qui de fonte Chios potant perhibentur hebere.
Fertur habere duos tellus Beotica fontes :
Hic facit inmemores, memores facit ille bibentes.
Continet ipsa lacum tam dira peste nocivum,
Ut generet furias nimiaeque libidinis aestum.
Fons Cyzicus venerem venerisque repellit amorem.
Campana regione fluunt, ut dicitur, amnes
Qui faciunt steriles fecundas flumine poto ;
Idem dicuntur furias abolere virorum.

1176 unde... vis] inde... bis — 1181 Cuique] cumque — 1192 Clitorius] dictonus — 1193 hebere] habere — 1194 Beotica] Boetica — 1196 nocivum] votivum — 1198 Cyzicus] syticus

Digitized by Google

Ethiopum tellus fert rubro flumine fontem :
Qui bibit ex illo, lymphaticus inde redibit.
Fons Lentus fieri nunquam permittit abortum.
Sunt duo Siciliae fontes : steriles facit alter,
Alter fecundat geniali lege puellas.
Flumina Thessaliae duo sunt virtutis opimae :
Hoc potans nigrescit ovis, candescit ab illo,
Ast ab utroque bibens variato vellere degit.
Clitumnus lacus est quem continet Umbrica tellus :
Hic aliquando boves fertur producere magnos.
Inque Reatina fit equorum dura palude
Ungula confestim, dum progrediuntur arenas.
Asphaltite lacu Judeae corpora mergi
Nequaquam possunt, vegetat dum spiritus illa.
At contra stagnum Sygen fert Indica tellus,
Quo res nulla natat, sed mergitur ilico fundo.
Et lacus est Aloe, quo res non mergitur ulla,
Omnia sed fluitant, quamvis sint plumbea saxa.
Fons quoque Marsidiae compellit saxa natare.
Stix fluvius de rupe fluit perimitque bibentes :
Has clades ejus testatur Achadia tellus.
Fons Ydumeus quater immutando diebus
Mira lege suos fertur variare colores :
Pulverulentus enim, viridisque fit ordine verso,
Fit quoque sanguineus, fit limpidus amne decoro.
Ex his per ternos unum retinere colorem
Asseritur menses, semper volventibus annis.
Rogotis lacus est : ejus quoque profluit unda :
Ter fit amara die, ter dulci grata sapore.
Epiri de fonte faces ardere feruntur
Extinctae, rursusque suum deponere lumen.
Sed algere die perhibetur fons Garamantum
Et vice transversa tota fervescere nocte,

1206 fecundat] fecundans — 1214 Aphaltite] A falcique — 1221 bibentes] bidentes — 1225 Pulverulentus] Pulverilentus — 1229 Rogotis. *Déformation de* Trōglŏdȳtis, *métriquement impossible* — 1133 Sed] sic

Digitized by Google

Ut neget accessum prae frigore praeque calore.
Sunt et aquae calidae multae fervore manantes,
Fervoremque trahunt dum perlabuntur alumen
Aut sulphur, quibus est vis ignea grata medendi.
His aliisque Deus ditavit viribus amnes,
Ut fierent aegris subitae medicina salutis
Et manifestarent quanta virtute Creator
Praemineat rebus, dum sic operatur in illis.
Hos etiam latices summa ratione salubres
Esse reor subitamque reor conferre medelam
Nunc potuisse novo sic erumpendo liquore.
Hi modo sub terra per concava caeca fluebant,
Ut plures alii qui submanare feruntur.
Forsitan excursus illorum, praepediente
Obice vel saxi vel terrae pondere lapsae,
Retrogradum cursum facientes arbitror illos
Paulatim penetrasse solum fontemque dedisse.
Sic plûres manare vides iterumque redire
Sub terram rursusque suas tenuisse cavernas. »
Haec ita dum gererent, rumor discurrit ubique
In Calidone novum silvis erumpere fontem,
Sanatumque virum, postquam potavit ab illo,
Tempore qui multo rabie corruptus et isdem
Extiterat silvis, ritu vivendo ferarum.
Mox igitur venere duces proceresque videre
Et collaetari curato flumine vati;
Cumque statum patriae per singula notificassent
Atque rogaretur sua sceptra resumere rursus
Et tractare suam solito moderamine gentem,
Sic ait : « O juvenes, mea non hoc exigit aetas,
In senium vergens, quae sic mihi corripit artus,
Ut vix praeteream laxatis viribus arva.
Jam satis exegi longaevo tempore laetos
Glorificando dies, mihi dum rideret abundans

1236 multae... manantes] multos... minantes — 1245 potuisse] potuere

Digitized by Google

Copia magnarum profuse divitiarum.
Roboris annosi silva stat quercus in ista,
Quam sic exegit consumens cuncta vetustas,
Ut sibi deficiat succus penitusque putrescat.
Hanc ego, cum primum coepisset crescere, vidi
Et glandem, de qua processit, forte cadentem,
Dum super astaret picus ramumque vibraret.
Hic illam crevisse suo jam paene sedebam,
Singula prospiciens tunc et verebar in istis
Saltibus atque locum memori cum mente notavi.
Ergo diu vixi ; mea me gravitate senectus
Detinuit dudum ; rursus regnare recuso :
Me Calidonis opes viridi sub fronde manentem
Delectant potius quam, quas fert India, gemmae,
Quam, quod habere Tagus per littora dicitur, aurum,
Quam segetes Siculae, quam dulcis Methidis uvae,
Aut celsae turres, aut cinctae moenibus urbes,
Aut fraglascentes Tyrio medicamine vestes.
Res mihi nulla placet, quae me divellere possit
Ex Calidone mea me judice semper amoena.
Hic ero, dum vivam, pomis contentus et herbis,
Et mundabo meam pia per jejunia carnem,
Ut valeam fungi vita sine fine perenni. »

Haec dum dicebat, proceres super aethera cernunt
Agmina longa gruum, flexo per inane volatu :
Ordine gyrantes per littora certa videri
Possunt, intructa liquido super aere turma.
Haec admirantes Merlinum dicere poscunt
Quid certe fuerat, quod tali more volarent.
Mox Merlinus eis : « Volucres, ut cetera plura,
Natura propria ditavit Conditor orbis :
Sic didici multis silvis habitando diebus.

1275 vibraret] videret — 1276-1277 *Texte sans doute altéré, que je ne sais comment rétablir* — 1284 Siculae] situle — 1294 Videri] videre — 1295 Possunt instructa] Posset in exstructa

Digitized by Google

Est igitur natura gruum, dum celsa pererrant,
Si plures assint, ut earum saepe volatu
Aut hanc aut aliam videamus inesse figuram.
Una modo clamando monet servare volando
Turbatus solitis ne discrepet ordo figuris :
Cui, dum raucescit, subit altera deficienti.
Excubias noctis faciunt custosque lapillum
Sustinet in digitis, dum vult expellere somnos ;
Cumque vident aliquos, subito clamore citantur.
Pennae nigrescunt cunctarum quando senescunt.
Ast aquilae, quae nomen habent ab acumine visus,
Obtuitus tanti prae cunctis esse feruntur,
Ut perferre queant non flexo lumine solem :
Ad radium pullos suspendunt, scire volentes,
Illo vitato, ne degener exstet in illis.
Immotis sublime manent super aequora pennis
Aspiciuntque suas imo sub gurgite praedas :
Ilico descendunt rapido per inane volatu
Et rapiunt pisces, ut poscit origo, natantes.
Postposito coitu, sine semine saepe mariti,
Concipit et generat dictu mirabile vultur.
Haec, per celsa volans aquilarum more, cadaver
Naribus elatis longe trans aequora sentit,
Quod, quamvis tardo, non horret adire volatu,
Ut sese valeat praeda satiare cupita.
Idem centenis robustus vivit in annis.
Nuntia veris avis crepitante ciconia rostro
Dicta fovere suos in tantum sedula natos,
Exuat ut proprias nudato pectore plumas.
Haec, cum bruma venit, fertur vitare procellas
Et fines Asiae ductu cornicis adire.
Pascit eam pullus senio, cum deficit aetas,
Quot depavit, cum jam debuit, ipsa diebus.

1306 Cui] Aut — 1316 Immotis] In montis — 1317 Aspiciunt] Aspirant — 1319 natantes] patantis — 1333 Quot] Quod — cum] eum

Digitized by Google

Excedit volucres dulci modulamine cunctas
Cum moritur cignus, nautis gratissimus ales.
Hunc in Hyperboreo perhibent accedere tractu
Ad cantum citharae per littora forte sonantis.
Strucio, quae ponit sub pulvere, deserit ova,
Ut foveantur ibi, dum negligit ipsa fovere.
Inde creantur aves radio pro matre cubante.
Ardea, cum pluvias tempestatesque perhorret,
Evolat ad nubes, ut tanta pericula vitet ;
Hinc illam subitos dicunt portendere nimbos,
Sublimem quotiens spectant super aethera nautae.
Unica semper avis divino munere phoenix
In terris Arabum redivivo corpore surgit ;
Cumque senescit, adit loca fervidiora calore
Solis, et ingentes ab aromate jungit acervos,
Componitque rogum, quem crebris motibus alae
Succendit, ferturque super, penitusque crematur.
Producit volucrem pulvis de corpore facta,
Et fit item phoenix hac lege novata per aevum.
Nidificare volens fert cinnamum cinomolgus
Aedificatque suum procero robore nidum.
Illinc pennatis homines abducere telis
Student, cinnamum soliti transmittere venum.
Alcion avis est, quae stagna marina frequentat,
Aedificatque suos hiemali tempore nidos.
Dum cubat, aequora sunt septem tranquilla diebus,
Et venti cessant, tempestatesque remissae
Impendunt placidam volucri famulando quietem.
Psitacus humanam proprio modulamine vocem,
Dum non spectatur, prorsus proferre putatur :
Intermiscet *ave* verbis et *chere* jocosis.
Est pelicanus avis pullos consueta necare
Et confusa tribus lugere dolore diebus;

1339 negligit] negligat — 1351 facta] facto — 1353 cinnamum] cinnom — 1354 procero] pro cero — 1356 Student cinnamum] moverunt cumulum

Digitized by Google

Denique supposito laniat sua corpora rostro,
Et scindens venas educit sanguinis undas,
Et vitae reduces reddit rorando volucres.
Dum diomedeae lacrimosa voce resultant
Et faciunt planctus, subitam portendere mortem
Dicuntur regum vel magna pericula regni;
Cumque vident aliquem, discernunt ilico quis sit,
Barbarus an Graecus : nam Graecum plausibus alae
Et blandimentis adeunt laeteque resultant;
Circueunt alios, pennisque feruntur iniquis,
Horrentique sono velut hostes aggrediuntur.
Mennonides quinto semper dicuntur in anno
Mennonis ad tumulum longo remeare volatu
Et deflere ducem Trojano marte peremptum.
Fert quoque mirandam splendens hircinea pennam
Nocte sub obscura, quae fulget ut ignea lampas
Atque ministrat iter, si praeportetur eunti.
Quando nidificat, devellit ab arbore picus
Clavos et cuneos quos non divelleret ullus,
Cujus ab impulsu vicinia tota resultant. »

His igitur dictis, quidam vesanus ad illos
Accessit subito, ceu sors conduxerat illum.
Terrifico clamore nemus complebat et auras
Et quasi saevus aper spumabat bella minando.
Ocius ergo virum capiunt secumque sedere
Cogunt, ut moveat risusque jocosque loquendo.
Inspiciens igitur vates attentius illum,
Quis fuerit, recolit gemitumque reducit ab imo
Pectore, sic dicens : « Non haec fuit ejus imago
Olim, dum nobis juvenilis floruit aetas.
Pulcher enim, fortis fuerat tunc tempore miles,
Et quem nobilitas regumque ferebat origo.
Hunc mecum pluresque simul tunc dives habebam,
Totque bonis sociis felix censebar eramque.

1373 quis] quid — 1381 hircinea] circinea — 1388 ceu] seu

Digitized by Google

Accidit interea, dum venaremur in altis
Montibus Argustli, nos devenisse sub una,
Quae patulis ramis surgebat in aera, quercu.
Fons ibi manabat viridi circumdatus herba,
Cujus erant latices humanis haustibus apti :
Ergo siti pariter correpti sedimus illic
Et fontis puros avide libavimus amnes.
Deinde super teneras solito conspeximus herbas
In rivo fontis redolentia poma jacere :
Mox ea collegit qui primus adhaeserat iste
Porrexitque mihi subito pro munere ridens.
Ergo distribui data poma sodalibus et me
Expertem feci, quia non suffecit acervus.
Riserunt alii, quibus impertita fuerunt,
Meque vocant largum, cupidis quoque faucibus illa
Aggrediendo vorant et pauca fuisse queruntur.
Nec mora, corripuit rabies miserabilis istum
Et cunctos alios, qui mox ratione carentes
More canum sese lacerant mordendo vicissim,
Strident, et spumant, et humi sine mente volutant,
Denique digressi sunt illinc more lupino,
Complentes vacuas miseris ululatibus auras.
Haec mihi, non illis, velut aestimo, poma dabantur,
Postmodo ceu didici ; nam tunc in partibus illis
Una fuit mulier, quae me dilexerat ante
Et mecum multis venerem satiaverat annis.
Hanc, postquam sprevi secumque coire negavi,
Ut me damnaret, rapuit mox laeva voluntas ;
Cumque movens aditus alios reperire nequiret,
Apposuit fonti superillita dona veneni,
Quo rediturus eram, meditans hac arte nocere,
Si fruerer pomis in gramine forte repertis.
At me sors melior sic conservavit ab illis,
Ut modo praedixi. Sed eum compellere quaeso

1403 surgebat] surgebant — 1424 Ceu] seu

Digitized by Google

Hoc de fonte novo lymphos potare salubres,
Ut, si forte suam possit rehabere salutem,
Se cognoscat item mecumque laboret in istis
Saltibus in Domino, dum postera vita manebit. »
Sic igitur fecere duces, sumptoque liquore
Redditur ille sibi, qui vecors venerat illuc,
Cognovitque suos subito curatus amicos.
Tunc Merlinus ait : « Tibi nunc constanter eundum
Est in agone Dei, qui te tibi reddidit, ut nunc
Ipsemet inspectas, qui per deserta tot annis
Ut fera vixisti sine sensu turpis eundo,
Ne modo diffugias frutices ratione recepta
Aut virides saltus quos jam lymphando colebas,
Sed mecum maneas, ut, quos tibi surripiebat
Vis verunca, dies iterum reparare labores
Obsequio Domini, quod erit per singula mecum
Ex hoc nunc commune tibi, dum vivit uterque. »
Ergo sub hoc Maeldinus ait (nam nomine tali
Dictus erat) : « Non hoc, pater o venerande, recuso :
Laetus enim tecum silvas habitabo Deumque
Tota mente colam, tremulos dum rexerit artus
Spiritus iste meos, quem te doctore piabo. »
— « Sic et ego faciam vobiscum, tertius auctus,
Telgesinus ait, despecto themate mundi.
Jam satis exegi vivendo tempora vane
Et nunc tempus adest, quo me mihi, te duce, reddam. »
— « Vos, sed abite, duces, urbes defendere vestras :
Non decet ut nostram vestro sermone quietem
A modo turbetis : satis applausistis amico. »

Discedunt proceres : remanent tres, et Ganieda
Quarta, soror vatis ; sumpta quoque denique vitta,
Ducebat vitam regis post fata pudicam ;
Quae modo tot populos indicto jure regebat,

1465 vitta] vita

Digitized by Google

Nunc cum fratre sibi silvis nil dulcius exstat.
Hanc etiam quandoque suus rapiebat ad alta
Spiritus, ut caneret de regno saepe futura.
Ergo die quadam, cum fratris staret in aula
Inspiceretque domos radiantes sole fenestra,
Edidit has dubias dubio de pectore voces :
« Cerno Ridichenam galeatis gentibus urbem
Impletam sacrosque viros sacrasque tyaras
Nexibus addictos, sic consiliante juventa.
Pastor in excelsa mirabitur edita turris
Et reserare sui cogetur fictile damni.
Cerno Kaerloyctoyc vallatam milite saevo
Inclusosque duos, quorum divellitur alter,
Ut redeat cum gente fera cum principe Vallis
Et vincat rapto saevam rectore catervam.
Heu! quantum scelus est, capiant ut sidera solem
Cui sullabuntur, nec vi nec marte coacta.
Inspicio binas prope Kaerwent in aere lunas
Gestarique duos nimia feritate leones
Inque duos homines unus miratur et alter
In totidem, pugnamque parant, et cominus astant.
Insurgunt alii, quartumque ferocibus armis
Acriter obpugnant, nec praevalet ullus eorum.
Perstat enim, clypeumque movet, telisque repugnat,
Et victor ternos confestim proterit hostes,
Impellitque duos trans frigida regna Boetes,
Dans alii veniam, qui postulat : ergo per omnes
Diffugiunt partes totius sidera campi ;
Armoricanus aper, quercu protectus avita,
Abducit lunam gladiis post terga rotatis.
Sidera bina feris video committere pugnam
Colle sub Urgenio, quo convenere Deyri
Gewissique simul magno regnante Cohelo.

1469 suus] suis — 1480 divellitur] divelliter — 1485 Kaerwent] Kaerwen — 1499 Convenere] convenire

Digitized by Google

O quanto sudore viri tellusque cruore
Manat, in externas dum dantur vulnera gentes !
Concidit in latebras collisum sidere sidus
Absconditque suum renovato lumine lumen.
Heu ! quam dira fames incumbit ! ut arcuat alvos
Evacuatque suis populorum viribus artus !
Incipit a Kambris, peragratque cacumina regni,
Et miseras gentes aequor transire coercet.
Diffugiunt vituli consueti vivere lacte
Vaccarum Scotiae, morientium clade nefanda.
Iteque, Neustrenses ! cessate diutius arma
Ferre per ingenuum violento milite regnum !
Non est unde gulam valeatis pascere vestram :
Consumpsistis enim quicquid natura creatrix
Fertilitate bona dudum produxit in illa.
Christe, tuo populo fer opem : compesce leones ;
Da regno placidam bello cessante quietem. »
Non super hoc tacuit ; commiranturque sodales
Germanusque suus. Qui mox accessit ad illam
Hocque modo verbis applaudens fertur amicis :
« Tene, soror, voluit res praecantare futuras
Spiritus osque meum compescuit atque libellum?
Ergo tibi labor iste datur : laeteris in illo
Auspiciisque meis devote singula dicas. »

Duximus ad metam carmen : vos ergo, Britanni,
Laurea serta date Gaufrido de Monemuta.
Est enim vester ; nam quondam proelia vestra
Vestrorumque ducum cecinit scripsitque libellum,
Quem nunc Gesta vocant Britonum, celebrata per orbem.

1501 quanto] quanta — 1505 arcuat] arceat — 1506 suis] suos — 1512 ingenuum] ingenium — 1522 libellum. *A corriger peut-être en* labellum — 1526 Monemuta] Monumeta

Digitized by Google

INDEX

L'index ne concerne que les textes du tome III.

Les numéros renvoient aux pages.

On a établi autant d'articles qu'il y a de personnages différents à distinguer sous un même nom.

Quand le nom d'un même personnage revient plusieurs fois dans la même page, le numéro de cette page n'a pourtant été relevé qu'une seule fois.

Quand il n'est pas possible de reconnaître avec certitude si deux noms désignent une même personne ou deux personnes différentes, on a établi deux articles.

Quand les formes d'un même nom sont par trop différentes les unes des autres, elles ont été classées en des articles différents, mais avec renvoi d'un article à l'autre.

I. Noms de personnes

A. — Historia Britonum.

Aballac 51.
Aballac 53.
Abir 15. *Cf.* Tibir.
Abloyc 50, 57.
Abraham 4, 5.
Adam 4, 5, 10, 14, 15.
Adda 39, 42.
Adjuvandus 54.
Adlsing 42.
Adomnan 47.
Aeadlric 39. *Cf.* Eadric.
Aed 49.
Aedan 55, 56.
Aedelstan 50.
Aedgum 41. *Cf.* Edguin.
Aedibrith 39.
Aedlfred Flesaur 39. *Cf.* Aelfret, Eadfered, Eadlfred, Eadlfrid.
Aedlric 42.
Aelfguin 39.
Aelfled 50.
Aelfret 39. *Cf.* Aedlfred Flesaur, Eadfred, Eadlfrid.
Aeneas, 7, 8, 9, 11, 15. *Cf.* Anenee.
Aeta Glinmaur 42.
Aetern 51.
Agnomen 11.
Agustinus Mellitus 45.
Aidan 46.
Ailguin, *Cf.* Ecgfird.
Aircol 51.

Digitized by Google

Alaneus. *Cf.* Alanus.
Alanius. *Cf.* Alanus.
Alanus (*var.* Alaneus, Alanius) 8, 14, 15.
Alaxander 54.
Alaximus 54.
Albanus 15.
Albanus 54.
Albrit 49.
Alcfrid 39.
Alchfrid (*var.* Alchfrit) 47. *Cf.* Ecgfrid.
Alchfrit. *Cf.* Alchfrid.
Aldul 40.
Alguing 41.
Alhun 42.
Alli 40, 43.
Almannus 14.
Aluson 39.
Amalech 51.
Amathea 36.
Ambrosius 21.
Ambrosius 22, 23, 32, 44. *Cf.* Embreis.
Amguoloyt 51.
Amolgith 37.
Amor 55.
Anaaurauht 5.
Anaraut 49.
Anaraut 52.
Anchises 8, 15.
Anenee 8. *Cf* Aeneas.
Anfrid 39.
Angaes 97.
Angarad 97.
Anguerit 51.
Anir 61.
Anna 51, 53.
Anthec 52
Anthun 52.
Antonius 54.
Antun 54.
Argabastes 21.
Armenon 14, 15.
Aron 54.
Artan 56.
Artbodgu 56.
Arthgal 52
Arthgen 48.
Arthgen 56.
Artgloys 56.
Arthur 38, 39, 45, 51. *Cf.* Arthurus.
Arthurus 61. *Cf.* Arthur.
Artmail 50.
Artmail 56.
Ascanius 7, 8, 9, 11, 15. *Cf.* Astanus.
Asser 49.
Astanus 8. *Cf.* Ascanius.
Atrorys 56.
Atroys 56.
Augustus. *Cf.* Octavianus.
Aurilianus 54.
Aurthach 15. *Cf.* Ethath.
Auxilius 36.

Barmbtruch. *Cf.* Guurgint.
Bath (*var.* Baath) 14, 15.
Bearnoch 39.
Bebbab 43.
Beda 47.
Beldeg (*var.* Beldeyg) 39 41.
Beldeyg. *Cf.* Beldeg.
Beli 47, 52.
Beli 46, 51.
Beli 51, 53.
Beli 52.
Belin 46.
Bellimus (*var.* Bellinus), 16, 17.
Bellinus. *Cf.* Bellimus.
Benignus 45.
Benli 23. *Cf.* Henli.
Beornec 39.

Digitized by Google

Birdei 39.
Bleydiud 54.
Bluchbard 42.
Bodgen 56.
Bodug 55.
Bogarus (*var.* Boguarus) 14, 15.
Boguarus. *Cf.* Bogarus.
Boib 15.
Botan 56.
Bran Hen 53.
Braut. *Cf.* Cincen.
Brechiaul 55.
Brendan Byror 45.
Briacat 35.
Brigida 13, 45.
Brithguein 51.
Brittu 55.
Brochmail 46.
Brochmail 54.
Brochmail 55.
Brochmail 55, 56.
Brochmail 56.
Brochmail 56.
Brochmayl. *Cf.* Brochmail.
Brutus 6-8, 13. *Cf.* Britto.
Builc 13.
Bulc. *Cf.* Morcant.
Burgundus 14, 15.
Byror. *Cf.* Brendan.

Cabal 61.
Caelestinus 36.
Cainan 10, 14, 15.
Camuir 55.
Canantinail 55.
Cangan 52.
Cannus. *Cf.* Mapmau.
Caratauc 48.
Caratauc 52.
Caratauc 54.
Carocus 54.
Cascord. *Cf.* Eleuther.
Casser 40.
Cassibellaunus (*var.* Casabellaunus, Cassibellanus) 8.
Cat Brin Onnen 49.
Cat Dub Gint 49.
Categirn 33, 35.
Catel 50.
Catel 54.
Catel 56.
Catel 56.
Catel Durnluc (*var.* Catell Durnluc) 27, 55.
Catell 48.
Catell 49.
Catell 50.
Catell 55.
Catellus 26, 27.
Caten 53.
Caten 53.
Catgabail Catguommed 44.
Catgocaun 51.
Catgollaun 50.
Catgolaun Lauhir 51.
Catgualart 43.
Catgualart 46.
Catgualart 50.
Catgual Crisban 52.
Catguallaun Liu 55.
Catgublaun 43.
Catgueithen 49
Catguocaun 50.
Catguolaum 47.
Catguollaun 41, 46.
Catguommed. *Cf.* Catgabail.
Catgur 55.
Cathen 54.
Catleu 54.
Catman 51.
Catmor 55.
Cattegirn (*var.* Cattegir) 35, 36.
Cattegirn 55.
Caurtam 53.

Digitized by Google

Cebustus 14. *Cf.* Gebidus.
Cein 51.
Ceneu 53.
Ceneu 53.
Ceneu 53, 55.
Cenyod 47.
Cerball 49.
Ceretic (*var.* Cheretic) 28, 29.
Ceretic 46.
Ceretic 56, 57.
Ceretic Guletic 52.
Cerenior 55.
Certic 43.
Cham 14, 15.
Cian (Gueinth Guaut) 42.
Ciant Nant Nimer 49.
Ciaran 45.
Cinan 46, 55, 56.
Cinan 48.
Cinauc 46.
Cinbelin 54.
Cincar 51.
Cincar Braut 53.
Cincen 55.
Cincen 56.
Cincen 50, 56.
Cincenn 50.
Cinglas 52.
Cinheil 52.
Cinis Scaplaut 54.
Cinmarc 52.
Cinnan 50.
Cinnen 48.
Cinnin 55.
Cinuit 52.
Claudius 8, 19, 54.
Cleopatre 54.
Clinoch 52.
Clitauc 50.
Clitauc 56.
Clop. *Cf.* Masguic.
Cloten 51.
Clotri 51.
Cluim 52.
Coil Hen (*var.* Coyl Hen) 53.
Coledauc 53.
Columba 13.
Columcille 45.
Commodius 54.
Comoyt 49.
Confer 52.
Constans 51, 54.
Constantinus 8, 54. *Cf.* Constantius.
Constantinus 8, 19, 45, 51, 54.
Constantinus 19. *Cf.* Constantinus 1.
Constantinus 44.
Constantius 21, 51. *Cf.* Constantinus 1.
Conthigirn 46.
Cors. *Cf.* Hors.
Coyl Hen. *Cf.* Coil Hen.
Crisban. *Cf.* Catgual.
Cuneda 13, 51, 52, 55, 56.
Cudbert (*var.* Cudberth) 44, 47.
Cudberth. *Cf.* Cudbert.
Cuhelm 54.
Curatius (= Carausius) 8.
Cursalem 52.
Cynloyp 52.

Damhoctor 13.
Daniel 4, 5.
Daniel 45.
Dantguin. *Cf.* Eugein.
Dardanus 8, 6, 15.
David 4, 5.
David 46.
Decdric 39. *Cf.* Deoric *et* Deodric.
Decion 54.
Decius Mus 54.
Decius 44.
Deodric 43. *Cf.* Decdric.

Digitized by Google

Deoric 42. *Cf.* Decdric.
Deothere 39.
Dibric 46.
Dimet 51.
Dinacat 52, 54.
Diocletianus 54.
Docmail 57.
Doli 51.
Dolobellus 16, 17.
Domitianus 54.
Dubun 51.
Dumgual Hen (*var.* Dumngual Hen) 52.
Dumn 51.
Dumngual Hen. *Cf.* Dumgual Hen.
Dumnagal 52.
Dumnagual (*var.* Dunnagual) 47, 52.
Dumngual Moilmut 53.
Dumnguallaun 56.
Dunaut 45.
Dunaut 53.
Dunaut 55, 57.
Dungart 45.
Dungarth 49.
Dunnagual. *Cf.* Dumnagual.
Durnluc. *Cf.* Catel.
Duta 49.
Dutigirn 42.

Eadbyrth 42.
Eadfered Flesaurs 43. *Cf.* Aedlfred.
Eadfird 41.
Eadfred 43. *Cf.* Aelfret.
Eadguin 40. *Cf.* Aedgum, Eadgum, Eoguin.
Eadgum 43. *Cf.* Eadguin.
Eadlbalt 41.
Eadlfrid 43. *Cf.* Aelfret.
Eadmund 50.
Eadric 42. *Cf.* Aeadlric.
Ealdbald 40.
Ealdbert 40.
Ealdric 39. *Cf.* Ealric.
Ealric 39. *Cf.* Ealdric.
Eamer 41.
Eandulf 41.
Eanfled 40, 43.
Ebiau 54.
Ebiau 54.
Ebiau 54.
Ebissa 29.
Ebiud 51.
Ebiud 53.
Ebur 45.
Ecgberth 40.
Ecgbirth 42.
Ecgfird Ailguin 42. *Cf.* Ecgfrid, Echfrid.
Ecgfrid 44. *Cf.* Echfird
Ecgulf 42.
Echfird 39. *Cf.* Ecgfird, Echgfrid, Ecgfrid.
Echgfrid 39.
Echun 42.
Ecni 40.
Ecrin 55.
Edguin 41. *Cf.* Aedgum, Eadguin, Etguin.
Edpald 47.
Edric 39.
Edric 40.
Egeniud 54.
Egomuin 14. *Cf.* Ougomun.
Eiciaun 54.
Eidinet 52.
Elbodugus (*var.* Elbodg) 47, 48.
Elbolgu 55.
Eldat 35.
Eldoc 35.
Elen 51.
Eleuther Cascord Maur 53.

Digitized by Google

Elfin 47, 52.
Eli 56.
Elitet 56.
Eliud 51.
Eliud 56.
Elized 48, 56.
Elized 50, 56. *Cf.* Elizet.
Elizet 53. *Cf.* Elized 2.
Elric 40.
Embreis 32. *Cf.* Ambrosius 2.
Enachus 6.
Eneuris 50.
Enniaun Girt (*var.* Eniaun Girt) 51, 52, 57.
Enniaun 52.
Enoc (*var.* Enos) 10, 14, 15.
Eoba 46 *Cf.* Eoua, Eva, 1.
Eobba 39, 42.
Eoguin 43. *Cf.* Aedgum, Edguin.
Eormoric 40.
Eoua 44. *Cf.* Eoba, Eva 1.
Epitus 98.
Equitius 22, 23.
Ercunbert 40.
Ermic 55.
..esselis 55.
Etern 57.
Etguin 46. *Cf.* Edguin.
Ethath 14. *Cf.* Aurthach.
Ethebir 14. *Cf.* Fetebir.
Ethieth 14.
Etthil 50.
Eucharistus 19.
Eudelen 53.
Eudos 53.
Eugein 52.
Eugein Dantguin 52.
Eugem 48.
Eugenius 8.
Eva 41. *Cf.* Eoua.
Eva 41.
Ezra 15. *Cf.* Isra.

Faunus 7.
Faustus 35.
Felix 44.
Fernmail 35.
Fernmail 47, 56.
Fetebir 15. *Cf.* Ethebir.
Fer 52.
Finn 23. *Cf.* Fran.
Flesaur 39, 43. *Cf.* Aelfret.
Flisa 15.
Fodepald. *Cf.* Folcpald.
Folcpald (*var.* Fodepald) 22, 23.
Fran 22. *Cf.* Finn.
Francus 14, 15.
Frealaf. *Cf.* Frelab.
Fredulf. *Cf.* Freuduls.
Frelab (*var.* Frealaf) 22, 23.
Freuduls (*var.* Fredulf) 22, 23.
Friodolgуald 42.

Gabran 45, 46.
Gaius Julius Caesar 8, 17.
Galerius 54.
Gallus 54.
Garbaniaun 53.
Gatgulart 55.
Gebidus 15. *Cf.* Cebustus.
Gechbrond 39.
Geminus 44. *Cf.* Rufus, Rubelius.
Germanus 4, 34-36.
Geta. *Cf.* Geuta.
Geuta (*var.* Geta) 22, 23.
Gildas 45.
Girt. *Cf.* Enniaun.
Giulglis 41.
Glast 56.
Glastenic 56.
Glinmaur. *Cf.* Aeta.
Glinoth 55.
Gloitguin 51.

Digitized by Google

Glovi 35.
Gomer 10, 15.
Gordianus 54.
Gothus 14, 15.
Grat 53.
Gratianus 8, 19, 21-23, 52.
Gregorius 43.
Griphiud 48.
Gripiud 53.
Grippi 56.
Gualdcant 35.
Guallauc 43.
Guallauc 53.
Guaut. *Cf.* Cian.
Gueagon 40.
Guecha 40. *Cf.* Guillem Guechan.
Guectha. *Cf.* Gueta.
Guedolgeat 40.
Gueinoth 55.
Gueinth Guaut 42. *Cf.* Cian.
Guerdmund 40.
Gueta (*var.* Guectha) 22, 23.
Guffan 40.
Guicta (*var.* Guitta) 22, 23.
Guictglis. *Cf.* Guictils.
Guictils (*var.* Guictglis) 22, 23.
Guidgar 46.
Guidgen 54.
Guillem Guechan 40. *Cf.* Guecha.
Guipno 52.
Guitauc 56.
Guitaul 35.
Guitcun 55.
Guitgen 55.
Guithleg 40.
Guitolin 35.
Guitolin 44.
Guitta. *Cf.* Guicta.
Guocaun 56.
Guoccaun 49
Guorcein 51.
Guorchiguil 49.
Guordoli 51.
Guortepir 51.
Guorthemir 33, 35.
Guortheneu 35. *Cf.* Guorthigirn.
Guorthigirn (*var.* Guorthigirnus, Guorthigernus) 8, 22, 23, 28-31, 33, 34, 36, 44; Guorthigirn Guortheneu 35.
Guotepauc 53.
Guoyrancgonus 29.
Gurci 53.
Gurdumn 51.
Gurgust 53.
Gurhainn 55.
Guriat 49.
Guurci 45.
Guurgint Barmbtruch 55.
Gyl Hen 55.

Haecgens. *Cf.* Hengist.
Helen Luicdauc 51.
Helena 8.
Heli 10, 11.
Hengist (*var.* Haecgens, Haencgist, Hencgist, Hengistus) 22, 23, 26-29, 33, 34, 38, 40.
Henli (*var.* Benli) 22, 23.
Hieronymus 21.
Hiemid 49.
Higuel 48.
Higuel 49.
Higuel 50.
Higuel 52.
Himeyd 49.
Himeid 50.
Himeyt 51.
Hisitio (*var.* Hiscio, Hiscio, Hission) 14, 15.
Hors (*var.* Cors) 22, 23, 33.
Hussa 43.

Iacob (*var.* Jacob) 46, 51.

Digitized by Google

Ida 39, 42.
Iffi 41.
Igmunt 41.
Illutus 60.
Inguec 39.
Ioab 56.
Iobaath 15. *Cf.* Jobath.
Iouab 55, 56.
Iouanaul 54.
Ioumarc 51.
Isaac 54.
Iserinus 36.
Isra 14. *Cf.* Ezra.
Istoreth 13
Istorni 13.
Iudgual 50.
Iudgual 52.
Iudguollaun 48.
Iudhail (*var.* Judhail) 47, 56.
Iudon 53.
Iudnerth 55.
Iudris 55.
Iumethel 53.
Iusay 56.
Iutgaul 50.
Iutnimet 55.
Izrau 15. *Cf.* Tau.

Jacob. *Cf.* Iacob.
Jafeth 10, 14, 15, 17.
Jareth 10, 14, 15.
Jobath 14. *Cf.* Iobaath.
Johannes 4, 5.
Jonathan 49.
Judhail. *Cf.* Iudhail.
Judhail 48.
Julianus 54.
Julius Caesar 16, 17.
Juvan 10, 14, 15, 17.

Karitius 19.
Labina 6, 8. *Cf.* Lavinia.
Laenauc 53.
Lameth 10, 14, 15, 17.
Lamnguid. *Cf.* Oswald.
Latinus 6-8.
Latinus 8.
Laudent 48.
Lauhir. *Cf.* Catgolaun.
Lavinia 7. *Cf.* Labina.
Leo 44.
Letan 53.
Letlum 53.
Libine 8.
Liethan 13.
Liodgualid 42.
Liu. *Cf.* Catguallaun.
Londogu 55.
Longobardus 14, 15.
Louhen 54.
Loumarch 49.
Loygare 37.
Lucius 19.
Luicdauc. *Cf.* Helen.
Lunberth 50.

Madai 10, 17.
Magog 10, 17.
Mailcun (*var.* Mailcunus) 42, 45.
Mailcun 51.
Mailcunus. *Cf.* Mailcun.
Mair 14. *Cf.* Mavi.
Malalehel 10, 14, 15.
Maun 36.
Mapmau Cannus 54.
Margetiud 48.
Margetiud 51.
Maria 38, 51.
Martinus 8, 19, 21.
Masguic Clop 53
Mathusalem 10, 14, 15.
Maucanu 55.
Maucant 56.
Maun 56.

Digitized by Google

Mavi 15. *Cf.* Mair.
Maxim Guletic 51, 52.
Maximianus 8, 19, 21. *Cf.* Maximus.
Maximus 8, 19, 21-23. *Cf.* Maximianus.
Medraut 45.
Meic 52.
Meic 56.
Mellitus. *Cf.* Agustinus.
Mepurit 35.
Merchianum 53.
Merguid 55.
Meriaun 52.
Meriaun 55.
Meriaun 55.
Mermin 48.
Mermin 50.
Mermin 52.
Merminus 13.
Meroblaudes 21.
Milchu 36.
Millo 55.
Minoamus (*var.* Minocannus) 16, 17.
Minocannus (*cf.* Minoamus.
Misser. *Cf.* Pincr.
Moebus 54.
Moilmut. *Cf.* Dumngual.
Mor 55.
Morcant 43.
Morcant 46.
Morcant 53.
Morcant 56.
Morcant 56.
Morcant Bulc 53.
Morgen 55.
Morgen 56.
Morgetiud 48, 53.
Morhen 56.
Moriud 35.
Moriud 55.
Moriutned 56.
Mormayl 56.
Mouric 48.
Mouric 49.
Mouric 50.
Mouric 54.
Mouric 56.
Mouric 56.
Mouric 60.
Mosoch 10, 17.
Moyses 4, 5, 38.
Mus. *Cf.* Decius.

Nabuchodonosor 4, 5.
Nant Nimer. *Cf.* Ciant.
Negue. *Cf.* Neugo
Neill 49.
Neirin 43.
Neithon 52.
Neithon 52.
Neithon 53.
Nero 54.
Neugo (*var.* Negue) 14, 15.
Nimer, *Cf.* Ciant.
Nimet 11, 51.
Nobis 49.
Noe 4, 5, 10, 14, 15, 17.
Nougoy 51, 53.
Numa Pampilius (*var.* Numera P.) 8, 15.
Numera. *Of.* Numa.

Octavianus Augustus 17, 54.
Octha 29, 40.
Offa 39.
Offa 40.
Offa 41, 47, 48.
Ongen 41.
Onnan 44.
Ooth 14. *Cf.* Oth.
Osbiu 39, 44.
Osbrit 47.

Digitized by Google

Osfird 41.
Osguald 39. *Cf.* Oswald Lamnguid.
Osgudu 39.
Osguid 39, 40, 42, 43, 46.
Oslach 42.
Oslapf 39.
Oslaph 42.
Osmail 57.
Osmer 39.
Ossa 39, 40.
Ossulf 41.
Oswald 43, 44, 46. *Cf.* Oswald Lamnguid.
Oswald Lamnguid 43. *Cf.* Osguald, Oswald.
Oth 15. *Cf.* Ooth.
Otter 49.
Oudecant 53.
Ougen 47.
Ougomun 15. *Cf.* Egomuin.
Oumun 51.
Outigir 53.
Ovein 50.
Ovein 51.
Ovein 51, 53
Oven 50.

Palladius 36.
Pantha 41, 43, 46. *Cf.* Penda.
Pappo 53. *Cf.* Pappo Post Priten.
Pappo Post Priten 55. *Cf.* Pappo.
Partholomus 11.
Pascent 35.
Pascent 55, 56.
Patern Pesrut 51.
Patricius 13, 15, 36-38, 45.
Paul 35.
Paulus 54.
Penda 41, 44.
Peretur 45, 53.
Pesrut. *Cf.* Patern.
Petr 51.
Petrus 54.
Philippus 54.
Picus 7.
Pincr Misser 51.
Pipinus 47.
Pippa 44. *Cf.* Pubba, Pybba.
Placidas 44.
Popdelgu 54.
Popgen 54.
Postumus 10, 11. *Cf.* Silvius.
Premeriaun 57.
Priamus 8.
Probus 54.
Protec 51.
Protector 51.
Pubba 41. *Cf.* Pippa, Pybba.
Pybba 44. *Cf.* Pippa, Pubba.

Ra 14. *Cf.* Rea.
Rabuan 14.
Rea 15. *Cf.* Ra.
Rea Silva 8, 15.
Regin 48, 51.
Regin 53.
Regin 53.
Remus 8.
Reversus 8. *Cf.* Severus.
Riderch 52.
Riderchhen 43, 52.
Riemmelth 40.
Rippan 40.
Ris 56.
Ritigirn 53.
Rivam 8.
Rodmunt 40.
Romanus 14, 15.
Romulus 8.
Rostri 49.
Rotri 47.
Rotri 49.
Rotri 50.

Digitized by Google

Rotri 50.
Rotri 50.
Royth 40.
Rubelius Geminus 44.
Rufus Geminus 44.
Rum 40.
Rum (*var.* Run) 43, 46.
Rumaun 52
Rumaun 57.
Run 51.
Run 52, 53.
Run 52.

Samuil Pennissel 55.
Sanant 53.
Saturbiu 48.
Saturnus 6, 7.
Saxo 14, 15.
Scaplaut. *Cf.* Cinis.
Sebald 41.
Segerus 36.
Seissil 56
Selemiaun 56.
Selim 46, 55.
Selim 55.
Sem 14, 15.
Semoin 14. *Cf.* Simeon.
Senill 52.
Serguan 53.
Serguil 56.
Seth 10, 14, 15.
Severus 19, 21, 54. *Cf.* Reversus.
Sguerthing 41.
Siggar 41.
Silva. *Cf.* Rea.
Silvii 11.
Silvius 8, 9, 11.
Silvianias (= Silvii Aeneae ?) 6.
Silvius Posthumus 8. *Cf.* Postumus
Simeon 15. *Cf.* Semoin.
Soemil 41.
Sre 8.
Stater 51.
Stillitio 44.
Sualda 55.

Tacit 51.
Talargan 47.
Talhaern Tataguen 42.
Taliessin 43.
Tancoystl 51.
Tataguen. *Cf.* Talhaern.
Tau 14. *Cf.* Izrau.
Taurus 44.
Tecmant 53.
Telpuil 53.
Teudabric 56.
Teudebur (*var.* Teudubr) 47, 52.
Teudos 51, 53.
Teudos 53.
Teudubir 35.
Teudubr. *Cf.* Teudebur.
Teuhant 53.
Teuhant 54.
Theodosius 21, 36, 44.
Thoi 15.
Tiberius 54.
Tibir 14. *Cf.* Abir.
Tiras 10, 17.
Titinon 40.
Tittus 54, 54.
Trifun (*var.* Triphun) 48, 53.
Trigil 40.
Triphun 51.
Trous 6, 8, 15.
Troynt 61.
Tubal 10, 17.
Turnus 7, 9.
Tutagual 52.
Tutagual 52.
Tutagual 52.
Tutagual 52.
Tydil 40.

Digitized by Google

Typipaun 57.

Ulli 41.
Urban 53.
Urbaoen (*ou* Urbacen? *ou* Urbagen?) 4.
Urbgen 43, 46.
Urbgen 52.
Usfrean 41.

Valagothus 14, 15.
Valerianus 44
Valerianus 54.
Valentinianus 8.
Valentinianus 21.
Valentinianus 44.
Valentinianus 36.
Vandalis (*var.* Wandalus) 14, 15.
Vespassianus 54.
Victor 21, 36.
Virgilius 17.

Woden 22, 23, 39, 40, 41.

Ysigoy 52.

Zegulf 41.

B. — Historia regum Britanniae.

Aaron 151, 242.
Aballac 97.
Achilles 74.
Adelstanus 303.
Adriana 202.
Aeneas 73, 74, 92, 127, 209. *Cf.* Eneas.
Aeneas. *Cf.* Silvius.
Agag 209.
Aganippus 100, 101, 104.
Aggeus 98.
Agitius 167.
Alanus 293, 301, 302.
Alba 98. *Cf.* Silvius Alba.
Albanactus 93.
Albanus 151.
Aldroenus 168, 169.
Alexander 189.
Alfridus 296.
Aliduc 263.
Alifatima. *Cf.* Aliphatima.
Aliphatima (*var.* Alifatima) 253, 267, 270.
Allectus 148, 149.
Alvredus 113, 120.
Ambrius 183, 184.
Ambrosius 188, 190. *Cf.* Merlinus.
Ambrosius 204, 336, 338. *Cf.* Aurelius.
Amos 98.
Amphibalus 151, 170, 279.
Anacletus 77, 78.
Anaraut 243.
Anchises 82.
Andragius 124.
Androgeus 126-128, 132-134, 136, 137.
Anguselus (*var.* Auguselus) 237, 243, 251, 264, 275, 276.
Anna 225.
Anor 97.
Antenor 85, 92.
Antigonus 76-79, 82.
Apulegius 188.
Apollo 99.
Aries 202.
Arthgal 243.
Arthgallo 121, 123, 124.

Digitized by Google

Arthinail 124, 125.
Artos 220
Arturus 224, 225, 228-231, 233-236, 238-242, 244. 246-249, 251, 253, 254, 256, 257, 260, 261, 263, 273-278, 288, 293, 301, 334, 339.
Arviragus 138-142.
Asaph 97.
Ascanius 74, 126.
Aschil 264. *Cf.* Aschillus.
Aschillus 244, 268, 278. *Cf.* Aschil.
Asclepiodotus 148-151.
Assarach (*var.* Assaracus) 97.
Assaracus 75.
Auguselus *Cf.* Anguselus.
Augustinus 283, 284.
Augustus Caesar 137.
Aurelius (Ambrosius) 145, 170, 171, 174, 177, 203-210, 212, 214-217, 219, 228, 237, 288. *Cf.* Ambrosius 2.
Aurelius Conanus 280. *Cf.* Conanus.
Avallo 233, 278.
Azarias 298.

Baldulfus 229, 234.
Bangan. *Cf.* Kincar
Barbtruc. *Cf.* Gurguint.
Bassianus 147, 148.
Beda 71, 299.
Beduerus 242, 244, 246, 255, 257, 261, 262, 264, 268, 269, 274.
Beli 293.
Belinus 108-118, 127, 250, 251.
Bladud 97-99.
Blangan 97.
Bledericus 285.
Bledgabreb 124.
Bledudo 124.
Boccus (*var.* Bocus) 253, 267, 268.
Bocus. *Cf.* Boccus.
Bodloan 97.
Boreas 195.
Borellus 244, 261-263.
Boso 243, 258-261, 264.
Brennius 108-111, 113-118, 250.
Brianus 287, 290, 293, 294.
Brithael 128.
Brithael 223.
Brocmail 284, 285.
Brunigus 278.
Brutus 71, 74-80, 82, 84-93, 96, 194, 325, 336, 337.
Brutus Viride Scutum 97, 98.
Budicius 174, 230.
Buel 97.

Cador 229, 234, 237, 243, 248, 261, 262, 264, 278.
Cador Limenic 278.
Cadvaladrus (*var.* Cadwalladrus) 71, 194, 299-302, 335.
Cadvallo (*var.* Cadwallo) 71, 286-291, 293-299.
Cadvanus 285, 286, 293.
Cadwallo. *Cf.* Cadvallo.
Cadwallo Lauirh 243.
Caesar 129-131, 134, 136, 137. *Cf.* Augustus, Claudius, Gaius, Julius.
Caesar (Claudius) 140.
Caliburnus 233, 234, 241, 272.
Cancer 202.
Cangu 97.
Canut 196.
Cap 124.
Capis 98.
Capoir 125.
Caradocus 155, 158, 159, 162.
Carausius 147, 148.

Digitized by Google

Careticus (*var.* Kareticus) 280, 288.
Carucius. *Cf.* Quintus.
Cassibellanus 92, 125-127, 130-134, 136, 137.
Cassibelanus 278.
Catel 244.
Catellus. *Cf.* Lucius.
Catellus. *Cf.* Vulteius, Lucius Catellus.
Catellus 124.
Cathleus 244.
Catulus 253.
Chedwalda 299.
Chein 97.
Cheldricus (*var.* Chedricus) 229, 230, 234, 235.
Chelricus 275, 278.
Cheneus 244.
Cherdich 180.
Chérin 124.
Cheudo 274.
Cheulfus 109.
Claud 244.
Claudius 138-142.
Cledauc 244.
Cligueillus 125.
Clofaut 244.
Cloten 107.
Clotenus 124.
Coel 151, 152, 159.
Coil 244.
Coillus 124.
Coillus 143, 144.
Colgrimus 228, 229, 234.
Conanus (Meriadocus) 155-162, 168, 194, 291.
Conanus 280. *Cf.* Aurelius C
Concordia 108.
Constans 170-174, 204.
Constantinus 152, 153, 155, 156, 168-170, 204, 251.
Constantinus 278-280, 319, 340.
Constantius 151, 152, 159.
Conwenna 114.
Cordeilla 99-101, 103-105.
Corineus 85-87, 89-91, 94, 95, 193.
Cotta. *Cf.* Petreius, Gaius Metellus Cotta.
Cridiocus 128.
Crocea Mors 129.
Cuelinus 132.
Cunedagius 105, 106.
Cupido 194.
Cursalem 243, 264, 270.

Daniel 279.
Danius 120.
Dardan 97.
Dardanus 75.
David 97.
David 247, 279.
Diana 83.
Dinabutius 186.
Dinoot 284.
Diocletianus 150.
Dionotus 162.
Doldavius 244.
Donaut 244.
Dubricius 215, 228, 232, 243, 245, 247.
Dunvallo Molmutius 107, 112.
Duvianus 144.
Duvianus 247.

Eadanus 295.
Eapa. *Cf.* Eopa.
Eba 298.
Ebissa 180.
Ebraucus 96, 97.
Ebrein 97.
Echion 253.
Ecub 97.
Edbertus 298.
Eddelein 244.

Digitized by Google

Edelbertus 284.
Edelfridus. *Cf.* Edilfridus.
Edilfridus (*var.* Edelfridus) 284-286.
Edra 97.
Edwinus 286, 288, 289, 293-295.
Egbrictus 278.
Egron 97.
Elafius 278.
Eldad 97.
Eldadus 124, 184, 209-211.
Eldol 124, 185, 204, 206-209.
Eledenius 247.
Eleutherius 144.
Eleutherius 283.
Elfridus 297.
Elidaucus 124.
Elidurus Pius 122-124.
Eliud 124.
Elsingius 109.
Eneas 126. *Cf.* Aeneas.
Ennianus 293.
Enniaunus 124.
Eopa (*var.* Eapa) 216.
Eosa 209, 210, 219, 220, 225-227.
Epistrophus 253.
Epitus. *Cf.* Silvius Epitus.
Eridur 244.
Estrildis 94, 95.
Euristeus 96.
Evander 253, 262, 263.

Faganus 144.
Ferreux 106.
Flollo 239-241. *Cf.* Frollo.
Frea 176.
Frollo 339.
Fulgentius 124, 146-148.

Gabius 116-118.
Gad 97.
Gael 97.
Gaius Julius 247. *Cf.* Gaius Julius Caesar, Julius, Julius Caesar.
Gaius Julius Caesar 127, 133. *Cf.* Gaius Julius.
Gaius Metellus 267. *Cf.* Gaius Metellus Cotta.
Gaius Metellus Cotta 253. *Cf.* Gaius Metellus.
Gaius Quintillanus (*var.* Quintillianus) 258.
Galaes 97.
Galerannus 72.
Galfridus (*var.* Gaufridus) 72, 190, 274, 352.
Galluc 243. *Cf.* Gualauc.
Gallus 150. *Cf.* Livius Gallus.
Ganhumara 276. *Cf.* Guennevera, Guennuera, Guenuuera.
Gaufridus. *Cf.* Galfridus.
Gaul 97.
Gaurdid 97.
Gerion 83.
Gemini 202.
Gerinus 244, 251, 258, 264, 268.
Germanus 179, 181.
Geroncius 124.
Geta 147.
Gewissa 140, 141.
Gildas 71, 92, 108, 113, 145, 180, 292.
Gillamor 278.
Gillamuir 244.
Gillarnus 278.
Gillasel 278.
Gillomanius 213, 215, 216, 218.
Gillomanius. *Cf.* Gillomaurius.
Gillomaurius (*var.* Gillomanius, Gillomaurus) 235, 238.
Gillopatric 278.
Gladus 97.
Gloigin 97.
Gloius 140.

Digitized by Google

Goboldus 295.
Goemagog 91.
Goffarius Pictus 85-88.
Goit 244.
Gonorilla 99, 101.
Gorangonus 179.
Gorbodugo 106.
Gorbonianus 121, 123, 124.
Gorbonian 244.
Gorgon 97.
Gorlois 208, 220-225.
Gormundus 281, 288.
Gratianus 154, 155, 157, 161, 164.
Gratianus 164.
Gregorius 283.
Grifuz 244.
Gualaes 303.
Gualauc 270. *Cf.* Galluc.
Guallo 303.
Guanius. *Cf.* Gwanius.
Gueithaet 128.
Guendoloena 94, 95.
Guenlian 97.
Guenlodoe 97.
Guennevera 274. *Cf.* Ganhumara, Guennuera, Guenuuera.
Guennuera 237. *Cf.* Ganhumara, Guennevera, Guenuuera.
Guenuuera 253. *Cf.* Ganhumara, Guennevera, Guennuera.
Guetelinus 168-171. *Cf.* Guithelinus 2.
Guichtlacus (*var.* Guithlacus) 110, 112.
Guiderius 138, 139.
Guitardus (*var.* Gwitardus) 241, 244, 262.
Guithelinus 120.
Guithelinus 165. *Cf.* Guetelinus.
Guithlacus. *Cf.* Guichtlacus.
Gunbertus 154.
Gunvasius 238, 244.
Gurgintius 124.
Gurguint Barbtruc 119.
Gurgustius 106.
Gwanius (*var.* Guanius) 163, 166.
Gwitardus. *Cf.* Guitardus.

Habren 95.
Hamo 138, 139.
Hector 92.
Hector 97.
Helena 152, 153, 159, 250.
Helena 254.
Helenus 74.
Heli 92.
Heli 125.
Hengistus 175-180, 182-184, 203, 205-211, 219, 275.
Henricus 72.
Henricus 303.
Henvinus 101, 105
Her 263.
Herculius. *Cf.* Maximianus Herculius.
Hiberius. *Cf.* Lucius, Lucius Hiberius.
Hiderus 260.
Hirelglas 132.
Hirelglas 263, 269.
Hirtacius 253, 267.
Hoel 230, 232, 234, 236, 241, 244, 247, 250, 251.
Hoel 254, 257, 264, 270-272, 275.
Hoel 293.
Holdinus 244, 264, 274.
Homerus 88, 96.
Horsus 175, 176, 179, 181.
Hostiensis. *Cf.* Lellius.
Hudibras. *Cf.* Rud.
Humber 93, 94.
Hyder 263.
Hyrelglas. *Cf.* Hirelglas.

Digitized by Google

Iago 106.
Ignogin 97.
Imbertus 86.
Inbaltus 159, 160.
Ingerna 221-225.
Ini (*var.* Iny) 302.
Innogen 81-83, 93.
Iny. *Cf.* Ini.
Isembardus 281.
Iudon 106.
Iugenius 123.
Ivor 97.
Ivor 302.
Iwenus 276.

Jago 293.
Jagon 97.
Janus 104
Jeu 98.
Joelinus 153, 155.
Johel 98.
Jonathal 243, 264.
Jordanus 223.
Jovi. *Cf.* Jupiter.
Jugein (*var.* Jugenis) 243, 264.
Jugenis. *Cf.* Jugein.
Julius 151, 242, 276.
Julius 128-130, 134, 136, 137. *Cf.* Gaius, Julius Caesar.
Julius Caesar 92, 126, 249.
Jupiter 83 (Jovi), 176.
Jupiter 202.
Juvenalis 142.

Kaius 242, 244, 245, 254, 264, 268, 269.
Kamber 93.
Kambreda 97.
Karadocus 303.
Kareticus. *Cf.* Careticus.
Karolus 72.
Katigernus 179, 181.
Kerin 97.
Kimarus 120.
Kimbelin 244.
Kimbelinus 137, 138.
Kimmarc 243.
Kimmarc 244.
Kincar 97.
Kincar 244.
Kinlith 244.
Kimmarcus 106.
Kinocus 279.

Latinus 74.
Latinus. *Cf.* Silvius Latinus.
Lauirh. *Cf.* Cadwallo Lauirh.
Lavinia 74.
Leil 98.
Leir 99, 101, 104.
Lelius Hamo 138. *Cf.* Hamo.
Lellius Hostiensis 268.
Leo 239, 263, 274.
Leodegarius 244, 270.
Lepidus. *Cf.* Marius.
Libra 202.
Limenic. *Cf.* Cador.
Livius Gallus 149 *Cf.* Gallus.
Labienus 129.
Locrinus 93-95.
Lodewicus 281.
Loth 225, 237, 239, 244, 264.
Lucanus 136.
Lucius 144, 145, 150.
Lucius 249, 272, 274. *Cf.* Lucius Hiberius.
Lucius Catellus 253, 267.
Lucius Hiberius 247, 253, 258, 263, 266, 273.
Lud 92.
Lud 125.
Lupus 179.

Mddan 95, 96.

Digitized by Google

Maglaunus (*var.* Maglaurus) 101, 105.
Maglaurus. *Cf.* Maglaunus.
Mailure 97.
Malgo 279, 280, 286, 293.
Malim 96.
Malvasius 244.
Marcellus Mucius 259.
Marcia 120.
Marciana (lex) 120.
Marcus 141.
Margadud 97.
Margadud 285.
Margadud 297.
Marganus 105, 106.
Marganus 124.
Marius 142, 143.
Marius 153.
Marius Lepidus 253, 267, 270.
Mars 248.
Mars 202.
Martinus 299.
Maugannius 247.
Maugantius 187.
Mauricius. *Cf.* Mauricus.
Mauricius 263.
Mauricius Silvanus 268.
Mauricus (*var.* Mauricius) 155, 157, 158.
Mauron 243.
Maxentius 152, 153.
Maximianus 155-165, 167, 250, 291.
Maximianus Herculius 150.
Medlan 97.
Melga 163, 166.
Mempricius 96.
Mempritius 81.
Merchenelage 120.
Mercurius 83, 176.
Mercurius 202.
Merianus 55.
Merlinus 186-189, 202, 203, 212-215, 217-219, 223, 224, 301, 302. *Cf.* Ambrosius 1.
Metellus *Cf.* Gaius Metellus.
Methael 97.
Micipsa 253, 270.
Milvius. *Cf.* Quintus.
Minerva 72, 98, 190.
Modredus 237, 253, 274-278, 288.
Molmutinae (leges) 108, 113.
Molmutius. *Cf.* Dunwallo.
Moriud 273.
Morvid 97.
Morvid 243.
Morvidus 120
Mucius. *Cf.* Marcellus Mucius.
Mustensar 253.

Nathan 97.
Nennius 125, 128, 129.
Neptunus 129.
Nero 142.
Nest 97.
Neton 244.
Nogoid 244.
Nun 260.

Obrictus 278.
Octa 180, 209, 210, 219, 220, 225-227.
Octavius 153, 154, 156, 157, 159.
Oenus 124.
Offridus 295.
Ordwald 296, 297.
Orion 202.
Osee 106.
Osricus 295.
Oswaldus 295-297.
Oswi 296, 298.
Oudas 97.
Ourar 97.

Digitized by Google

Pandrasus 74-77, 80-82.
Pandrasus 253, 267.
Papo 244.
Partholoim 119.
Pascentius 215, 216, 218, 219.
Paschent 179.
Patricius 279.
Peanda 294-299.
Pelagianus 180.
Pellitus 289, 294.
Pendragon. *Cf.* Uther.
Peredurus 123, 124.
Peredur 244.
Petreius 260, 261. *Cf.* Petreius Cotta
Petreius Cotta 260, 261. *Cf.* Petreius.
Petrus 141.
Pinner 107.
Pir 125.
Piramus 237.
Pirrus 74.
Pliades 202.
Politetes 253, 267, 272.
Pompeius 137.
Porrex 106.
Porrex 124.
Porsenna 116-118.
Priamus 74, 82, 126.
Pridwen 233.

Quintillanus (*var.* Quintillianus) 259. *Cf.* Gaius
Quintus Carucius 253, 262, 268.
Quintus Milvius 267.

Ragan 97.
Rederchius 125.
Redion 125.
Regau 99, 101, 102.
Regin 97.
Regin 124.
Regin 244.
Remus 106.
Richerius 261, 262.
Riculfus 239.
Ritho 257.
Rivallo 106.
Robertus 72.
Rodric 142, 143.
Romulus 106.
Ron 233.
Ronwen 178, 182.
Rud 97.
Rud Hudibras 98.
Rudaucus 107.
Run 244.
Run 293.
Runo 124.

Sabba 98.
Sagittarius 202.
Salomon 98.
Salomon 286, 289, 290, 293, 295, 301.
Samuel 96, 209.
Samuil Penissel 125.
Samson (*var.* Sanson) 215, 237.
Sathanas 179, 292.
Saturnus 176.
Saturnus 202.
Saul 96.
Scorpio 202.
Seginus 113.
Serses 253, 267.
Sertorius 253, 262, 267, 272.
Severus 146, 296.
Sibilla 251, 302.
Sichelinus 239.
Silvanus. *Cf.* Mauricius.
Silvius 74.
Silvius 126.
Silvius Aeneas, 92, 96.
Silvius Alba 97.

Digitized by Google

Silvius Epitus 98.
Silvius Latinus 97.
Sisillius 97.
Sisillius 106.
Sisillius 120.
Sisillius 124.
Socrates 188.
Spaden 97.
Stadiald 97.
Stadud 97.
Stater 243.
Staterius 107.
Stilbon 202.
Suardus 106.
Subuculus. *Cf.* Sulpicius.
Suhardus 87.
Sulpicius Subuculus 268.

Tadioceus 283.
Tangustel 97.
Tangustela 120.
Tenuantius 125-127, 137.
Teucer 253, 268.
Theonus 279, 283.
Titan 227.
Trahern 153, 154.
Tremorinus 212.
Trous 89.
Trunat 244.
Tullianus 250
Turnus 74.

Ulfin 222, 223.
Urbgennius 243, 264, 270.
Urianus 124.
Urianus 237, 243, 276.
Ursula 162.
Uter 336, 338, 339. *Cf.* Uther Pendragon.
Uther Pendragon 170, 171, 174, 203, 213, 216, 219, 225, 228, 280. *Cf.* Uter, Uther.
Uther 203, 215, 217-220, 222, 226, 227. *Cf.* Uter, Uther Pendragon.

Valentinianus 154, 155, 157, 161, 163.
Vaspasianus 141, 142.
Venus 202.
Venus 318.
Virgo 202.
Vortegirnus 170-174, 176-188, 190, 202, 204, 205, 212, 215, 275, 288
Vortimer 179, 181, 183.
Vortiporius 280
Vulteius Catellus 262, 263.

Walterus 71, 275, 303.
Walwanius 239, 258, 264, 270-272, 275.
Wilfrid 298.
Willelmus 303.
Woden 176.

Ypolitus 253.
Ysaias 106.

C. — Vita Merlini.

Achilles 312.
Aeneas 312.
Alaron 333.

Barinthus 334.
Bladud 333.
Briseis 312.
Budicus 338.

Camenae 307.

Digitized by Google

Camerinus 307.
Cicero 342.
Cohel 351.
Conanus 320, 340.
Conanus 335.
Constans 336.

Dedalus 334.
Demophon 312.
Dido 312.
Diones 330.

Eurydices 318.

Ganieda 310, 312, 327, 350.
Gildas 327.
Gliten 334.
Gliton 334.
Glitonea 334.
Guendoloena 312, 317 320.
Guennolous 307.
Guielandus 314.

Hengistus 337.
Herculeus 333.
Hiberius Lucius 340.
Hoel 339.
Horsus 337.

Lucius. *Cf.* Hiberius.
Leo 340.

Macer 307.
Maeldinus 350.
Marius 307.
Mars 319.
Mazoe 334.
Mennon 348.
Merlinus 307-311, 313, 315-317, 321, 328, 335, 336, 341, 345, 350.
Minerva 329.
Modredus 340.
Morgen 334.
Moronoe 334.
Musae 307.

Orpheus 307, 318.

Peredurus 307-309.
Phillis 312.
Phoebus 323.

Rabirius 307.
Robertus 307.
Rodarchus (*var.* Rodarcus) 308, 310, 313-315, 317, 321, 322, 324, 327, 328.
Ronvena 337.

Sergius 301.

Telgesinus (*var.* Thelgesinus) 327, 328, 342, 350.
Thiten 334.
Thiton 334.
Tyronoe 334.

Urgenius 351.

Venus 320, 323.
Virgo 318.
Vortigernus 327, 336, 338.
Vortimerus 337.

Digitized by Google

II. Noms géographiques

Sont marqués d'un astérisque les noms qui figurent sur les cartes-croquis du présent volume.

A. — Historia Britonum.

Aegyptii 13.
Africa 13, 14, 15.
Africus 6, 7.
Agned 38.
Albani 11, 15.
Almanni 14.
Altclut* 49.
Angli 32, 42, 49.
Anglus 45.
Anir. *Cf.* Licat Anir.
Arae Filistinorum 13.
Arx Guorthigirni 34.
Arguistli* 49.
Armorica* 7.
Armorici 21.
Armterid* 45.
Asia 6, 14, 15.
Awileva 21.
Azariae montes 13.

Babylonia 5.
Bado* 39, 45, 46.
Bancorum (*gén.*)* 45.
Bannguolou 49.
Bassas 38.
Bebbanburth* 43.
Beornica* 39. *Cf.* Berneich.
Berneich (*var.* Birneich)* 39, 41, 42, 43. *Cf.* Beornica.
Bethleem 21.
Birneich. *Cf.* Berneich.
Bogarii (*var.* Boguarii) 14, 15.
Boguarii. *Cf.* Bogarii.
Bricheniauc 49. *Cf.* Broceniauc.
Britannia (*var.* Britania, Brittania) 6-9, 11, 13, 16, 17, 19, 21-23, 31-33, 36, 38, 39, 40, 42, 44, 45, 47, 51, 54, 57.
Britanni (*var.* Britani, Brittanni, Brittani) 16, 17, 19-21, 26 *Cf.* Britones, Britti.
Britones (*var.* Brittones) 4, 6, 7, 8, 13, 15, 16, 21-23, 26, 27, 30, 34, 38, 43, 44, 45, 47, 50. *Cf.* Brittanni, Britti.
Britti 15. *Cf.* Britanni, Britones.
Britto (*var.* Brito) 9, 11, 14, 15.
Broceniauc* 48. *Cf.* Bricheniauc.
Brune 50.
Buelitia* 35. *Cf.* Buelt.
Buelt* 35, 61. *Cf.* Buelitia.
Burgundi 14, 15.

Cair Brithon 58.
Cair Carataue* 57.
Cair Ceint* 57.
Cair Celemion 58.
Cair Colun* 57.
Cair Custoeint* 57.
Cair Daun* 57.
Cair Draitou* 58.
Cair Ebrauc* 57.
Cair Glovi* 36.
Cair Granth* 57.
Cair Guent 57.
Cair Guinntguic* 57.
Cair Guiragon* 57.
Cair Guorthigirn* 33, 57.

Digitized by Google

Cair Guricon* 57.
Cair Legeion guar Usic* 57.
Cair Legion* 46, 57.
Cair Luit Coyt* 58.
Cair Lerion* 58.
Cair Ligualid* 57.
Cair Lundem* 57.
Cair Maunguid* 57.
Cair Meguaid* 57.
Cair Mincip* 57.
Cair Pensa vel Coyt* 58.
Cair Peris* 57.
Cair Segeint* 19, 57.
Cair Urnarc 58.
Camlann* 45.
Canet. *Cf.* Tanet.
Cant Guic 21.
Cantii (*var.* Canti)* 30, 38, 43.
Cantscaul 46.
Canturguoralen* 29.
Capadoces 10, 17.
Carn Cabal 61.
Carno 47, 50.
Catscaul* 43.
Cebidi 14. *Cf.* Gebidi.
Celidon 38.
Cereuus 62.
Cereticiaun* 48, 49, 61.
Cerniu* 49.
Cetgueli* 13.
Cetill 48.
Chent* 29.
Cinlipiuc 59.
Citheinn 62.
Clut. *Cf.* Strat Clut.
Cocboy* 44, 46.
Columnae Erculis 13.
Conachta* 37.
Conguoy* 49.
Constantinopolis 21, 51.
Cornuenses* 47.
Cruachan Eile 37.
Cruc Maur 61.
Cruc Ochidient 21.

Dalrieta* 13.
David 46. *Cf.* Moni, Miniu.
Decanti* 48.
Demeti* 13, 34, 48.
Derguentid* 33.
Deur* 41, 43.
Deuri 41.
Dinas Neguid 50.
Dinguayrdi 42.
Dinguoaroy 43.
Dinmeir 49.
Din Sul 49.
Dubglas* 38.
Dubrduiu 57.
Duorig Habren 58.

Eastangli* 40.
Easterangli 44.
Ebrauc. *Cf.* Urbs Ebrauc.
Echach. *Cf.* Luch Echach.
Eile*. *Cf.* Cruachan Eile.
Elletum 31.
Episford* 33.
Ercing* 61.
Ercules. *Cf.* Columnae Erculis.
Ereri* 30.
Est-Saxum* 34.
Eubonia (*var.* Euonia, Euuonia)* 6-8, 13, 45, 47.
Euonia. *Cf.* Eubonia.
Europa (*var.* Europha) 14, 15, 19.
Europha. *Cf.* Europa.
Euuonia. *Cf.* Eubonia.

Filistinorum arae. *Cf.* Arae filistinorum.
Finnaun guur Helic 59.
Finnant 48.
Franci 14, 15, 47.
Frenessicus 29.

Digitized by Google

Gai Campus* 43, 46.
Galli 9, 10, 17.
Gallia* 8, 21.
Gallicus 33.
Garan. *Cf.* Lin Garan.
Gartmailauc 47.
Gasanania. *Cf.* Germania.
Gebidi 15. *Cf.* Cebidi.
Genedota. *Cf.* Guenedota.
Germania 8. 23, 33, 39. *Cf.* Gasanania.
Germanus 22-27, 30.
Giuoys 49.
Glannauc* 46.
Gleguissing* 31. *Cf.* Gliuisigng.
Glein 38.
Gliuisigng 49. *Cf.* Gleguissing.
Gloecester* 36.
Gothi 6, 10, 14, 15, 17.
Greci 6, 9, 10.
Guaul* 19, 20.
Gueith* 6, 7.
Guendota. *Cf.* Guenedota.
Guenedota* (*var.* Genedota, Guenedota), 41-45, 48.
Guent* 48, 49, 59, 60.
Guernet 5.
Guhyr altare 60.
Guined* 30.
Guinnion* 38.
Guinnliguiauc* 49.
Guint. *Cf.* Vith Guint.
Guunnessi 32.
Guoloppum 44. *Cf.* Catguoloph.
Guoy 59.
Guorthigirni Arx. *Cf.* Arx Guorthigirni.
Guorthigirniaun* 34, 35.

Habren.* *Cf.* Duorig Habren.
Hehil 47.
Helic. *Cf.* Finnaun guur Helic.
Hiberei 10, 17.
Hibernia* 6, 7, 11, 13, 15, 36, 37, 38, 45, 47.
Hibernicus 37
Hibernienses 37.
Hirford* 47.
Hispani 8, 10, 11, 13, 17.
Hisrael 10, 11.
Huich* 58.

Inripum* 8.
Israhel 13.
Itali 10, 17.
Italia 6-9.
Iudeu* 43, 44.
Iudris 46.

Jerusalem 51.
Jovis (mons). *Cf.* Mons Jovis.

Langobardi. *Cf.* Longobardi.
Lannmaes 48.
Lapis Tituli* 33.
Latini 7, 10, 11, 14, 15.
Legion. *Cf.* Urbs Legion.
Legionis. *Cf.* Urbs Legionis.
Lemn* 58.
Licat Anir 61.
Lin Garan 39.
Linnuis 38.
Linan 59.
Longobardi (*var.* Langobardi) 14, 15, 19.
Loycr* 49.
Loyngarth 60.
Loyt Coyt 56.
Luch Echach 62.
Luchlein 62.
Lugdunum 21.
Lumonoy* 58.

Maes Osmeliaun* 49.

Digitized by Google

Malva 13.
Manau *7, 44. *Cf.* Maunu.
Manau Guotodin 42, 57.
Maunu 6. *Cf.* Manau.
Maritania 13.
Maur. *Cf.* Cruc Maur.
Medcaut* 44. *Cf.* Metcaud.
Medi 10, 17.
Meicen* 41, 46.
Mene* 62.
Mercii* 40, 44, 46.
Metcaud 43. *Cf.* Medcaut.
Michaelis ecclesia 47.
Miniu* 48-50. *Cf.* David.
Minmanton* 19.
Mocetauc 47.
Mon* 48, 49. *Cf.* Monia.
Mogantia 19.
Monia 5, 48. *Cf.* Mon.
Moni Judaeorum 46.
Mons Jovis 21.
Mouric puteus 60.

Neguid. *Cf.* Din Neguid.
Nordmani 49.
Nordi* 44, 46.

Ochidient. *Cf.* Cruc Ochidient.
Oghgul 29.
Opergelei* 49.
Oper Linn Liuan 59.
Orc *Cf.* Orca.
Orca (*var.* Orc) 6-8.
Orcades* 11, 19, 29.
Osmeliaun*. *Cf.* Maes Osmeliaun.

Parassis 21.
Pausi 26. *Cf.* Povisi.
Pencon 47.
Picti 6, 7, 11, 19, 22, 23, 29, 36, 39, 44, 47, 49.
Povis* (*var.* Poyvis) 48, 53.
Povisi 26, 27. *Cf.* Pausi.
Poyvis. *Cf.* Povis.

Renum* 8.
Ripun. *Cf.* Inripun.
Rithergabail* 33.
Roma 8, 23, 36, 44, 48, 49, 50.
Romani 6, 7, 13, 16, 17, 19-22, 52.
Rubrum (mare) 13.
Rudglann* 48.
Ruimh (*var.* Ruoihm)* 22, 23.
Ruoimh. *Cf.* Ruimh.
Rusicada 13.

Sabrina* 6, 7, 35, 46, 58-60.
Salinarum (lacus) 13.
Saxones 6-8, 13, 15, 22, 23, 26, 27, 34, 38, 39, 44, 46-48, 50.
Scothi (*var.* Scotti) 6, 7, 11, 13, 19, 22, 23, 29, 36, 37, 42.
Scithi (*var.* Scythae) 10, 17.
Scythia 13.
Strat Clut* 50.
Strat Tui (= Tiui)* 49.
Sul. *Cf.* Din Sul.
Sut-Saxum* 34.

Tamensis (*var.* Tamesis)* 6-8, 16, 17.
Tanet* 22, 23, 26, 27, 33. *Cf.* Canet.
Tebi 57.
Teibi* 34.
Tirrenus (*var.* tyrrenum, terrenum) 9, 13, 16, 17.
Tithicus 28, 29.
Traces 10, 17.
Trahannon 58.
Tribruit 38.
Trinovantum* 16, 17.
Troja 8.
Trojanus 54.

Digitized by Google

Tui. *Cf.* Strat Tui.
Turingi (*var.* Taringi) 14, 15.
Turnis 9
Turoni 9.

Umber* 42.
Urbs Ebrauc 49. *Cf.* Kair E
Urbs Legion* 46.
Urbs Legionis* 38.

Valagothi (*var.* Walagothi) 14, 15.
Vandali 14, 15.
Vith Guint 59.

Wenedotia 5. *Cf.* Guenedota.

B. — Historia regum Britanniae.

Aegyptus 141, 267. *Cf.* Egiptŭs.
Affrica 85, 213.
Africani. *Cf.* Affricani.
Affricani (*var.* Africani) 194, 253, 281, 282, 288.
Agned* 97.
Akalon 76.
Alba 74.
Alba 258.
Albani 149, 198.
Albania* 93, 97, 101, 107, 110, 111, 123, 128, 142, 143, 145, 146, 148, 153, 159, 163, 167, 176, 193, 194, 201, 219, 225, 230, 234, 243, 245, 251, 264, 275, 289, 301.
Albion 90.
Alclud (*var.* Alclut, Aldclud)* 97, 122, 221, 232, 234, 235, 247.
Alclut. *Cf.* Alclud.
Aldclud. *Cf.* Alclud.
Allobroges (*var.* Allogobres) 113-115, 117, 248, 250, 252, 274.
Allogobres. *Cf.* Allobroges.
Alpes 195, 197.
Altera Britannia 164.
Amalech 209.
Ambrii (mons *et* coenobium)* 183, 184, 211, 214, 228.
Amne 194.
Amphibali (ecclesia). *Cf.* Amphibalus (*Index des noms de personnes*).
Andegavenses* 244, 252, 269, 274.
Angli 72. 108, 280, 283, 284, 291, 295, 297, 301, 303.
Anglicus 113.
Antiochenus 141.
Apollinis (templum) 99.
Aquitania 85, 87, 88. *Cf.* Equitania.
Aquitani 86. *Cf.* Equitani.
Arabes 194.
Arae Philistinorum 85.
Aravius (mons) 193, 257.
Archadia 202.
Armorica* 168, 230, 289, 300.
Armoricani 162, 244, 247, 264, 270, 272, 275, 286, 289.
Armoricanus 205, 206, 208, 230, 283, 301.
Armoricus 159, 161, 177, 203.
Augustudunum 258, 263, 265.
Autissidorensis 179.
Avallo 233, 278. *Cf. Index des noms de personnes.*
Azarae montes 85.

Babilonia 253.
Babiloniensis 270.
Baculi (vadum). *Cf.* Vadum Baculi.

Digitized by Google

Bado* 39, 45, 46, 98, 195, 232, 243, 264.
Baiocae* 274.
Bangor* 284, 285
Bangornenses 285.
Bangornensis 279.
Barba Fluvii* 252, 254.
Basclenses 119.
Belinesgata 118.
Bithinia 253, 268, 272.
Bodloanum 270.
Boetia 253.
Bolonensis* 270.
Boum (vadum). *Cf.* Vadum Boum.
Burne. 296.
Britannia 71, 72, 90, 91, 93, 95, 97, 99, 100, 101, 104, 105, 107, 110, 112-114, 118, 121, 122, 126, 127, 131, 132, 134, 137, 138, 140, 142, 144-149, 152-157, 159-163, 167, 169, 173, 179, 182, 183, 190, 191, 196, 205, 210, 212-215, 217, 218, 223, 225, 230, 232, 238, 242, 243, 246, 247, 249, 250, 252, 253, 265, 270, 274, 275, 278, 280, 281, 283, 286, 287, 288, 291, 292, 293, 295-297, 300 303. *Cf.* Altera Britannia, Minor Britannia
Britanni 73, 136, 137. *Cf.* Britones.
Britannice 99, 125, 150, 153, 178.
Britannicus 91, 93, 138, 147, 190, 203, 219, 296.
Britannus 138, 142, 155.
Brito 184.
Britones 71, 73, 90, 91, 108, 111, 116, 117, 126-131, 134, 135, 139, 140, 143, 145, 146, 148-151, 155, 157, 158, 160, 161, 164, 167, 170, 179-182, 184, 185, 190, 203, 206-209, 213, 217, 220, 221, 226-228, 231, 233, 234, 239, 241, 244, 245, 247, 248, 250, 251, 259-263, 268, 272, 273, 278, 281-286, 288, 289, 291, 294, 295, 299, 301-303. *Cf.* Britanni.

Cadorcanensis 263.
Caelestis Campus* 296.
Caicestrensis 270. *Cf.* Caicestria, Kaicestria.
Caicestria 243.
Calaterius (*var.* catalaterius) 111, 122, 197.
Cambria (*var.* Kambria)* 106, 107, 109, 185, 196, 198, 204, 216, 217.
Camenae 190.
Camum* 274.
Cantia* 126, 175, 179. *Cf.* Kantia.
Cantii 284.
Cantuaria* 175. *Cf.* Kantuaria.
Cantuarici 128.
Canut. *Cf. Index des noms de personnes.*
Cargueirensis 243. *Cf.* Warewic.
Carnotensis 258, 264. *Cf.* Karnotensis.
Castellum Puellarum* 97.
Castrum Corrigiae 178.
Catalaterius. *Cf.* Calaterius.
Catanesia (*var.* Catenesia, Kathenesia)* 105, 109, 143.
Catanesius 112. *Cf.* katanensius.
Catenesia. *Cf.* Catanesia.
Cenomani* 252.
Cenomanensis 244.
Chorea Gigantum 228.
Cicestria* 170.
Cirecestria* 281.
Civitas Ebrauci 97. *Cf.* Eboracum.

Digitized by Google

Civitas Lud 97.
Claudius *Cf.* Urbs Claudii.
Claudiocestrensis 209.
Claudiocestria* 72, 142, 145, 185, 199, 200, 204, 206, 273.
Cloartius Mons* 204.
Colecestria* 151.
Colidon 231.
Columnae Herculis 85.
Conanus. *Cf.* Urbs Conani.
Corinea* 9.
Corineienses 90.
Corineiensis 91.
Cornubia* 91, 95, 100, 101, 107, 109, 126, 137, 145, 148, 155, 157, 162, 191, 194, 196, 201, 203, 208, 220, 222, 243, 245, 248, 264, 277, 278, 282, 285, 301.
Cornubienses 155.
Cornubiensis 85.
Cornubius 112.
Corrigia. *Cf.* Castrum Corrigiae.
Creta 253.
Cuningeburi* 207.

Daci 11, 111, 119, 167, 172, 205, 244, 264, 265, 268, 325, 339.
Dacia 110, 111, 119, 239, 252, 278, 280.
Damen* 219.
Danai 81.
Daneus* 196.
Deira* 145, 146, 180.
Deiri 149.
Demetae 206, 285, 297. *Cf.* Demeti.
Demeti 149, 243. *Cf.* Demetae.
Demetia* 118, 128, 187, 245.
Demeticus* 46. 112.
Derwent* 182.
Dimilioc* 222.
Dolensis* 247.
Dolorosus (mons). *Cf.* Mons Dolorosus.
Dorchecestrensis 244.
Dorecestrensis* 264.
Dorobellum* 127.
Dorobernia* 134, 191, 243.
Duglas* 229, 287.

Eboracensis 145, 191, 200, 243, 283.
Eboracum* 111, 123, 137, 144, 146, 147, 185, 209, 210, 214, 215, 219, 229, 237, 276, 293. *Cf.* Civitas Ebrauci.
Ebraucus. *Cf.* Civitas Ebrauci, Eboracum.
Egiptus 253. *Cf.* Aegyptus.
Porthlud 125.
Episford* 182.
Equitani 161. *Cf.* Aquitani.
Equitania 241. *Cf.* Aquitania.
Erir* 186.
Estrusia* 242.
Estrusienses 114, 252, 269, 274.
Europa 142, 239.
Exonia* 141, 200, 294.

Flandriae* 274.
Franci 100, 104, 106, 115, 156, 159, 281.
Frigia 253, 267.

Gabaonitae 210.
Galabes (*var.* Galaes) 197, 199, 202.
Galabroc 150.
Galaes *Cf.* Galabes.
Galli 89, 90, 114-116, 129, 131, 161, 162, 169, 241, 265.
Gallia* 72, 87, 88, 97, 101, 104, 113, 115, 126, 129, 137, 159-

Digitized by Google

161, 197, 204, 239, 242, 243, 244, 248, 250, 258, 274, 281.
Galliae (plur.) 73, 87, 96, 102, 106.
Gallicanus 84, 111, 113, 217, 218, 240.
Gallicus 252.
Garnareia* 290
Genoreu* 204.
Germani 115, 251.
Germania 94, 97, 115, 161, 175, 177, 178, 181-183, 192, 215, 219, 225, 228-231, 252, 275, 280, 301.
Gewissei* 153, 170, 199. 212, 299.
Gigantes. *Cf.* Chorea Gigantum.
Glamorgantia* 145, 242.
Gloucestrensis 279.
Gloucestria* 140.
Godlandia 238, 252, 280.
Goemagog. *Cf.* Saltus Goemagog.
Graeci 74 76, 82, 253.
Graecia (*var.* Grecia) 74, 75, 81, 82.
Graecus 75, 78, 91.
Guaia* 204.
Gualia 93.
Gualliae* 236, 281-283, 301
Guallenses 303.
Guasconia 241.
Guintonia (*var.* Gwintonia)* 98, 139, 153, 196, 216.
Gwintonia. *Cf.* Guintonia.

Habren 95. *Cf.* Sabrina.
Hamonis (portus). *Cf.* Portus Hamonis.
Hamtonia* 139.
Hedfeld* 295.
Helenae. *Cf.* Tomba Helenae.
Herculis (columnae). *Cf.* Columnae Herculis.
Herging* 204.
Hevenefeld* 296.
Hibernenses (*var.* Hibernienses) 143, 213, 235, 275, 278.
Hibernia (*var.* Hybernia)* 72, 119, 143, 164, 167, 193, 212, 213, 215, 222, 235, 238, 244, 252, 280, 281, 288.
Hibernicus* (*var.* hybernicus) 121, 217.
Hibernienses. *Cf.* Hibernenses.
Hierusalem 98.
Hislandia 280. *Cf.* Islandia.
Hispania 119, 151, 244, 253, 254, 267, 268, 270, 289.
Humber* 73, 93, 97, 105, 109, 123, 145, 159, 176, 180, 205, 228, 275, 286, 287, 288, 297, 298
Huni 93, 163.
Huntendonensis* 303.
Hybernia. *Cf.* Hibernia.
Hybernicus. *Cf.* hibernicus.

Islandia 238, 244, 252. *Cf.* Hislandia.
Israel 97, 210.
Itali 116.
Italia 74, 92, 97, 116, 118.
Iturei 253, 267.

Judaea 92, 96, 97.
Judaei 210.

Kaerbadum* 98.
Kaerebrauc* 97.
Kaercaradoc* (*var.* Kaercaraduc) 184, 211.
Kaercolun* 151.
Kaerconan* 207.
Kaerdubal 200.
Kaerglou* 140.
Kaergueint* 98

Digitized by Google

Kaerleil* 98.
Kaerleir* 99, 123.
Kaerliudcoit* 231.
Kaerlud* 92, 125.
Kaerludein* 125.
Kaermerdin* 186.
Kaerpenhuelgoit* 141.
Kaerperis* 139, 153.
Kaerreint* 98.
Kaerusc* 118.
Kaicestria* 264. *Cf.* Caicestria, caicestrensis
Kambro 93.
Kamblanus* 277.
Kambria. *Cf.* Cambria.
Kambricus 140.
Kantia 275. *Cf.* Cantia.
Kantuaria 98. *Cf.* Cantuaria.
Karitia* 103.
Karnotensis 244. *Cf.* carnotensis.
Katanensius 228. *Cf.* catanesius.
Kathenesia. *Cf.* Catanesia.
Kidaleta* 290.
Killaraus 212, 214, 215.

Lacedemonia 96.
Lampaternensis* 279.
Landavia* 247.
Lundres 125.
Lankarbanensis* 303.
Latini 92.
Latinus 97, 113, 178.
Legecestria (*var.* Legrecistria)* 104, 243, 264, 284, 285.
Legrecistria. *Cf.* Legecestria.
Leil 225. *Cf.* Kaerleil.
Lengriae 263, 267.
Leogecia 83.
Lerecestre* 99.
Letavia* 168.
Libia 253, 262, 267, 269, 272.
Ligeris 85.
Lincolniensis 189.
Lindeseiensis 231. *Cf.* lindeseius.
Lindeseius 177. *Cf.* lindeseiensis.
Lindocolinum (*var.* Lindicolinum)* 185, 231.
Lindocolinus 200.
Linligwan 236.
Lodonesia* 225, 237.
Loegria* 93, 107, 109, 140, 145, 282, 283, 303.
Londonia 197, 198, 201. *Cf.* Londoniae.
Londoniae* 144, 149, 158, 162, 171, 174, 185, 191, 195, 196, 211, 230, 279, 297. *Cf.* Londonia, Lundene.
Londoniensis 145, 168, 243, 283,
Lud. *Cf.* Civitas Lud.
Ludesgata 125.
Lumonoi* 235.
Lundene 125. *Cf.* Londoniae.

Maisbeli* 206.
Maisurian* 153.
Malmesburiensis* 303.
Malva 85.
Malvernia* 199.
Margan 106.
Martini ecclesia 299.
Mauritania 85.
Medi 253, 267-269.
Mellentum* 72.
Menevia* 112, 191, 216, 218, 279.
Mercii* 294, 296-298.
Michaelis mons* 254.
Minor Britannia* 168, 174.
Monemutensis* 190, 274.
Mons Dolorosus* 97.
Moriani 109, 120.
Municipii (oppidum). *Cf.* Oppidum.

Digitized by Google

Murefenses* 237, 243.
Mureis 235.

Nantgallim 150.
Neustria* 192, 194, 197.
Norguegenses (*var.* Norvegenses, Norwegenses) 111, 167, 172, 205, 239.
Norguegia (*var.* Norvegia, Norwegia) 109, 115, 154, 239, 244, 252, 280.
Norguegensis 239.
Normanni 73.
Normannia* 242, 244.
Northanimbri (*var.* Northamimbri, Northaninbri, Northanunbri) 284, 285, 287, 296.
Northanimbria (*var.* Northamimbria, Northaminbria, Northanhumbria, Northaninbria)* 109, 110, 120, 283, 288, 295, 296, 301.
Norwallenses* 243.

Oceanus 72, 84, 119, 156, 166, 243, 248.
Odnea 131.
Oppidum Municipii* 154.
Orcades (*var.* Orchades)* 119, 140, 244, 280, 252, 295.
Orchades. *Cf.* Orcades.
Osca* 118, 144, 195, 242.
Oxeneford 264. *Cf.* Oxenefordia.
Oxenefordensis (*var.* oxenofordensis 71, 275, 303).
Oxenefordia* 244. *Cf.* Oxeneford.

Pachaii (montes) 199.
Paladur* (mons) 98.
Parisius* 240, 242, 261, 263.
Parthi 253, 267, 268.
Perirum 263.
Petri (ecclesia) 187.
Philistei 92.
Philistinorum. *Cf.* Arae Philistinorum.
Pictavenses (*var.* Pictavienses) 86, 87, 241, 252, 262, 264.
Pictavensis 244.
Pictavienses. *Cf.* Pictavenses.
Picti* 73, 142, 146, 163, 167, 172-174, 176, 204, 205, 229, 232, 234, 235, 275, 278, 300.
Pictus 170.
Pironis 194.
Porcestria* 138, 139.
Portivenses 252.
Portus Hamonis* 112, 139, 156, 231, 253, 293.
Puellarum. *Cf.* Castellum Puellarum.

Redonum* 160.
Ridcaradoch 222.
Ridichen* 264.
Ridocensis 244.
Roma 106, 116, 117, 137, 139-143, 145, 148, 152, 153, 155, 156, 161, 164, 239, 242, 247, 249, 250, 253, 266, 274, 302.
Romani 116-118, 126, 127, 129, 131, 134, 135, 137-141, 143, 146, 148-150, 154, 158, 166, 169, 170, 237, 250-252, 258-263, 265, 268, 270, 272, 273, 275, 291, 300.
Romanus 126, 127, 137, 138, 140, 141, 143, 145, 147, 148, 153, 155, 157, 158.
Russicada 85.
Ruteni (*var.* Rutheni)* 196, 244, 252, 264, 270, 274.
Rutuli 74.
Rutupi Portus* 134, 141, 275.

Digitized by Google

Sabinus 97.
Sabrina* 73, 95, 140, 145, 198, 201, 236, 281.
Sabrinus 93, 118, 195, 232.
Salesberia* 184 211. *Cf.* Selesburia.
Salesberiensis 243, 270.
Salinarum (lacus) 85.
Saltus Goemagog 92.
Saxones 49, 73, 176, 182-185, 191, 203, 206; 208-210, 216, 218, 219, 221, 226-234, 237, 264, 275, 278-287, 294, 295, 297, 298, 299-301, 303, 340.
Saxonia 175.
Saxonice 99, 125, 150, 178.
Saxonicus 120.
Scotia* 93, 146, 173, 180, 205, 210, 243, 268, 275, 296.
Scoti (*var.* Scotti) 73, 143, 205, 221, 229, 232, 234, 235, 237, 275, 278, 295, 300.
Selesburia 280. *Cf.* Salesberia.
Senones 116.
Sephtonia* 98. *Cf.* Sestonia.
Sestonia 302. *Cf.* Sephtonia.
Sicia 142, 146.
Siesia 263.
Silcestria (*var.* Silecestria)* 228, 247.
Silecestria. *Cf.* Silcestria.
Sirenes 85.
Siria (*var.* Syria) 253, 263.
Sodomitanus 96.
Stanheng 280.
Sora* 99, 104.
Stura* 95.
Sumersetensis* 232.
Suthwallenses* 243.

Tamensis* 73, 118, 127, 130, 131, 162, 195, 197-199.
Taringi. *Cf.* Turingi.
Tartara 209, 272.
Terivana civitas* 274.
Thanecastre 178.
Thaned 235.
Thanet* 182.
Tintagol* 222, 223, 225, 263.
Tirenus (*var.* tyrrenus) 85, 87, 94.
Tomba Helenae* 257.
Tituli. *Cf.* Lapis Tituli.
Totonesius* 90, 141, 170, 199, 203, 232.
Trecasensis 179.
Trigeria* 270.
Trinovantum* 92, 94, 99, 108, 115, 118, 121, 125-130, 132-134, 182.
Troes (*var.* Troies) 77, 82, 87, 89, 90.
Troja 74, 75, 82, 84, 85, 92, 126, 245.
Troja nova 92.
Trojanus 73, 77, 90, 109, 126.
Trojani 75, 76, 86, 88, 97, 109.
Turoni* 88.
Turonis* 89.
Tyberis 74.

Urbs Claudii 201. *Cf.* Claudiocestria.
Urbs Conani 209. *Cf.* Kaerconan.
Urbs Legionum* 118, 119, 144, 145, 151, 191, 212, 214, 215, 228, 242, 243, 276, 279.
Uriani cacumen 198.

Vadum Baculi 195.
Vadum Boum* 258, 259.
Verolamium* 226, 227.
Verolamius 151.

Digitized by Google

Venedoti 149, 199, 206, 243, 279, 285.
Venedotia* 128, 193, 245.

Walia 145.
Warewic* 243. *Cf.* Cargueirensis.
Westmaria 142.
Westmarialanda* 153.
Wigornia* 199.
Wigorniensis 243, 293.
Wintonia 170, 185, 196, 211, 217-219, 247, 276, 279.
Winved* 298.

C. — Vita Merlini.

Acelud 325.
Achadius 343.
Affrica 342.
Albula 342.
Aloe 343.
Angla 339.
Angli 325, 326.
Arabes 331, 347.
Argustli 349.
Argyre 333.
Armoricani 327, 338.
Armoricanus 351.
Armoricus 335, 336.
Asia 346.
Asphaltites 343.

Beoticus 342.
Bristum 334.
Britannia 332.
Britanni 352.
Britannus 307.
Britones 308, 324, 335, 352.
Boetes 351.

Calidon 311, 314, 315, 344, 345.
Cambri (*var.* Kambri) 324, 325, 335, 336, 352.
Cambricus 338.
Campanus 342.
Carnotum 334.
Chios 342.
Clitorius 342.
Clitumnus 343.
Corinthus 333.
Cornubienses 324, 336.
Crisse 333.
Cumbri 310, 324.
Cumbria 324.
Cyzicus 342.

Demetae 307.
Deyri 41.

Erinus 326.
Ethiopes 342, 343.

Fortunata (insula) 334.

Gades 333.
Galli 324, 327, 339, 340.
Garamantes 343.
Germanus 352.
Gewissi 324, 351.
Gewissus 336.
Gorgades 333.
Graecus 348.

Herculeus 333.
Hesperides 333.
Hibernenses 327, 339.
Hibernensis 333.
Humber 325, 339.
Hyperboreus 347.

Digitized by Google

India 345.
Indicus 343.
Italia 342.

Judea 343.

Kaerkeri 324.
Kaerloyctoyc 351.
Kaerperis 325.
Kaerwent 351.
Kambria 324, 325.

Legionum. *Cf.* Urbs Legionum.
Lentus 343.
Leyri. *Cf.* Urbs Leyri.
Lincolnia 307.
Loel. *Cf.* Urbs Loel.

Marsidia 343.
Menevia 325.
Mennonides 348.
Methidis 345.
Monemuta 352.

Neustrenses 326, 352.
Norwegenses 339.

Orchades 333.

Papia 334.
Pomorum insula 334.

Reatinus 343.
Ridichenus 351.
Rogotis 343.
Roma 325, 342.
Rutenus 325.
Rutupi Portus 325.

Sabrina 324, 325.
Saxo 325.
Saxonus 335.
Scoti 308, 324, 325, 336, 339.
Scotia 307, 352.
Scotus 325.
Sicilia 343.
Siculus 345.
Sidonius 312.
Sigen 314.
Stygius 318.
Sygen 343.

Tagus 345.
Taprobana 333.
Thanatos 333.
Thanatum 337.
Thessalia 343.
Thule 333.
Trojanus 348.
Tylos 334.
Tyrius 345.

Umbricus 343.
Urbs Legionum 325.
Urbs Leyri 325.
Urbs Loel 325.
Urgenius 351.

Venedoti 307.

Waliae 312.

Ydumeus 343.

Zema 342.

Digitized by Google

TABLE DES MATIÈRES

DU

TOME III

I. *Historia Britonum*

Introduction ..... p. 2

Texte ..... p. 4
1. De sex aetatibus mundi ..... p. 4
2. Historia Britonum ..... p. 6
3. Vita Patricii ..... p. 36
4. Arthuriana ..... p. 38
5. Regum genealogiae cum computo ..... p. 39
6. Annales Cambriae ..... p. 44
7. Genealogiae ..... p. 50
8. Civitates Britanniae ..... p. 57
9. De mirabilibus Britanniae ..... p. 58

II. Geoffroy de Monmouth : *Historia regum Britanniae*

Introduction ..... p. 64

Texte ..... p. 71

Préface et dédicace ..... p. 71

I. Description de la Bretagne ..... p. 72

II. Histoire de Brutus ..... p. 73

III. Les successeurs de Brutus jusqu'à l'arrivée de Jules César :

1. De Locrinus à Bladud ..... p. 93

Digitized by Google

2. Le roi Leir..... p. 99
3. Les successeurs de Leir..... p. 105
4. Belinus et Brennius..... p. 108
5. De Gurguint Barbtruc à Heli..... p. 119

IV. La conquête romaine :
1. Jules César..... p. 126
2. Claudius..... p. 138
3. Lucius..... p. 144
4. Severus..... p. 146
5. Bassianus, Carausius, Alectus et Asclepiodotus.. p. 147
6. Constantius et Constantinus..... p. 151
7. Maximianus et Gratianus..... p. 154

V. Les barbares :
1. Contantius et Constans : les Scots et les Pictes.... p. 164
2. Vortegirn : les Saxons..... p. 174
3. Histoire et prophéties de Merlin..... p. 186

VI. Les grands jours de l'histoire bretonne :
1. Aurelius Ambrosius et Uther Pendragon..... p. 203
2. Arthur..... p. 228

VII. La chute de l'empire breton ; les successeurs d'Arthur :
1. De Constantinus à Blederic, Margadud et Cadvan. p. 279
2. Cadvan et Cadvallo..... p. 285
3. Cadvalladrus, Ivor et Ini..... p. 299

III. Geoffroy de Monmouth : *Vita Merlini*

Introduction..... p. 306
Texte..... p. 307

Index des noms de personnes..... p. 353
Index des noms géographiques..... p. 374
Corrections..... p. 384
Carte des noms identifiés de l'*Historia Britonum*.
Carte des noms identifiés de l'*Historia regum Britanniae*.

Digitized by Google

CORRECTIONS

En parcourant les bonnes feuilles de ces trois volumes, j'aperçois, entre beaucoup d'autres qui ont dû m'échapper, quelques fautes que voici.

T. I. — P. 5, n. 2 : *Deuxième partie*. Lire *Tome II*. — P. 56. J'aurais dû indiquer dès cette page qu'en fait la compilation comprend aussi les *Annales Cambriae* et les *Genealogiae* (galloises). — P. 124, l. 7. Ce n'est pas le Derwent qui passe à Dartford, mais le Darent. — P. 221. Ce chapitre, consacré spécialement aux *Annales Cambriae* et aux Généalogies galloises aurait gagné à être incorporé au chapitre III qui précède, puisque les textes en question font partie intégrante de la compilation intitulée *Historia Britonum*. — P. 221, n. 1. J'ai renvoyé, ici et ailleurs, à la première édition des *Mabinogion* de M. J. Loth : il existe une deuxième édition, qui a paru en 1913. — P. 303. Devant les mots *Au bas du f° 2 v°*, mettre un astérisque.

T. II. P. 33, l. 17 : *1477-1481*. Lire *1473-1478*. — l. 21 : *1482-1487*. Lire *1479-1484*. — l. 30 : *1486-1487*. Lire *1483-1484*. — l. 32 : *1488-1498*. Lire *1485-1495*. — l. 36 : *1499-1500*. Lire *1496-1497*. — *relatif*. Lire *relatif*. — l. 37 : *1501-1520*. Lire *1498-1497*. — P. 34, l. 12 : *1482-1487*. Lire *1479-1484*. — l. 14 : *1477-1481*. Lire *1473-1478*. — l. 17 : *1499-1500*. Lire *1496-1497*. — P. 313, l. 12 : *anglo-saxonne*. Lire *bretonne*.

T. III. P. 56. Liste XXVIII : *Teudabric*. Lire *Teudubric*. — P. 57, titre : *VI*. Lire *VIII*. — P. 58, titre : *VII*. Lire *IX*. — P. 98, chap. 30, l. 2 : *Bad*. Lire *Bado*. — P. 109, l. 23 : fermer les guillemets après *recipias*. — P. 143, notes, l. 1 : supprimer le crochet après *E*. — P. 151, chap. 78, l. 11 : *Constantinus*. Lire *Constantius*. — P. 153, dernière ligne : *compexit*. Lire *conspexit*. — P. 176, l. 55 : *proeliabantu r*. Lire *proeliabantur*. — P. 195, chap. 115, l; 25 : *Baculico mmittent*. Lire *Baculi committent*. — P. 218, chap. 134, l. 17 : *Ambri*. Lire *Ambrii*. — P. 252, notes : *duodecies centum*] *E — 14 millia et ducenti G — sub*. Lire *duodecies centum*] *millia et ducenti G — 14 sub*. — P. 331, v. 830 : *Murenas*. Lire *murenas*.

Digitized by Google

Digitized by Google

LE PUY-EN-VELAY. — IMPRIMERIE « LA HAUTE-LOIRE »

Digitized by Google

Digitized by Google

I

HISTORIA BRITONUM

CARTE DES NOMS IDENTIFIÉS

Les noms tirés du chapitre des Civitates (66ª) ont été soulignés

Digitized by Google

II

HISTORIA REGUM BRITANNIAE

CARTE DES NOMS IDENTIFIÉS

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google


Digitized by Google

G.E. STECHERT & Co.
(ALFRED HAFNER)
N.Y.

Digitized by Google

ALF Collections Vault
3 0000 108 748 793



Digitized by Google